Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala 1 A
Estante 1
Tabla
Número 284

Alto 17-7

gorię. Qui vivis, &
...orum... Amen.

3-3-276

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA

SEPTICENT...

EX

DECISIONIBVS

REGIÆ

CHANCELLARIÆ

SANCTI

DOMINICI

...

...PRÆFATIS

con las ...
correlles auien
Paes si en estas ...
pirituales en com...
rá para los bienes
rituales, q pedirá ...
liraid, y Dios les ...

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala 1 A
Estante 1
Tabla
Número 2,84

3-3-276

N.º 1
5-225

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA

SEMICENT...

EX

DECISIONIBVS

REGIÆ

CHANCELLARIÆ

SANCTI

DOMINICI

...VLÆ, VVLGO DICTÆ

...PAÑOLA

...IVS NO...

...S PRIMATIS

R. 1482
C. de los Agust. Descalzos de Granada
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# EXCVBATIONES SEMICENTVM EX DECISIONIBVS REGIÆ CHANCELLARIÆ SANCTI DOMINICI, INSVLÆ, VVLGO DICTÆ ESPAÑOLA TOTIVS NOVI ORBIS PRIMATIS.

# EXCVBATIONES SEMICENTVM EX DECISIONIBVS REGIÆ CHANCELLARIÆ

SANCTI DOMINICI, INSVLÆ VULGO DICTÆ

ESPAÑOLA

TOTIUS NOUI ORBIS PRIMATIS

COMPAGINATAS EDIT.

D.D.D. IOANNES FRANCISCVS A MONTEMAIOR DE CUENCA.

*OLIM* REGIORUM EXERCITVVM CATHALONIÆ cauſarum militarium ter Generalis Legatus : Legionũ in procinctu, inque tentorijs degentium, moribus Prefectus. *Semel* Inquiſitionũ Regalium omnium, & militarium Iudicum, Generalis in Aragonia Quæſitor, & Quæſtor. *Exin*, Senatus Dominicani, Senator delectus. *Poſtea*, rerum politicarum Gubernator, pacis, & belli Moderator, atque armorum Imperator, ſiue Generalis Dux Hiſpaniolæ Inſulæ, nec nõ & Tortugiæ (á Gallis militibus, Britanicisq́ armis occupatę. & ab ipſo armorum vi redemptę) deſignatus. Regięq́ illius Chancellarię Prężes. *Nunc* veró, Mexicani Novę-Hiſpanię Senatus, actualis Senator. *Protinus* Senatoria, ac Proconſulari authoritate, ad puniendas inq́ Regia fide continendas, & in pace conſervandas, cõmotas Antiquarenſis Epiſcopatus Provincias, Moderator, & Quæſtor, ſelectus, & miſſus. *Tandem* Politię, & ad publica priuataque ędificia, Ædilis Curulis. *Necnon* Iuſtitię, & Gubernij naturalium Regni, circa Excellẽtiſſimos Dños Proreges, Generalis Aſſeſſor &c.

DICAT ET OFFERT.

*MEXICI: Apud Franciſcum Rodriguez Lupercio. Anno 1667.*

UNIVERSITA

EXCELLENTISSIMO

# DOMINO

## D. LVDOVICO GVILLEN DE ARAGON, ET MONCADA, LVNA, ET CARDONA.

PRINCIPI DE PATERNO: DVCI MONTALTI, ET BIBONÆ COMITI CALTANAGETÆ, COLISANI, ADERNI

Eſclafanę, Caltabellotę et Cœntorbi.

Varoni Mellili, Mottæ, S. ANASTASIÆ, Bellichi, S. BARTHOLOMÆI, Malpaſi. Domino Nicoloſi, Guardiæ Campi rotundi, Blancavillę; Nemorum, terrarumque Montis Aethnę, Pugidianę, Villaragoniæ, S. Sixti Baquerizi, Lęmarrę, Ripæ de Moncada; vtriuſque Petraliæ, Xilati, Caltavuturi, Montium, Nemorumque Mimiani, Commendatori Beluiſij de la Sierra.

AVREI UELLERIS EQVITI, HISPANIÆ Dynaſtæ ter Maximo, & Primo inter Proceres vtriuſque Siciliæ. In Regno Neapolitano Equitum Generali Præfecto

OLIM

PROREGI SICILIÆ, SARDINIÆ, VALENTIÆ. IN GERMANIAM EXTRAORDINARIO LEGATO; Catholicæ Reginæ Summo Hipparco:

NUNC

OEconomo Supremo, et à Conſilijs Status & Belli, &c.

## Exme Princeps.

LIBER iſte, ab occiduo hoc orbe maria navigaturus et terras in Europam ſoluit: in mari primũ Occeani minaces vndas, poſtmodùm in terrá minaciorem Criticorum Oceanum experietur; ſed vbiq; procellarum contemptor, vbique ſpumarum victor, ſi Cęſarei nominis tui ſecum fortunam vehit: certé in Te *Montem Altum* directó curſu reſpiciens, et navigationi Pharum habet clariſſimis ſplendoribus longè, latèque lucentem, et ſtationi fidam, ac tutelarem protectionis vmbram: ea nimirum eſt *Altiorum Montium* conditio, vt flãmas é vertice perpetuó fundant, quaſi Pharos ſuas, et ſpeculares ignes, et



ductrices flammas navigantium bono clemens Natura paſſim accendat, et in ſublime ſuſtollat; et ſané inter nobiliores Europę Proceres Dux *Montalti* faſtigium adeó extollis, vt é propinquo Aſtrorum ſplendore totus fulgens perpetuó appareas: ſcilicet Ducum de *Montalto* celſitudinem, quid niſi aſtra coronant? Et quidem primę magnitudinis aſtra, hoc eſt, primarię nobilitatis lumina: clariſſimos dico Europę Imperatores, ac Principes Progenitores tuos, Alfonſum ſeptimũ Caſtellę Regem, et Imperatorem Germanię. Reges itidem Caſtellę, Ioanne Primum; Aragonię, et vtriuſque Sicilię Alfonſum quintum, Neapolis Ferdinandum primũ: á quibus originis claritatem, generis ſplendorem, et Auguſtó cum ſanguine purpurę fulgorem trahis; quis veró antiquiores Progenitores tuos, et tuæ.

Uirgil. 4. Georg. *Magnanimosque Duces, totiusque ordine Gentis*
*Mores, & ſtudia, & Populos, & Prælia dicat.*

quis numeret? niſi qui ſtellas numerare, aut qui triginta ſeptem ſæculorū momenta poſſit numerando percurrere: per totidē enim ſęcula Maiorum tuorum gloria fulgores illos ſparſit, quos in Te collectos ſuauiter fulminans oris tui Maieſtas, et rerum á te geſtarum claritudo demonſtrat. Sedecim ante reparatum mundum ſęculis, illuxere Noricorum Princeps: genus vnde Moncadę gentis, et vnde ſucceſſu tēporis Germania inuictos Cęſares, Francia liliatos Reges, et Bavaria habuit Religioſiſſimos Duces: Hinc Odgeri, Hinc Dapiferi de Moncada, Hinc non vnius Guillielmi agnovit martiales animos, et fulminantes dextras oſculata eſt ſub iugum miſſa Aquitania, commēdavit, hodieque commendat Catalaunia á Maurorum tyrannide vindicata, et concelebrant Aragonia, Neapolis, Sicilia, atque Sardinia ab hoſtibus iterum, ac ſæpius propugnatæ: Hinc veluti minores ignes Seneſcali, Iuſtitię Prętides, Regij Cubicularij, exercituum Imperatores, Legati, et Præſules è verticè avitę celſitudinis Europam illuſtravere prudentiá, ęquitate, fidelitate, fortitudine, ſolertia, et Religione.

Hæc quidem tua, et tuorum ſincera lumina quibus tamen non ſine lucro in vertice *Montalti* aliena ſydera fulgores miſcent, nā huc facit, quod de *Monte Alto* diſertè cecinit Statius

*Stat ſublimis apex, ventoſque, imbreſque ſerenus*
*Deſpicit, & tantum feſſis inſiditur aſtris.* Stat 2. Thebaidos.

non aliter in apice Moncadæ Domus inſtaurato per Maiores tuos fulgore nitent, quę vertente cœlo feſſa deficiebant Regię claritudinis aſtra. Teſtor

§

ſtor Reginam Siciliæ Blancam, candidū nobilitatis an pulchritudinis? Sydus, quā Aderni Comes Ioannes de Moncada, cum Mattheo Fratre, et avunculis Antonio, et Petro ereptam carceri, Regali ſolio, et libero ſplendori reſtituit: Teſtor Mariā itidem Reginam, et itidem Siciliæ ſydus. quæ forti dextrâ Guillielmi de Moncada in libertatem aſſerta, et Aragoniæ Regi in matrimonium locata fauſtam vtriuſque Coronæ fecit coniunctionem.

Neque aliter *Montalti* apex *feſsis inſiditur aſtris*, quando in Te perennant Illuſtriſsimarum Domuum Nomina, et decora, quæ deficiente rectâ Succeſſorum ſerie, penitus cecidiſſent, niſi in Te reciderent, atq; adeó Illuſtriſſimæ Domus de Roſsî, de Eſclafana, de Peralta, de Veintemilla, de Lança, de Claramonte, de Luna, in *Montalti* ver-

ver-

vertice meliori ſydere inclinatæ recumbunt; et quidem nō ſolum aſtra, verùm ipſe Sol Quartus cœli Hiſpanici Planeta ad Tuam inclinatus celſitudinem, Tuæque amaſius lucis in Te recubuit, requievitque, Tunc nimirum, cum regiminis pondus Siciliæ, Sardiniæ, et Valētiæ in tuos Atlāticos ſané tranſuexit humeros, iſtiſque pro ſe Regnis

Montes *inſuper* Altos
*Impoſuit, Regemque dedit, qui fœdere certo*
*Et premere, & laxas ſciret dare iuſsus habenas.*

Siciliam in medium affero, quæ Te Iuvenem adhuc, Generalem Ducem, atque acclamatiſsimum Proregem ſuſcipiens, in Tua eius clavū moderante dextrâ et clementiam, et Iuſtitiam ſuó proprio lucro experta eſt; Teſtatur tāta numorū copia ad exercitus Catholicæ Maieſtatis fovēdos, ad maritima proſpiciēda vaſa, ſterilis



Me-

Meſina tuis fœcundata ſubſidijs, pleno ore æternum dictitabit; Melitenſis Religionis feudum mirà Tua induſtria perpetim ſtabilitum, buccinat: nec in Sardinia tacent, et ſi conſtrictæ, ac penitus extinctæ Rebellium cervices, ipſaque á ſævienti famis crudelitate tuis ſumptibus vindicata Te vtraque generoſitate præclarum profitetur: quid, quæ de Te commemorat Valentia, commemorem ego? Quantum Te commendat, dum ſine mercedis quæſtu ſingularē eius Proregem extollit? Scilicet Tu Maximus Atlas *Mons* præ cœteris *Altus*, Tuæ oblitus vtilitatis, communis memor gubernationis axē ſuſtituiſti, et ad hunc vnicum ſcopum tui ſemper conatus fœliciter collimarunt; et modo quidem fœliciús dum Conſiliarij á ſtatu, ita obtines auſpicató, ita pro votis omnium munus geris, onus

onusque ſublime indefeſſus torques vt non modo melioris genij, atque olim fatigati Atlantis gaudeas agnomine, ſed etiam, vt credo equidem (nec vana fides) abſolutó vitæ curriculó vicem cum cœlo mutabis, nimirum ſi modo illud fulcis, eodem tibi munere gratiam glorioſé rependet, ſub pedibusque videbis nubes, et ſydera fœliciſſimus: ſpem firmant omnigenæ, quibus, et Principis, et Catholici virtutis decoraris, frondentibus velut, ac ęque fructiferis arboribus, queis pulcherrimé conſitus *Mons* ita *Altus* attolleris, vt caput inter ſidera cōdere merito ſuſpiciaris; non enim in Te ſunt virtutes folia, ſed adultę arbores, quarum cōditos fructus, nemo non vel, penitiſſimus guſtavit: Te igitur Principis inſignitum dotibus ſuavis erga omnes comitas, illex animorum affatus, cura, ſo-

ſolertiaque, quá Auguſtę Maieſtatis maiorum Economum agis, maximà quidem omnium laude, pluraque, quęnon fert compendiarià charta; imo nec abſoluta volumina, decãtãt: quid pium erga Deum affectum referam? Quid erga pauperes deprędicē largitatem? Sane lubet, hęc ad alterius longé pręſtantioris inſtitutum relinquere prędicanda, dum me ad meum revoco peragendum, ad tuum impetrandum patrocinium, Te que libri mei Mecœnatem mihi aſſerendum ſupplex convertor, ipſeque in Regio Hiſpaniolę Senatu inſudatus, cuius olim fundamina Catholicus poſuit Ferdinandus, à quo non parum, et nobilitatis, et legum protectionis hauſiſti, emenſó mari ad tãti *Montis* portum appellit, ad ipſius vmbram protegendus confugit, ad Tuas manus, vt vltimam manum cõſequatur, evolat, vt ſi fœlix collocetur in illis, et ſi rudi Minerva laboratus, pulcher, ſpectabiliſque exiſtimetur: ęmulus illius, quod quondam ebore effinxit Phidias Minervę ſimulacrum, quod altis impoſitum columnis, ſpectatu, plauſu que dignum apparebat; ſecus ſi Artificis manu locabatur, ſi igitur ſpectatu, ac communi acclamatione, digna ambit mea apparere Minerva Atlantis manus, cœlũ ſuſtentantis columnę avidus exquirit, ſi lucē exoptat quã ſplēdidiorē, niſi quę ex *Mõtalti* erũpit apice, inveniet, ſi protectionis vmbrã, de iure teneris obũbrare, qui iura, qui leges ſcis patrocinari: ó faveas.

*Maiores, que cadant* Altis *de* Montibus *vmbræ.*

Excellme Domine
Magnitudini tuæ perpetuò addictus

*D. D. Ioannes Francco*
*á Montemor. de Cuenca.*

# VIGILIARVM
## QVINQVAGINTA
## inſcriptiones.


A.

1 ABſens comueniendus, an præciſè in perſona citandus, an veró defendendus? *Vigil. 26. fol. 74.*

2. De materia Adiunctorum. De Viſitatione Epiſcopi, & modo in ea procedendi contra Capitulares. Et de appellationibus circa prefata admitendis, vel non- *Vigil. 2. fol. 3.*

3. De alienatione rei Eccleſiaſticæ. De emphyteuſi & moræ purgatione-- *Vigil. 31. fol. 90. B.*

B.

4. Legatum bonorum mobilium (maximè certo in loco exiſtentium) an debitorum nomina comprehendat? *Vigil. 49. fol. 156.*

C.

5. De beneficio & exceptione cedendarum actionum-- *Vigil. 24. fol. 63.*

6. De cauſæ continentia non dividenda, ob ſocij criminis exemptionem- *Vigil. 27. fol. 76. B.*

7. De confeſione, & verbis enuntiativis. *Vigil. 10. fol. 25.*

8. Creditor rem ſibi obligatam, an vt quilibet alius tempore diſtractionis iure emat? *Vigil. 39. fol. 121.*

9. De vi conuentionis legis commiſſoriæ, pacti que de retrovendendo: ac de fructuum medij temporis teſtitutione. *Vigil. 31. fol. 90. B.*

10. De criminum pœnarumve remiſſionibus. *Vigil. 23. f. 59.*

D.

11. Debitor, iudicis mandato alteri quam cui debet ſolvens, quando liberetur? *Vigil. 42. fol. 129. B.*

12. Delictum à pagano commiſſum, ſi poſtea Miles efficiatur, à quo iudice puniendum? Et quid in cauſa reſiſtentiæ, vel iniuriæ factæ iudici, ab actuali Milite, *Vigil. 35. fol. 109.*

13. De delegatione, & eius materia. *Vigil. 19. fol 47.*

14. De donatione abſenti facta, de ipſius reuocatione, & Dominij translatione- *Vigil. 12. fol.* 28. B.

E.

15. Emptor rei ſubhaſtatę virtute ſentẽtiæ difinitiuæ, ipſa per appellationem reuocata; an rem, prætiumve rei reſtituat? *Vig. 38. fol.* 119.

16. Uendens nomen debitoris ſimpliciter, an de euictione teneatur, ſi debitor ſoluendo non ſit? *Vigil.* 46. *fol.* 142.

F.

17. Filius naturalis, quis proprie? Et an vltra duas vnicas, quocumque euentu, in bonis patris ab inteſtato decedentis, abſque aſcendentibus & deſcendentibus, capere poſſit? *Uigil.* 45. *fol.* 157.

18. Fiſcus ſucceſor bonorum defuncti, an legata ſoluat? Et omiſſo inuentario, an in ſolidum defuncti creditoribus teneatur? *Vigil.* 44. *fol.* 143. B.

19. Fideiuſor quando iuſtè à debitore pro quo fide iuſſit petat vt eum à fideiuſione liberet? *Uigil.* 28. *fol.* 78. B.

G.

20. Gabellam ſoluere non tenetur Rex, illius conductoribus ex bonis fiſcalibus, *vigil.* 9. *fol.* 23. B.

H.

21. Heres non conficiens inuentarium, non ſemper vltra vires tenetur hereditarias, *Vigil.* 36. *fol.* 114.

22. Recognitione Scripturæ defuncti, an heres facere teneatur? *Uigil.* 50. *fol.* 161.

23. De hypotecis ſuper officijs renuntiabilibus conſtitutis, & quem producant, effectum- *Vigil.* 5. *fol.* 12. B.

I.

24. Iuramento in litem, an ex contractu emptionis, quando & quibus in actionibus locus ſit- *Vigil* 41. *fol.* 127.

25. De iuriſdictione locum tenentis Gubernatoris Provintiæ & de appellationibus à delegato vel ſubſtituto, ad delegantem


§§

UNIVERSITARIA

tem vel ſubſtituentem, *vigil.* 25. *fol.* 63. B.
26. De iuriſdictione Uicarij Generalis Mercenariorum in Noua Hiſpania, *vigil.* 22. *fol.* 54. B.
27. Iudex iniuriam ſibi illatam, an ipſe puniat? *vigil.* 37. *fol.* 117.
18. Ad munus iudicandi acceptandū & exercendum, an quis compelli poſſit? *vigil.* 48 *fol.* 151. *B.*

M.

29. Maritus quomodo rerum dotalium Dominus ſit, *vigil* 13. *fol.* 32. B.
30. De mariti licentia in vxoris contractu, & de ipſius renuntiatione bonorum matrimonio conſtante lucratorū, vulgò, Gananciales, *vigil.* 44. *fol.* 104. B.
31 Mortuo accuſato, quando pæna tranſeat ad heredes, *vigil.* 16. *fol.* 39. B.
32. Morte renuntiatarij ante præſentationem, an officium perdatur? *vigil.* 6. *fol.* 14.

N.

33. De Nouatione & eius materia, *Vigil.* 7. *fol.* 17.

O.

34. De requiſitis ad legitimam officiorum renuntiabilium tranſlationem, *vigil.* 4. *fol.* 10.
35. Res obligata & à creditore diſtracta: an ad debitorem reuerſa, iterum in obligationem incidat? *vigil.* 30. *fol.* 87.
36 De effectu obligationis vxoris ſimul cum marito: & quid ſi iurata? *vigil.* 18. *fol.* 46. B.
37. Officium ſemel datum [maximè ad nutum concedentis] an ad ipſius libitum adimatur? *vigil.* 47. *fol.* 145.

P.

38. De pactis cenſui adiectis, & de illius formatione, *vigil.* 11. *fol.* 27. B.
39. Pater filiam dotare, quocumque euentu, an præciſè teneatur? *vigil.* 33. *fol.* 98.
40. De actis à procuratore mandato carente, *vigil.* 20. *fol.* 50. B.
41. De probatione filiationis, ad obtinendam ab inteſtato patris ſucceſionem, *Vigil.* 29. *fol.* 81. B.

R.

42. Reſtitutio à minoribus heredibus petita, aduerſus hereditatis pro indiuiſo poſeſſæ venditionem: an maioribus quoque heredibus, qui ſimul etiam vendiderunt, compe-tat? Et de reſtitutione pretij & fructuum, *vigil.* 1. *fol.* 1.
43. Diſpoſitio Concilij Tridentini de renuntiationibus, an extendatur ad teſtamenta & donationes. Et an facta profeſione, reuocationi locus ſit? *vigil.* 15. *fol.* 36.
44. Facultas retrahendi res venditas conſanguineo conceſſa in venditionibus conditionalibus reſolutiuis, & cum pacto retrouendendi, quando currere incipiat? *vigil.* 40. *fol.* 123.
45. Recurſus an detur in negotijs quæ alicuius conſcientiæ reliquuntur? *vigil.* 43. *fol.* 131.

S.

46. Salarium non conuentum, an debeatur? Et de illius preſcriptione, *vigil.* 17. *fol.* 41.
47. Seruitutes pignori dari, & diſtrahi, quomodo poſſint? *vigil.* 21. *fol.* 52.
48. De fide Scripturæ publicæ, & Notariatus præſumptione, *vigil.* 8. *fol.* 20. B

T.

49. Tertius oppoſitor, quando impediet litis proſecutionem & ſententiæ executionem, *vigil* 3. *fol.* 7. B.

V.

50. Vxor marito pauperi, alimenta præſtare tenetur, *vigil.* 14. *fol.* 35.

*Propugnatio pro iurisdictione Regia, ad finem.*

)-(

✠

## Decreto de ſu Ex.ª

*Mexico primero de Febrero de 1667. años. Al ſeñor Doctor D. Nicolas del Puerto, Comiſſario Subdelegado General de la S. Cruzada.*

# Ex.mo Señor.

CON particular eſtudio he leido eſtas Deciſiones, que quiere dar à la eſtampa el ſeñor D. JUAN FRANCISCO DE MONTEMAYOR DE CUENCA, del Conſejo de ſu Mageſtad, y ſu Oydor en eſta Real Audiencia; y no hallo en ellas coſa que no ſea ſingular, nueva, vtil, y neceſſaria, para la determinacion de muchos negocios municipales deſtas Provincias: es obra muy digna de la licencia que pide para publicarla, interim que en eſpecial Oracion lo publica mi obligacion. En todo mandarà V. Ex.ª lo que convenga. Mexico, Febrero, 19. de 1667.

*Doct. D. Nicolas del Puerto.*

Mexico 22. de Febrero de 1667.

*Imprimanſe.*

✠

## Decreto Segundo.

*Mexico, y Septiembre 5. de 1667. Veala el ſeñor Doctor D. Nicolas del Puerto.*

# Ex.mo Señor.

HE viſto la defenſa, que el ſeñor *D. Iuan Fraciſco de Montemayor de Cuenca*, ha eſcrito en la cauſa de cierto Clerigo ſedicioſo, que vbo en la Iſla Eſpañola de S. Domingo; y aunque à la primera viſta parece aſpera, hallo tres propoſiciones, que dejan ſegura la impreſſion. La primera, que la Real Audiencia de S. Domingo, tuvo ſolamẽte vna nocion informativa, que ſe permite à la poteſtad Secular para ſolo remitir al Rey N. Señor, y ſu Conſejo de las Indias, La ſegunda, que la meſma Real Audiencia interpelò al juez Eccleſiaſtico para que procedieſe contra el Clerigo, y por ſu mano le caſtigaſe, y deſterraſe; que es el medio mas ſeguro, y que por tal le reconoce el ſeñor *D. Iuan* en eſta defenſa. La tercera, que viene à ſeguir la opinion de que aun en el Crimen de leſa Mageſtad, la poteſtad Secular no puede comprimir, ni caſtigar al Clerigo author, Socio ò participe; y aunque refiere diferentes caſos, en que por eſte delicto fueron juſticiados Eccleſiaſticos, y de mucha digni-

dignidad: afirma, que vbo indultos, y Breves Apoſtolicos, y que donde faltaron, no ſe procediò conforme à derecho, ni ſe guardò la inmunidad, y libertad Eccleſiaſtica. Y como quiera, que debajo deſtas moderaciones, la doctrina, que ſigue, y trata de imprimir, ſe halla eſcrita por algunos Doctores deſtos Reynos, juzgo que no ay incōveniente para ſu impreſſion, en los tres Quadernos que he viſto, y reconocido. Con que, ſiendo ſervido V. Ex.ª puede dar la licencia, que ſe pide, proveyendo en todo lo que mas convenga, que ſerà lo mas acertado. Mexico, y Octubre 5. de 1667. años.

*Doct. D. Nicolas del Puerto.*

## Mexico, y Octubre 13. de 1667.

*Imprimanſe los tres Quadernos, conforme al parecer.*

*Egregij Doctoris, Sapientiæque admodum præditi viri D. D. D. Nicolai del Puerto. Primariæ Cathedræ Sacrorum Canonum Moderatoris, iam Emeriti. Almæ Metropolitanæ Eccleſiæ Mexicanæ Canonici. Eiuſque Archiepiſcopatus in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarij Generalis. Sanctæ etiam Cruciatæ in his Regnis, Generalis Commiſſarij Subdelegati, meritiſsimi.*

## CENSVRA.

EX preſcripto mihi munere àb Excellentiſſimo Principe Marchione de MANZERA à conſilio Regio belli, occidui Regni Indiarum Prorege, cōmiſſa mihi eſt àd conijciendum librum iniuncta cenſura, immò cenſori mihi àd librum mirandum ſuffecta delectatio. *D. D. D. Ioannes Franciſcus à Montemayor de Cuenca* eius auctor eſt: mons nomine maior, ſed claritudine ſanguinis Magnus. Literis Maior. Integritate Maximus. Argumētum profectò libri novum eſt, & recondita Indiarum Orgia, iuſſim omnibus manifeſtat. Indefeſſo ſtudio nòn emenſis vigilijs, adèo vt venerit in faciem illud Sulpicij Seueri. *Totus ſemper in lectione, totus in libris, nòn die, nòn nocte requieſcens, aut legis aliquid ſemper, aut ſcribis multa ſemper.*

Verùm è laudibus tanti viri carpere preconia, abſonum eſſet audientibus, cùm tamèn ſi preconia recenſenda eſſent, integritas iuſtitiæ commendanda, nobilitas maiorum extollēda, haùd circò eſſet orbiculare cœlum.

Fuit

Fuit ergò conſpicuus hic Auctor, olim Regalium exercituum Cathaloniç tèr cauſarum Militarium Generalis Legatus, adſcriptus Iudex. Copijs, prò roſtris irrumpentibus, Prçfectus. Verè aderat auſpicata laborum vſſura. Ab ineunte çtate, ad Sacrum, & Supremum iuſtitiç, & conſcientiç Regni Neapolitani conſilium, & ad Mediolanenſem Senatum potentiſſimo noſtro Regi ex conſulto Senatus Italiç, & meritò propoſſitus, & iure conſultus. Deinceps Senatus Dominicani in Inſulis Hiſpaniolç Senator Famigeratus, & ibidèm, & rerum pacis ſtabiliendç, & belli ineundi, & Moderator Pacificus, & Strategus horrificus. Nunc verò Provectus Senator in Regio Mexicano Prçtorio, & cùm ingenij dexteritas, & induſtriç libramina maiora elevent ad munia poſt àd compeſcenda diſidia, & àd pacem redigendas Provincias vulgò de Teguantepeque, & fœliciter delectus fuit, & diſidia paccavit, diſcrimina conſopivit, audaces vindicavit, tùm comitatem, tùm pacem, & obedientiam intèr accolas conciliavit, Nec ſinè publico incremento Ædilis curulis circà publica opera, privataquè çdificia meritò deſignatus eſt, & eiuſdem induſtria prò ſpecie Reipublicç, & Vrbis pulchritudine cōmendandus Iudex. Nam verè pulchritudo ſulgori civitatis, & fulgor pulchritudini invideant. Sed hçc omnia, vt potè corporis officia nòn tàm laudibus evehenda, quç certè decantata ſunt: aſt immenſum animi opus, & ſtudiorum vigiliç procùldubio, & cedrinis tabulis, & aureis notis teſellanda ſunt, vt quç nullis ſint rubiginanda temporibus, vt cecinit vates

*Viuitur ingenio, cætera mortis erunt*

Nèc livoris morſibus laceranda, nàm vt inquit Divus Auguſtinus in regula Monachor. *Nihil tàm facile, quàm otioſum, & dormientem dè aliorum labore, & vigilijs diſputare.* Evoluantur ſtudia, & planum iri fatebimur opus illud ab Auctore proditum *De Commanda, ſiue de Depoſito* in Regno Aragoniç duplici volumine contextum à nullo fuiſſe hactenùs exaratum, àb omnibus pro plauſu reverendum. Alterum opus inſcriptum *De defenſione naturali ſui*, cuius, & argumentum, & ſpecimen, & argumenti polita materies novum diſcendi modum peperit vniverſis. Cçterùm, nèc oblivionis vmbra ſpernendum alterum opus. *De los priuilegios de los ricos Omes, è Infanzones de Aragon.* Cui plurimis, iuſtiſſimiſq; de cauſis Cçſarauguſtana deputatio congratulabunda admiranda epiſtola, & auctori, & filio, & egregio terrigenç gratitudinē rependit. Et omnes prolegendo hoc volumine rependemus. Aſt, & aliud *De diuidendis ſpolijs àb hoſtibus Anglicis poſt limidio captis*, & *de iure diuidundo*, nèc immeritò prçtereundum. Et ferè tanta ſunt librorum artefacta àb Auctore conquiſita, vt raró nòn ſtupeat? qui legerit illa, cùm, & folijs, & lineis, & toto volumine, & partibus voluminis vberem diſciplinç ſegetem ſubminiſtrent, & animos inſtruant ad capeſſenda tanti viri ſtudia. Sed citra affectum eiuſmodi vigiliç, & deciſſiones regiæ habitæ in Senatu Dominicano ætatem ſuperant, annorum profectum vincunt, & vt inquiebat alter. *Homo literatus ſcientiæ animal eſt, doctrinæ reus, ſapientiæ martyr, intellectus*

viui- §§§ ho-

*hoſtia, & laboris victima.* O vtinam Rex noſter tantis ſtudijs ęquè munera adhibeat, cùm prò meritis ſint conferenda munera? & rectiſſimè pręſtanda tanto Viro, tanto Senatori, tanto Dynaſtę, nàm ex Imperiali Conſulto id efflagitat principale attributum ex leg. Cęſarum autumantium. *Qui enim ſuis conſilijs, ſuiſque laboribus prò toto orbe terrarum die, noctuquè laborant, quare nòn habeant dignam ſua prærogatiua fortunam.* Quo ſpectandum mihi polliceor, vt breui huic Auctori cooptando àd maius conſilium fœlicitèr gratulemur. O brevitèr veniat, veniat. Fas ſit, vt fœlicitèr vivat, & fœlicitèr valeat, & condignis, vt fas eſt, honorum cumulis ſublevetur. Ex noſtro muſeo, die 21. Februarij, Anni 1667.

*or*

*Doct. D. Nicolas del Puerto.*

*NOS EL DOTOR D. NICOLAS DEL Puerto, Canonigo de la ſanta Ygleſia Cathedral deſta Ciudad, Cathedratico jubilado de Prima Cde anones en la Real Vniuerſidad deſta Corte, juez Prouiſor, y Vicario General deſte Arçobiſpado, &c.*

POR la preſente damos licencia à qualquiera de los Impreſſores deſta Ciudad, para que pueda imprimir vn Tratado, y Defenſa, que à hecho el ſeñor Doct. D. JVAN FRANCISCO DE MONTEMAYOR DE CVENCA, del Conſejo de ſu Mageſtad, y ſu Oydor en eſta Real Audiencia, de cierta Reſolucion, que ſe tomò en la de la Iſla de S. Domingo, atento à q̃ aviendola remitido al ſeñor Doctor D. Juan de Herrera, y Oſſorio, Canonigo Doctoral deſta ſanta Ygleſia, y Cathedratico Jubilado de Viſperas de ſagrados Canones, no halla inconveniẽte, con las declaraciones, y limitaciones, que ſe advierten, y notan en dicha Defenſa. Y para que conſte dimos la preſente en la Ciudad de Mexico, à ſiete dias del mes de Agoſto, de mil y ſeiſcientos y ſeſenta y ſiete años.

*or*

*Doct. D. Nicolas del Puerto.*

Ante mi
Alonſo Franco de Roxas,
Not. Recet.

# VIRGAM VIGILANTEM EGO VIDEO. *Ierem. 1. c. 11.*

## *Ad excubationes ſemicentum.*

Ampliſſimi, Sapientiſſimi, longè latequè celeberrimi Viri *D. D. D. Ioannis Franciſci à Montemayor de Cuenca* Senatus Mexicani Senatoris integerrimi &c.

Hoc gratitudinis ſuæ Mnemoſynon offert, ſacrat. Augurat in votis.

A. E. A.

*Doctor D. Michael Ybañez à Segouia almæ Eccleſiæ Angelopolitanæ Præbendatus.*

LEgi, perlegi, decus immortale tuorum,
Digna nimis ſcribi, maxima digna legi.
Eloquium galeà, fulcimen à Pallade nactus,
Non loqueris cunctis, vt reor, eloqueris.
Ancipiti ludis calamo, mucroneque; cum ſit
Mucro Vigil bello, virgaque pace Vigil.
Excubat & calamus truculentis, excubat enſis,
Quæque manus gladios, hæc quoque præbet opem.
Iura novo hoſtili diſpenſas Orbe periclo,
Proſpicis, & ſatagis conſuluiſſe malis.

Inva-

Invadunt rapidi cætus, validæque cohortes,
En Armis, monitis turba repulſa tuis.
Primàtis certant obnixi aſcendere limen
Hoſtes; en monitis turba fugata tuis.
Semper [ ſi poſſent adeò mea vota valere ]
Afforet excubijs Inſula tuta tuis
Mira doces, quæcumque doces ſimul efficis, inde
Efficiendo doces, inde docendo facis.
Indorum miretur opus Sacer inde Senatus
Laudibus accreſcunt parta trophæa ſuis.
Efferat hoc Regnum, ſacrata Aragonia Natum,
Imperium Calamus luſtrat vtrumque tuus.
Miraque ſcis, adverſaque tela repercutis, ergo
Philoſophus tantum non eris, eſto Sophos.
Ergo celer Sophiæ ſuper alta cacumina ſcande,
Vt *Mons* ſis *Maior* civibus inde tuis.
Dux, Quæſtor, Scriptor, Præſes, Sapienſque Senator,
Duc, Moderare, Doce, Conſule, Præſide. Ave.

*L A I- cun,-gdt- eic- nel- inl- iti- big-ube- Sun- St- ibuS.*

DEcreveram erratas non corrigere. Iam diu commune hoc, & originale quidem eſt Typographorum peccatum. Docti, facilimo ſibi corrigent negotio. Indocti, non indigent, eo: ſuperflua nimis cura. Nollumus ignorare, intrepide hos, acriter, & profuſſe ſatis [vt moris eſt] ad vulgi inſtar, iudicium ſepè proferre ſuum, nedum prius quam rem videant, ſed & abſque eo quod cauſam intelligant. Felices eſſent artes [ dicebat Divus Hyeronibus, in Epiſtol. ad Pammach. ] ſi de illis ſoli artifices iudicarent. Poëmam noſſe non poteſt, niſi qui verſum poteſt ſtruere. Philo-

ſo-

ſophos non intelligit, niſi qui ſcit dogmatum varietates, Manu facta, & oculis patentia, magis probant artifices. Noſtra quam dura ſit neceſſitas, hinc poteſt animadvertere, quod vulgari ſtandum eſt iudicio: & ille in turba metuendus, quem cum videris ſolum, deſpicias. Sapientibus, & inſipientibus, debitores ſumus. Mala patiemur ſupplices, dum antiquæ parentes conſuetudini, morem ei gerere deſideramus. Ideo aliqua perperam hic exarata, ad notare decrevimus. Cætera emmendabunt legentes, & parcebunt obſcuræ aliquarum literarum expreſioni, ex defectu (fortè) atramenti: Tandem Nos, & cuncta quæ diximus omnia S. M. C. Eccleſię voluntati [cui Cernui ſubijcimus caput] cenſurę ſapientum, venerabiliq; Superiorum iudicio, abſolutè relinquimus corrigenda.

| *Fol.* | *Columm.* | *Linea.* | *Errata.* | *Correcta.* |
|---|---|---|---|---|
| 3 | 3 | 24 | gadeuis | grandeuis |
| 5 | 1 | 22 | formiſſimo | fortiſſimo |
| 7 | 3 | 11 | *impiet* | *impediet* |
| 13 | 2 | 8 | renuntanti | renuntianti |
| 14 | 1 | 11 | conſiderate | conſiderante |
| 14 | 1 | 21 | prebabat | prębebat |
| 14 | 3 | 28 | confirmable | confirmabile |
| 14 | 3 | 29 | oſtabit | obſtauit |
| 15 | 4 | 7 | admitur | admititur |
| 17 | 1 | 8 | tranſuſio | transfuſio |
| 17 | 4 | 21 | *vouetur* | *nouetur* |
| 21 | 1 | 16 | authoritates | authoritas |
| 24 | 2 | 12 | territoris | territorij |
| 24 | 2 | 34 | declarunt | declararunt |
| 27 | 1 | 32 | redimire | redimere |
| 28 | 3 | 6 | inteuenit | interuenit |
| 33 | 1 | 14 | vendicatione | vendicationem |
| 33 | 2 | 16 | dominum | dominium |
| 33 | 2 | 29 | vuoris | vxoris |
| 33 | 3 | 17 | allbi | alibi |
| 35 | 2 | 15 | ageat | egeat |
| 36 | 3 | 21 | ſuccendi | ſuccedendi |
| 39 | 3 | 6 | *tranſeant* | *taanſeat* |
| 41 | 2 | 22 | obiatur | obviatur |
| 41 | 3 | 30 | expremit | exprimit |
| 43 | 3 | 8 | decendente | decedente |
| 51 | 2 | 22 | ſiue | ſine |
| 52 | 0 | 0 | PIPNORI | PIGNORI |
| 52 | 3 | 22 | eandemque | eademque |
| 52 | 3 | 24 | vſufructus | vſufructu |
| 54 | 4 | 17 | quandam | quadam |
| 59 | 3 | 18 | iuxta | iuſta |
| 54 | 4 | 9 | cauſam | cauſa |
| 60 | 2 | 5 | cenceſſum | conceſſum |
| 60 | 4 | 6 | tupitudine | turpitudine |
| 60 | 4 | 9 | apud no | dele, *no.* |
| 61 | 4 | 24 | ſolutifera | ſalutifera |
| 63 | 2 | 3 | meririſſimus | meritiſſimi |
| 63 | 1 | fin. | condedit | concedit |
| 64 | 3 | 32 | *exigerit* | *exegerit* |
| 67 | 4 | 20 | legimo | legitimo |
| 68 | 4 | 8 | habeat | habet |
| 69 | 2 | 3 | medica | modica |
| 69 | 2 | 17 | det | dat |
| 70 | 2 | 2 | ab | ad |
| 74 | 3 | 27 | faciendum | faciendam |
| 75 | 1 | 5 | cueatorem | curatorem |
| 75 | 2 | 22 | contractatus | contractus |
| 78 | 1 | 11 | ipe | ipſe |
| 93 | 2 | 11 | fictiove | fictove |
| 98 | 1 | 10 | teneatur | teneantur |
| 110 | 3 | 28 | coerceranttur | coerceantur |
| 110 | 4 | 27 | pruatiue | priuatiuè |
| 111 | 2 | 4 | trigeſſima | vigeſſima |
| 113 | 2 | 22 | obluiſcedis | obliuiſcendis |
| 114 | 3 | fin. | omiſſo | omiſſio |
| 114 | 4 | 20 | vvor | vxor |

| Fol. | Columm. | Linea. | Errata. | Correcta. |
|---|---|---|---|---|
| 117 | 2 | 7 | puetet | putet |
| 118 | 2 | 10 | colere | colore |
| 119 | 3 | 14 | reſtuantur | reſtituantur |
| 121 | 3 | 30 | conuentioli | conuentionali |
| 121 | 4 | 27 | ſubſtatione | ſubhaſtatione |
| 123 | 0 | 4 | *FACALTAS* | *FACVLTAS* |
| 123 | 4 | 16 | triennium | biennium |
| 124 | 3 | 12 | triennio | biennio |
| 128 | 2 | 13 | ſtatutur | ſtatuatur |
| 131 | 1 | fin. | proſiti | propoſiti |
| 140 | 1 | 4 | ſccedit | ſuccedit |
| 143 | 3 | 27 | no nomen | dele *no* |
| 147 | 1 | 17 | inaditum | inauditum |
| 152 | 2 | 23 | horredè | hortendè |
| 152 | 2 | 29 | iudiſdicabuntur | iudicabuntur |
| 152 | 4 | 10 | Magiſtratum | Magiſtratuum |
| 159 | 1 | 11 | obſeruantis | obſeruantijs |
| 161 | 4 | 21 | facum | factum |
| 162 | 1 | 13 | deſunctis | defunctus |
| 162 | 2 | 23 | ad heres | ad heredes |
| 171 | 0 | 9 | alteria | altaria |
| 171 | 0 | 10 | lampandes | lampades |
| 171 | 0 | 12 | nuturam | naturam |
| 172 | 0 | 1 | cibuum | ciuium |
| 174 | 0 | 33 | vělui | veluti |
| 177 | 0 | 34 | infimi | infirmi |
| 182 | 0 | 1 | aludi | aliud |
| 204 | 0 | 22 | priculi | periculi |
| 207 | 0 | 20 | munitione | monitione |
| 209 | 0 | 7 | laquo | laqueo |
| 209 | 0 | 10 | morte | mortem |
| 210 | 0 | 22 | faſtidiſſimum | faſtidioſiſſimum |
| 210 | 0 | 34 | fruatur | fruantur |
| 213 | 0 | 25 | foruere | fovere |
| 214 | 0 | 14 | turtantem | turbantem |
| 221 | marg. | 22 | procedit | pręcedit |
| 230 | 0 | 1 | preditus | predictus |



*DEDVC ME DOMINE SVPER SEMITAS iuſtitiæ propter nomen tuum. Pſalm. 22.*

# Pſephiſmatis I.

# VIGILIA PRIMA.

*RESTITVTIO A MINORIBVS hæredibus petita, adverſus hæreditatis pro indiuiſo poſſeſſæ venditionem; an maioribus quoque hæredibus, qui ſimul etiam vendiderunt, competat? Et de reſtitutione pretij & fructuum.*

RESTITVTIO MInori competens, maiori non ſufragatur 1. Perſonale quidem eſt huiuſmodi priuilegium 2: nec ad alias extenditur perſonas 3; quem admodum exceptiones, quę alicui perſonę cohęrent 4. Et ſi ſecus iudicemus de realibus, ſiue rei coherentibus; hoc eſt, in quibus res, priuilegij cauſa eſt 5. Vnde minoris fideiuſor, nec reſtituitur 6. Nec pater adverſus obligationem, ipſius iuſſu, factam à filio familias minore, iuſtè reſtitutionem petere poterit. 7.

At minor adverſus venditionem reſtitutus, reddito accepto pręrio, fundum recipiet; fructibus penes emptorem remanentibus, in cōpeſationem vſurarum quantitatis pretij à minori reſtituendi 8. Si circumſcriptus probetur minor, læſuſve; prædium cum fructibus reſtituet emptor. Sed pretium non accipiet, niſi quatenus locuplectior factus ſit minor: reſtituet quidem tunc illud,

cum vſuris, omiſſa compenſatione 9.
Si abſque decreto minor prædium vendidit; non opus eſt diſceptatione de vili pretio, nec reſtitutione adverſus venditionem indiget, cum hæc nulla ſit 10 Quin imo, cum ius ab eo diſcedere nó potuit 11; rei vendicatione vtetur pro fundo & fructibus, cum condictione pro conſumptis 12 Quæ niſi per doli exceptionem excludi nequit, illo tantum vnico caſſu, quo ex alieno damno, minor locupleĉtari vellit, vt proximè.

Igitur fundum minori reſtituere tenetur, emptorque ab eo pretium nó conſequetur 13. Nec enim, eo caſſu, tutò minori ſine curatore ſoluitur 14. Nec adſtrictus ſoluendi neceſsitate inuenitur emptor, vt partius in venditione agatur, tamquam æs alienum ſolvens, 15: cum ex venditione [ illa ] nulla, nec pretium dare neceſſum fuit 16. Verum licet illud regulariter, dum ſcienter perdituro datur minori pecunia: ęquiùs tamen eſt, vt probata minoris vtilitate ex pretio recepto; pro toto, vel pro ea tantum pecuniæ parte, quæ in ipſius minoris facultates vtiliter conſtiterit erogata, teneatur emptori cum vſuris reſtituere 17: ne locuplectetur minor cum alterius damno, adverſus naturalem ſanctamque rationẽ.

Eſſet enim alias, abſolutè fundum cum fructibus deſiderans, doli exceptione repellendus 18. Expenſas quoque neceſſarias ſoluet ( quas nec peſsimè quidem poſſeſſoribus, prædonibus ve, denegat ius ] non vero voluptarias meliorationes 19. neque vtiles, quibus impendendo, ſuũ, non autem eius cuius res eſt, negotium geſsit 20. Permittitur tamen meliorantibus, ius auferendi eas, ſi pręter lęſionem prioris rei ſtatus, fieri poteſt 21. Quæ vtiles, quæ vero neceſſariæ ſint expenſæ, & quæ cum fructibus computandæ; conſule 22.

Cenſuit Senatus: emptorem [ vti male fidei poſſeſſorem ] teneri, rem à ſe emptam [ cum fructibus 23. ] minoribus reſtituere; non maioribus. Tunc eatenus venditio reſcindetur, quatenus minorum prædium pro parte com-



commune fuit: libera emptori remanente voluntate, à toto diſcedere contractu, cũ empturus partem non eſſet. Et hoc caſſu, maiores cum minoribus, in effectu, reſtituuntur 24: ex parte ſi quidem emptoris, & ipſius contemplatione; non tamen ex parte venditorum, cum poſſit vendita res diuidi. Tunc enim minoris reſtitutio, nec maiori prodeſt, ſi nolit emptor 25. At in rebus nec diuiſionem recipientibus, ſecus iudicandum 26, in quibus minore reſtituto adverſus venditionem, & maior veniet reſtituendus, ob rei indiuiſibilitatem, etiam contra emptoris voluntatem partem retinere deſiderantis; niſi ex ipſius maioris placito fiat aliter. Utriuſque enim conſenſus neceſſarius, ne inuitus in communionem incidat 27. Ita Senatus iudicauit, in cauſa Antonij Garcia de Pedroſa, & conſortium, contra Antonium Ramirez, hauit. de la Habana, Die 19. Ianuarij, Anni 1652.

*1 A D. l. tutor 47. §. contrator ff. de minor. l. vnica Cod. ſi in communi eademque.*

*2 L. 2. quæ eſt fin. C. ſi vnus ex pluribus appellauer.*

*3. Ad l. 2. C. de legibus l. maritum 12. cum l. ſequent. ff. ſolut. matrim. §. ſed & quod Principi, Inſtit. de iure perſonar. l. 1. §. 2. ff. de conſtit. prin. Conſonat. l. in compromiſsis 45. ff. de recept. arbit. l. priuilegia 196. ff. de reg. iur. cap. priuilegium 7. eod. tit. in 6.*

*4. L. exceptiones 7. ff. de exceptionibus.*

*5. D. l. exceptiones §. rei autem, l. & ſi hæredi 21. §. fin. in fin. ff. de pactis, l. priuilegia 32. ff. de bonis author. iur. poſ.*

*6. L. 1. C. de fideiuſor. minor. l. & pupillus 35. ff. de recept. arbitr. l. 3. §. ſed vtrum, l. in cauſa 13. ff. de minorib. l. Marcellus 25. ff. de fideiuſor.*

*7. D. l. 3. §. ſed vtrum.*

*8. Ex I. C. Paulo, lib. 1. ſenten. cap. 9. §. 7.*

*9. L. quod ſi minor. 24. §. reſtitutio l. patri 27. §. 1. verſ. ex quo, & ibi Gotofredus, l. tutor. 47. §. item quæro, ff.*

 de

*de minor. l. ſine herede 32. §. interpoſito ff. de adminiſtratio. tutor.*

10. *L. ſi quidem 11. C. de prædijs & al. reb. minor.*

11. *L. ſi prædium 16. Cod. eodem tit. de prædijs.*

12. *Ex d. leg. proximè adducta.*

13. *L. ſine herede 32. §. interpoſito ff. de adminiſtrat. tutor. & Gotofred. ad d. l. quod ſi minor. 24. §. itaque, lit. i.*

14. *Ex l. at Prætor 7. §. 1. ff. de minor. Antô. Fauer. in Cod, tit. 15. lib. 2. defin. 1. n. 5. in allegat. §. nunc admonẽdi, Inſtit. quibus alienare licet.*

15. *Ex ratione tex. in d. l. quod ſi minor 24. §. reſtitutio, verſ. itaque.*

16. *Anto. Fauer, vbi ſupra proximè.*

17. *D. l. ſi prædium 16. l. prædiorum 10. C. de prædijs minor.*

18. *D. l. 16. ad fin. l. vtere 14. C. de præd. minor. facit tex. in l. in pupillo 47. §. 1. in fine. ff. de ſolutio. §. ex contrario, Inſtit. quibus alienare licet, Fauer. vbi ſupra proximè.*

19. *L. intra vtile 39. §. 1. ff. de minor. l. ſi à Domino 36. §. quo tempore, ff. de petitio. hered. l. ſine herede 32. § item reſpondit 5. ff. de adminiſtra. tutor. Iacob. Cuiatius, obſerua. lib. 20. cap. 1.*

20. *L. domum 5. C. de rei vendicat.*

21. *D. l. domum, vbi Gotofred. d. l. 32. § item reſpondit, l. in fundo 38. ad medium, ff. de rei vendicatio. l. planè 38. cum antecedent. & ſubſequent. ff. de petione hæredit.*

22. *L. ſi à Domino 36. cum lege ſequẽt. ff. de petitio hæred.*

23. Ita enim fiet, vt plena maneat reſtitutio, *ad l. plus eſt 22. cum alijs vulgaribus ff. de verbor. ſignific. & infra vigil. 47. n. 38.*

24. *D. l. tutor 47. §. curatór ff. de minor.*

25. *Ex textu proximè adducto Anto. Fauer. in Cod. lib. 2. tit. ſi in commune 16. defin. 1. in alleg. n. 6.*

26. *L. ſtipulationes 72. ff. de verbor. obligatio. l. loci 4. §. ſi fundus ff. ſi ſervitus vendicetur, l. ſi commune 10. ff. quemadmodum ſervitus l. cũ ex cauſa 139. ff. de verbor. obligat. l. etiam ſi 29. §. ex cauſa ff. de minor. l. vnica Cod. ſi in commune, vbi Gotofredus, Fauer. vbi proximè n. 5.*

27. *Idem Anto. Fauer. vbi ſupra prox. defi. 2.*

Pſep-



# Pſephiſmatis II.

# VIGILIA SECVNDA.

## DE MATERIA ADIVNCTORVM, *de viſitatione Epiſcopi, & modò in ea procedendi, contra Capitulares. Et de appellationibus circa præfata admitendis, vel non.*

EPISCOPVS CONtra Capitulares procedere nequit, niſi vná cum adiunctis à Capitulo ellectis, iuxta Concilij Tridentini diſpoſitionẽ. In criminalibus ex in continentia prouenientibus, in delictis que atrocioribus, depoſitionem, degradationemve requirentibus; poteſt initió, ad ſummariam informatiónem, atque detentionem neceſſariam ſolus procedere, ſi de fuga timeatur. Tũc enim, neceſſaria perſonalis detẽtio iudicatur, ne eludatur iudiciũ 1, Verum dum Epiſcopus viſitauerit, poterit per ſe capitulares corrigere & emendare, tàm ex officio, quàm ad partis cuiuſque petitionem 2. Quo caſſu, exemptio, querella, inhibitio, aut appellatio interpoſita [etiam ad Apoſtolicam Sedem) nulla eſſe poteſt, quæ executionem iudicatarum, aut mandatarum rerum, ſuſpendere vel impedire valeat 3. Hæc textualia Tridentini Cõcilij. Nunc ergo ad alia.

Capitulum pro ſe fundatam habet intentionem, ne contra Capitulares, ab Epiſcopo, ſine adiunctis procedatur, ex prædicto ſpeciali iure, cui commune, potius quam diſentit, conuenit; dum ſtatuit Epiſcopum, ſuorum cauſas nec audire, nec punire poſſe delicta, abſque capituli aſſenſu 4. Limitatur tamen à Concilio illius iuriſdictio, ex dictis, & dicendis, nouaque imponitur forma, cir-

circa capitularium exceſſus iudicandos, & puniendos. Nec ideo odioſum reputandum decretum, cum limitatio non ſit abſolute correctio, nec tam facile tollatur, quàm limitetur iuriſdictio 5.

Igitur Epiſcopus procedere intendens ſolus, & ſine adiunctis contra Capitulares Canonicos, non iure agit. Habet enim contra ſe, iuris, ac ſpecialis Concilij reſiſtentiam, duplici fortiſsimo munitam vinculo 6. Aget tamen, ſi legitimum oſtendat ius, ſibi competens, quadragenaria præſcriptione roboratum 7. cum deductione tituli, ſcientia, & patientia Capituli, ob iuris reſiſtentiam 8: aut immemoriali (etiam ſine titulo) probata, teſtibus ætate gadæuis, qui memores eſſe poſsint, & exponere, quid actum fuerit, quadraginta ſaltem annis retro, conſtanter aſerentes, ſe ita fieri ſemper vidiſſe, nunquamque contrarium actum fuiſſe, idque ſic extitiſſe factum, à maioribus & ſenioribus audiuiſſe, nec vnquam contrarium factum, maiores intellexiſſe, atque rei huiuſce publicam eſſe famam, & opinionem, apud eos qui rei cognitionem habet 9. Quod ſufficit, dum aliquis repugnans actus non probetur. Solo enim vnico contrario euaneſcit immemorialis, ſaltem dum intra centum annos ſit 10. (quid quid vltra centum teneant quidam, 11.) At probationis huiuſmodi, Epiſcopus legitimus iudex eſſe, minime poterit, obſtante iuris manifeſtiſſimo impedimento, in cauſa propria 12: cuius ſententia, ipſo iure, nulla erit 13. Ita vt nec recuſatione opus ſit; etiam ſi partes conſentiant 14.

Epiſcopus ergo, renuens adiunctos acceptare, præcipiens ve Capitulo, ne eos nominet, cum conrra Concilij decretum agat; appellatio ab huiuſmodi præcepto, & legitima, & deferenda erit, quo ad vtrumque effectum: alias vim faciet, & vt priuatus procedet. Geſta per Epiſcopum ſine adiunctis, ipſo iure nulla ſunt, ex ipſius textus verbis, ibi. *Alias proceſſus & inde ſequuta, nulla ſint, nulloſque producant iuris effectus.* Dictiones enim, *alias, & aliter*, inducunt formam 15. Verba illa imperatiui modi præſentis temporis, diſpoſitionem, ipſo iure, nullam reddunt 16. Iudex qui legem non ſeruat, vel quidquam iniuſtè præcipit, vim facit, 17. vt priuatus agit 18, eique impunè reſiſti poteſt ſpiritualibus, materialibuſque armis 19. De facto quidem procedeti, de facto reſiſtitur, defenſionis naturalis virtute, & obligatione, ne quis in ſe iniurioſus exiſtat 20. Nec opus eſt authoritate ad reſiſtendũ, vel ſe defendendum 21. Vim quoque facit iudex appellationem (quæ etiam defenſio eſt, 22.) denegando, vel poſt prouocationem innouando, ad vlteriora ve procedendo 23. Et ratione quidẽ eò maiorem, quo vrbaniùs agit vim paſſus appellando, quam de facto procedenti reſiſtendo 24: ob quorum tutamen, Eccleſiaſtico cuilibet licitum erit, in ſui, vel appellationis interpoſitæ defenſionem, ad ſuprema Regis Tribunalia recurrere 25. Cuius officium [ œconomica poteſtate quadam] proprium eſt, vi opreſſos á iudicibus Eccleſiaſticis, defendere & ſubleuare 26. Maximè quidem, cum quo ad decreta Concilij defendẽda, & inuiolabiliter obſeruanda, Rex noſter præcipuus defenſor exiſtat. 27.

Nec hoc verbis contrariatur Concilij. *Nefas autem ſit ſæculari cuilibet magiſtratui, prohibere Eccleſiaſtico iudici, ne quem excõmunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, ſub prætextu quod contẽta in præsẽti decreto, non ſint obſeruata: cum non ad ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat.* Nam non vt iudices Regij tunc Senatores procedunt, aut præcipiunt; ſed vt tutelares, Regio ſe nomine interponentes, per modum charitatiuæ, ac extraiudicialis defenſionis, rem in opreſſos, non iure, ſed facto geſtam, ne exequatur [quo vſque recurſus ab Eccleſiaſtico ſuperiore decidatur] defendunt & tutantur 28.

Vltra prædicta, pro conſtanti habitum fuit; gratiæ ſiue adiunctorum fauori, à ſingulis de capitulo renuntiari, minime poſſe: tum generaliter

neraliter ex eo, quod decretum irritanti clauſula munitum ( vt in præſentiarum ) *Alias inde ſequuta nulla ſint, nulloſq; iuris producant effectus*, non validè renuntiatur: tum & etiam ſpecialiter, ex iuris & Doctorum rationibus 29. ne alteri per alterum iniqua inferatur conditio, 30.

Cæterum cum Epiſcopo, ſuo caſſu, ſit impoſita præciſa neceſsitas procedendi cōtra ſuos capitulares, adhibitis adiunctis: nec in læuibus poterit diſpenſari, vt ſine illis procedatur, 31. Quin immò, nec vt ad primam deueniat citationem 32. Et ſi enim de minimis non curetur, ex vulgari trita regula; in materia tamen priuilegiata, & in ijs quæ de iure competunt communi, curatur quidē 33.

Attamen in grauioribus criminibus, ex quibus degradatio, & corporalis pœna reo cenſeretur infligenda; ſecus erit. Suadent enim ius & Cōcilium, tàm ex capite enormitatis delicti, quàm ex fugę ſuſpitione [ quæ tunc eo ipſo eminens creditur ] vt ijs caſſibus, reus ab Epiſcopo carceretur 34. Si autem corporalis pœna imponenda non eſſet; aliud iudicandum videretur, ſi aut reus diues fuerit, aut ſatis dederit 35.

Quibus ſuppoſitis, aſſerendum. In criminibus ex incontinentia prouenientibus, non ſic Epiſcopo licebit ad capturam procedere: cum regulariter hæc ſint conſideranda, & ſeruanda, ex Iure & Cōcilio. Suſpectus de fornicationis crimine Clericus; primò, ſecundò, & tertiò monendus: iterum, excommunicandus. Fornicarias retinens, nec poſt ſecundam vel tertiam commonitionem dimittens; Eccleſia, vel portione, ad tempus, vel in perpetuum omiſſa appellatione, ſpoliandus. 36. Sed nouiter Concilium ſtatuit. Clericum de incontinentię crimine cōuictum: primò, beneficij tertiam redituum partem amittere; ſecundò, ſuſpendendum; tertiò tandem, beneficio priuandum. Verum in Clericos beneficijs carentes, ſaluas ſtatuit prædictas iuris pœnas, vel carceris, 37. Hinc, cum argumentum à contrario ſenſu, validiſſimū iure reputetur; 38. colligitur: Clericos beneficia poſidentes, ob incontinentiæ crimen, in carcerem conijciendos non eſſe 39. Canonici ergo, iure hoc potiſſimè vtētur, ne peioris exiſtant conditionis, etiam cum adiūctis Epiſcopo procedente, & maximè ſi ſolus procedat, ex duplici adlata ratione. Capitularis ſiquidem captura, tunc ex Concilio licita, quando neceſſaria, vbi de fuga timetur, ne eludatur iuditium.

Igitur ex ijs, appellatio ab indebita carceratione ( cuius irreparabile grauamen, nec per difinitiuam reparari poteſt) licita, & præciſa, quo ad vtrumque iudicatur effectū, 40. Sed in prædictis, nunc, nec formiſsimo ſiſtimus pede. Suo enim tempore veritas indagabitur, an abſolutè [vel ex circunſtantijs) in incontinentiæ cauſis, ſolus Epiſcopus, contra Capitulares ad capturam procedere valeat.

In viſitatione tamen procedendo, non eget Epiſcopus adiunctorum conſilio, ad Capitulares corrigendos, & emmendandos, iuxta Canonicas ſanctiones. 41. cōtra cuius diſpoſitionem, nulla valet conſuetudo, etiam immemorialis. Sublata quidem eſt à Concilio 42. Aduertendum tamen; verba illa, *corrigi & emmendari*, ad morum correctionem, & pœnitentiam, pro animarum ſalute, potius quà ad punitionem reſpicere 43. Numquā enim pœna ordinaria crimen aliquod corrigitur, ſed punitur 44.

Aliud quidem corrigere, aliud punire eſt. Procedendū ſiquidem erit deplano, ſine ſtrepitu & figura iudicij 45. Quo caſſu, nulla erit appellatio; quę ſuſpēdere poſsit 46. niſi modum excederet Epiſcopus in viſitatione & punitione. Eò namque caſſu, appellatio [ expreſſa grauaminis cauſa ]& ſuſpendet & deuolbet 47: Vt ſi ſub correctionis prætextu, ad capturam procederet, excluſioneve ab actibus canonicalibus; quæ magis ad iuditialē cognitionem, quam ad correctionem pertinent 48. Non tamen ex dictis facultas denegatur Epiſcopo, quominùs res; rerumque adminiſtratores Eccleſiæ, viſitare valeat; & negli-

gligentes in adminiſtratione repertos, ad ſatisfactionem, vſque animadvertere, ne fruſtranea reddatur viſitatio 49.

Unde cum prædictis, nec obſervatis, procederet Archiepiſcopus huius Ciuitatis contra Capitulum & Canonicos Eccleſiæ Metropolitanę, renuens appellationes quoad vtrumque effectum cõcedere, immo ad vlteriora in cauſa procedendo, prouocatione non obſtante; re introducta, recurſuque per viam violētiæ habito ad Regium Senatum: declaratum extitit, Archiepiſcopũ vim facere prouocationibus non deferendo: & quæ acta poſt appellationem interpoſitam, & intra tēpus ad appellandum præfixũ; vti atentata eſſe reuocanda, & ad priſtinum ſtatum reducēda, ex iuris & Doctorum cōſtanti reſolutione 50. Die 14. menſis Iulij, & die prima menſis Auguſti, Anni 1651.

*1. Concil. Trident. ſeſsio 25. de reformatio, cap. 6.*

*2. dicto cap. 6. in prin. & cap. 4. ſeſsio 6. de reformat. & reſident. prælator.*

*3. Cap. Epiſc. 10. ſeſsio 24. de reformat. cap. 1. ad fin. ſeſsio. 22. cap. 1. verſ. cum igitur ſeſs. 13. eiuſdem tit. de reformat.*

*4. Can. Epiſcop. 15 q. 7. vbi gloſ. can. ſcitote, 6. q. 3. cap. nouit 4. de ijs quæ fiunt à prælat. cap. 2. de ijs quæ fiunt á maior. par. capit. gloſ. in cap. 1. verbo: capituli, de exceſsib. prælator. gloſ. fin. in can. ſi autē 15. q. 7. gloſ in cap. cũ nos, verbo, reclamāte, de ijs quæ fiũt à prælato, can. ſi quid vero, iuncta gloſ. verbo Eccleſiæ, diſtinc. 86. Ant. de Butri, in cap. irrefragabili, de officio ordinarij, n. 20. & ibi Innocentius. n. 5.*

*5. Ex Balbo de præſcription. 5. par. princip. p. 1. queſt. 8. n. 7. & Mandos. ad regul. de iure quæſit. quæſt. 12. verſ. contraria.*

*6. Cap. 1. de tregua & pace, auth. itaque C. commun. de ſucceſion. ex Barbac. Conſ. 32. n. 9. vol. 1. Ioan. de Imol. in dict. cap. 1. n. 6.*

*7. Auth. quas actiones, C. de ſacroſan. Eccleſiis, cap. de quarta, cap. illud, cap. auditis, de præſcription. cap. olim cauſam, de conſuetud. cap. cum anne, de ellectio. Cap cum Eccleſia ſutrina, de cauſa poſeſsio, & pro*



*& propr. poſt claſicos, tradunt Rinius collecta. 1005. Febus deciſ. 82. n. 7. Gilken. in dict. auth quas actiones, cap. 1. á n. 8.* etiã inter duas procedit Eccleſias, quando vna contra aliam, præſcribere intendit *Alberic. Bar. Bal. & Salicetus ad d. auth. & ibi etiam Caſtrēſ. n. 6. Iaſon, n. 11. & Gilken. cap. 1. n. 12. Puteus deciſ. 251. n. 2. lib. 3. Balbus de præſcriptio. 1. p. quintæ par. princip. n. 3. Innocētius, Hoſtienſ. Butrius, cap. ſantorũ, de præcript. Cobarr. in reg. poſſeſſor, 2 p. §. 2. n. 1.*

*8. D. cap illud, 8. de præſcriptio. cap. 1. vbi gloſ. eiuſd. tit. in 6. ex cap. ſi deligenti 17. eod. tit. Couarrub. in d. cap. poſſeſſor, 2. p. in princ. n. 8. & fin. & ibidem §. 3. n. 6. verſ. prima quidem.*

*9: Idē Couarrub. d. §. 3. n. 7. & 8. Seraſin. deciſ. 1107. n 2.*

*10. Rota per Farinac. deciſ. 254. n. 3. par. 1. in recētiſ. tradit Suelues, Cõſ. 9. n. 36. cent. 1.*

*11 Ioan. Garzia, tract. de expenſ. cap. 9. n. 25.*

*12. L. qui iuriſdictioni 10, ff. de iuriſdict. omn. iud. l. Iulianus 17. ff. de iudicijs, l. fin. §. viros autem, in fine C. vbi Senatores, l. vnica, C. ne quis in ſua cauſa iud. l. 34. tit. 6. lib. 3. recopil. Maran. de ord. iudit. p. 6. de appellatio. n. 32. Sueles Conſ. 34. n. 7. cent. 1. & ſupra vigil. 37.* Ex quo in huiuſmodi materia, cautē legēdus Villarroel [& ſi inter anniles fabulas, iuriũ legulus] *in ſuo libro, Gouierno pacifico Eccleſiaſtico* [ ita erit dũ in omnibus ad libitũ ſcriptis, ſibi morē gerere curaberimus) *par. 1. quæſt. 8. art. 4.*

*13. D. l. 34. l. 10. tit. 4. p. 3. Surd. Conſ. 50. n. 10. Carolus de Graſis de exceptio. cap. 24. n. 69. Vantius de nullit. ex defect. iuriſdic. n. 94. vt per Suelues, vbi proxi. cum alijs.*

*14. Gloſ. fin. in l. 1. C. ne fideiuſor. dot. dent. Abendan. de exequen. mand. p. 2. cap. 23. pro vt Suelues d. Conſ. 34. n 8.*

*15. Petrus Cenedo, ſingular, 62.*

*16. Proſequitur late Ludouicus Sarabia, tract. de Adiũctis quæſt. 31. á n. 9.*

*17. Can. quoties 16. 2. q. 6. vt per Ceball. de cognit. per viam violent. gloſ. 6. n. 33. & 34.*

*18. Menoch. de recuper. poſeſſ. remedio 8. n. 13. & 17. Sarabia de adiũctis, quæſt. 30. n. 16.*

*19. F*

x

19. Ex Socino, in cap. perpedimus de ſentent. Excommun n. 123. cum alijs, Sarabia, vt iprox. n. 17.

20. Dixi late in meo tract. de ſui defenſio. lib. 4. quæſt. 4. & lib. 2. quæſt. 4. n. 3. & lib. 1. quæſt. 3. n. 6. & 7. & lib. 2. quæſt. 1. n. 8. & ſequent.

21. Ex Michael. Agia, fundament. 27. pag. 115. Sarauia, d. quæſt. 30. n. 25.

22. Dixi d. tract. lib. 5. quæſt. 4. à n. 6.

23. L. lege Iulia 7. ff. de vi public. faciunt tradita à Magonio, deciſ. 120. n. 1. ex Sarabia vbi ſupra poſt n. 24.

24. Vt conſiderauit Sarauia, d. quæſt. 30. n. 15. Pariſ. Cōſ. vltim. n. 4. Seſſe de inhibitio, cap. 8. §. 3. n. 175.

25. Seſſe, d. cap. 8. §. 3. n. 175. & ſequent. & deciſ. 114. n. 1. 13. 14. 21. & ſequent.

26. Can. regum officium 26. q. 5. can. Princeps 23. q. 5. Hieremiæ cap. 21. & 22.

27. Paz in prax. tom. 2. præludio fin. n. 9. & 10. Bobadill. polit. lib. 2. cap. 18. n. 194. Sarabia, cum alijs, d. quæſt. 30. num. 31.

28. Petrus Cenedo, canonicar. quæſt. 45. per totam, Salgado, de regia protectione latiſsimè, & nos ſupra in vltima Vigilia.

29. Ex gloſ. in cap. ſtatutum §. in nullo, verſ. expreſſus, de reſcript in 6. ſequitur Creſcen. deciſ. 4. n. 3. de priuileg. tenet Sarauia d. tract. quæſt. 7. n. 7. verſ. quarto, cum num. anteced.

30. L. 2. ff. de ſeruitut. l. non debet 74. ff. de regul. iur. l. ſi vnus 27. §. 4. in fine, ff. de pactis l. in re cōmuni 26. ff. de ſeruit. Vrban. l. ſi vnus 19. ff. de ſeruit. ruſticor.

31. Farinac. de Acuſatio. q. 18. n. 61. & q. 177. n. 16. Scacia, de appellat. q. 17. limit. 4. à n. 76. vt per Sarauiā q. 2. n. 4.

32. Idem Ludouic. Sarau. d. tract. de adiunctis q. 28.

33. Bar. in l. ſcio, 4. ff. de in integr. reſtit.

34. Concil. Trid. d. cap. 6. verſ. in criminibus, ſeſſ. 25. cap. tuæ 6. de præſumpt. Sarauia, quæſt. 20. n. 11. ex Segura, in director iudic. Eccleſ. p. 2. cap. 13. n. 4.

35. Ad l. 1. ff. de cuſtod. reor. vbi Bar. & Doctor. Boſſius, in prac. tit. de carcerato fideiuſor. relax. n. Iul. Clarus,





quæſt. 46. n. 7. & q. 34. n. 46. Sarauia, d. q. 20. n. 12.

36. Cap. ſi quiſquam 2. cap. ſicut 4. cap. ſi autem 6. de cohabit. Clericor.

37. Concil. Trident. cap. 14. ſeſſ. 25.

38. L. 1. §. 1. ff. de officio eius, vbi Doctores, & in cap. cum Apoſtolicæ, de ijs quæ fiūt à Prælato, cap. cum virum de regularibus.

39. Don Franciſcus de Amaya omnino legendus in leg 2. Cod. de exactorib. tributo. lib. 10. n. 49. Gutierrez lib. 2. Canon. cap. 7. n. 11. Salzed. in praxi cap. 70. Vela de delictis cap. 6. n. 9. Pereira de manu regia 2. p. cap. 56. n. 17. Ceuallos tomo 5. de cognition. per viam violentiæ 1. par. q. 88. à n. 1.

40. Ex congeſtis à Barboſ. ad ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat. n. 10. & ex declarat Cardinal. ad cap. 1. ſeſſ. 13. de reformat. vt Sarauia, d. quæſt. 20. n. 13.

41. Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 4. cap. conquerente 16. de officio ordinar. cap. cum venerabilis. 21. de cenſibus, cap. 1. eod. tit. in 6. Cenedus in qq. Canon. quæſt. 26. n. 25.

42. D. cap. 4. ſeſſ. 6. Farin. deciſ. ciuil. diuerſ. 715. n. 4. et 709. n. 3. & 743. n. 4. par. 1. Sarauia q. 24. n. 14. 15. & 16. vbi, quod contra viſitationem, quælibet immemorialis conſuetudo ſublata ſit.

43. Marant. de ordin. iuditior. p. 6. de Inquiſitio. n. 14. & 32. ex tex. in cap. 1. §. ſane, de cenſibus. in 6. vbi Doctores.

44. Sarauia de adiunctis, d. quæſt. 24. n. 13.

45. Idem quæſt. 26. n. 1. & 2. ex Farinac. in d. cap. 6. §. quando Epiſcopus viſitauerit, cum Marcilla lib. 4. tit. 7. cap. 20.

46. Diximus ſupra n. 3. & ex cap. licet de offic. ordin. cap. ad noſtram, cap. reprehenſibilis in fin. & cap. cum ſpetiali Maranta de ordin iudit. p. 6. verbo & quandoque appellatur, num. 333.

47. Maran. d. p. 6. n. 333. ex gloſ. in d. cap. ad noſtram, & tex. in cap. de priore, & cap. nouit, 43. de appellat. notat tex. in cap irrefragabil, de officio ordin. Nauarro Conſ. 2. tit. de appellation, Sarauia, d. quæſt. 26. n. 3. & 8.

48. Ex l. quod ad ſtatum ff. de pœnis Menoch de arbitrar. lib. 1. quæſt. 82. Gon-

*zalez ad reg. 8. Cancell. gloſ. 0. á n. 17. Sarauia d. quæſt. 26. n. 8. in fin.*

*49. Vt per adduct. á Sarauia d. quæſt. 24. n. 20.*

*50. Vt ex rubr. & nigr. ff. nihil nouari appellatio. pendente, & Cod. vt lite pẽdẽte. Lancelotus de atentatis 2. p. cap. 11. & cap. 12. de atentat. appellatio. pẽdente, in præfatione, ex n. 83. & de atentatis pendente tempore ad appellandum, d. cap. 11. & cap. 18. num. 37.*

# Pſephiſmatis III.

# VIGILIA TERTIA.

## *TERTIVS OPPOSITOR, QVANdo impiet proſecutionem litis, & ſententiæ executionẽ.*

TERTIVS SE LIti opponens, ſibique ſoli rem litigioſam, tamquam vero Domino, ad iudicandam intendens; & ſi veniat admittendus, non tamen litis formatæ progreſum, inter reum & actorem, impediet, ex iuris, & Doctorum veriori ſententia 1; quid quid alij contradicãt ad ſeuerantes, impediendum prioris Iudicij proceſum, & difinitionem, vſque quo tertij huius, dominij ius examinetur 2. Igitur res lite finita, primô erit victori litigãti tradenda: nec tertius oppoſitor, [iure] ſententiæ executionẽ impediet. Cautionem æquè præſtabit de indemnitate, in caſſu ſucumbentiæ, ſi oppoſitor iſte poſtea rẽ euincat 3. Idque etiam eueniet, ſi durior cauſa ipſi tertio oppoſitori reddatur, ob ſententiæ executionem, & rei in aduerſarium victorem traditionem. Veluti, ſi ſtatu potens, doloſus, fraudulentusve extiterit, cuius ope, victoriæ poſtea obtinendæ fruſtrationẽ, probabiliter timeret. Totum hoc, prudentis iudicis arbitrio



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

bitrio relinquendum, vt cautionis grauamen imponere queat, primó victori. 4. Sed prędicta, ſuo caſſu. Nũc ergo.

Liti ſe tertius opponens, petensque rem litigioſam ſibi, vti domino, reſtituendam, vel adiudicandam, idque in continenti probare intendat: admitendus eſt, litisque progreſum impediet, dúm de dominio diſcutitur 5. Aliud ſi altiorem requirat indaginẽ probatio illa, dum in cauſa concurrit executiua. At hoc iure inſpecto cõmuni, & antiquo ſimiliter huius Regni, 6. Nouiori tamẽ iure, nõ ſũmatim de actione ſua tertius oppoſitor docere debet; ſed terminus illi ordinarius cõceditur, vt ius ſuũ oſtendere poſſit 7. Tũcq via excutiua in ordinariã cõuertetur (quo ad tertiũ) vſq quo dubitationis huiuſce ſentẽtia proferatur. 8. Si rẽ executam, & de qua a deſt controuerſia, tertius oppoſitor poſideat; cum dominus eo ipſo præſumatur, progreſum impediet, & in aduerſariũ onus probãdi trãsferet. 9.

Quotiens enim executio in bonis debitoris facta eſt ab hypotecario creditore, & tertius ali⁹ creditor hypotecam habens, venit ſe executioni opponendo, tám ante addictionis ſẽtẽtiam, quã poſtea; & ſi regulariter impediat proſecutionem in cauſa, ex dictis 10: non tamen ſi non ex ſua perſona, ſed coadiubando debitoris, vel actoris ius, oppoſitionem faciat; vel calũniosé vt cauſam protrahat. Tunc enim non impediet, proceſſumque eo ſtatu in quo eſt accipiet; immo repellẽdus erit ſi de malitia apparuerit 11. Verũ dúm tertius ſe opponens executioni per aliud factæ, virtuti inſtrumẽti, vtens perſonali vel hypotecaria actione ſibi competẽte, in pretioque, ex bonorum debitoris venditione procedente, petẽs ſe præferri, etiam ſi tempore ſit prior: executionem factam a primo creditore hypotecario, poſteriore tẽpore, nullatenus ſuſpendet, neque rerum executarum vẽditionem. Ius tamen indemne, creditor iſte tardius veniens, habebit, via ordinaria agendi contra bonorum poſſeſſorem ſui debitoris; vel executiué contra eundem debitorem, eiuſque bona, ſi ali-

qua

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

qua ſuperſint: aut ex pretio rerum hic venditarum, priori illo creditori ſolutio & ſatiſfactio fiet; reſiduũ vero, ſecũdo aplicabitur creditori, qui executionem obtinuit & proſequutus eſt 12. Equidẽ tamẽ procedet illud, ne ex tertij oppoſitione retardetur, vel ſuſpendatur executio; quando debitor communis, bona ſuficientia habet, ex quibus poſsit omnibus ſatisfacere 13 alias enim contrariũ, aſſerendum, admitendusque veniet oppoſitor tertius, ad cauſam agendam & aſumendam, non in eo ſtatu in quo eſt oppoſitionis tempore; ſed ab initio, tamquam ſi cepta non eſſet, interimque dum de iure diſcutitur opponentis, ſuſpendetur proſecutio 14.

Hoc enim quod dictũ eſt procedere inter creditores hypotecarios, habentes pro ſe inſtrumenta, aut ſententias: locum non habebit inter creditores chyrographarios, aut ſine iſtrumento, in quibus is prior & potior erit, qui primò ad iudiciũ deuenerit, ac pro ſe ſententiã reportauerit; etiam ſi creditum ipſius poſterius eſſet. Hoc, præter ea quę de iure procedunt, lex noſtra teſtatur 15. dum diſponit. *E por ende dezimos, que ſi alguno ovieſſe á dar á muchos debdos que fueſſen deſta natura, que qualquier dellos que demandare ſu debdo por juizio, e por quien fueſſe dada ſentencia, primeramente contra el deudor, aquel deve ante ſer pagado que ninguno de los otros, maguer el ſu debdo fueſſe el poſtrimero. E los otros aquiẽ devia algo eſte debdor ſobredicho, non an demanda ninguna cõtra aquel que vence ſu debda.* Et Iuriſcõſultus Paul[9] 16. *Inter eos* [inquit] *quibus eadem ex cauſa debetur, occupantis melior conditio eſt.* Nos alibi, aliqua ad hoc diximus 17. & alia, aliunde petenda, quæ prædictis adherent 18.

Hinc aſſerimus, quod creditor iſte chyrographarius, & perſonalis, qui nec bona debitoris, ſed eius tantum perſonam obligatam habet: non poteſt pecuniam auocare, iam à debitore ſolutam alio creditori perſonali, ſiue chyrographario; cum inter hos, nulla ſit prælatio, aut prioritas temporis: ſed qui primò occupat, petit, & recuperat de-



debitum; prior, & potior eſt, ſecurusq́ in debito ſoluto 19.

Senatus tandem, in ſupradictorum confirmationem, & in oppoſitione facta à D. Roderico Pimentel, in cauſa executiua, prolata iam additionis ſententia, obtenta à D. Gabriele de Roxas, iudicauit: & deciſſum, illius executionem, nullatenus eſſe impediendam. Ambo enim, ex vna parte, chyrographarij erant creditores. Die 9. Martij. Anni 1655.

*1. Exagitat Couarr. prac. quaſt. 14. n. 4. Giurba, diciſ. 8. per totam Aug.* *Barboſa* innumeros referens *in cap. cum ſuper 17. de ſentẽt. & re iudicata.*

*2. Ex Baldo in cap. 1. §. duo, de pace tenend. & eius violator. refert idem Couarr. vbi proximè.*

*3. L. cum idem 60. ff. de peti. hæred. l. is á quo 57. ff. de rei vendicatio. cum alijs Couarr. pract. q. 16. n. 3.*

*4. Vt per cap Piſanis 19. de reſtit. ſpol. Sentit. Abbas in cap. veniens, el 2. de teſtibus,* ibique videndi *Felinus & Bal.* reffert *Couarr. d. quaſt. 16. n. 3. Minſinger. ſingular. obſervat 73. n. 7. centur. 3.*

*5. Minſinger. dicta obſeruat. 73. n. 3. centur. 3. Couarr. d. cap. 16. n. 1. ex cap. veniens 38. de teſtibus, cũ alijs.*

*6. Tex. in l. á Diuo Pio 15. §. ſi ſuper rebus, verſ. ſed ſciẽdum. ff. de re iudica. vbi Bar. Caſtrenſ. Alexander, Albertc. & paſim Doctores, d. cap. veniẽs cũ alijs ſupra proximè, l. 3. tit. 27. p. 3. vbi Gregor. Lop. gloſ. 10. Giurba, deciſ. 62. n. 1 & 2.*

*7. L. 41. tit. 4. lib. 3. recopillatio. Paz in prac. 1. tom. 4. part. cap. 4. n. 2.*

*8. Azebed. ad d. l. 41. Auendaño de exequend. mãd. part. 1. cap. 16. n. 6. & 7. Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. 5. p. §. 11. ex n. 58. Paz vbi ſupra, Rodriguez de executio. cap. 8. ex n. 2. cum alijs, Carleual. de iudit. lib. 1. tit. 2. diſp. 8. n. 10. & 11.*

*9. Couarr. pract. quaſt. 16. n. 4.*

*10. D. l. 41. Parlador vbi ſupra in fin. 5. p. § 10. n. 24. Caſtillo ad l. 64. Tauri, gloſ.*

B verbo

verbò appellatio, verſ. ſe alegue, Gregor. Lopez, ad l. 11. tit. 14. p. 5. gloſ. 1. no obligãdo.

11. Ex cap. ſuſcitata 6. de in integr. reſtit. Couarr. d. cap. 16. n. 2. Carleual. lib. 1. tit. 3. diſput. 12. n. 16. & 18. Parlador, d. cap. fin. p. 5. §. 10. n. 24. Caſtillo ad d. l. 64. Tauri, n. 96. Paz, d. cap. 4. n. 4. & 5. Gregor. Lopez, vbi ſupra.

12. Ex l. 38. tit. 13. par. 5. & per l. á Diuo Pio, §. ſed illud ff. de re iudicata, Gregor. Lopez, d. gloſ. 1. ad fin. Author Curiæ Philip. p. 2. §. 26. n. 4. & 9. Rodriguez de executio. cap. 8. n. 5. Auendaño de cenſibus, cap. 109. ex n. 10. cum alijs Carleual. dicta diſput. 12. n. 3. & 12.

13. Vt per Couarr. & Caſtillo, Curiæ Philip. d. § 26. n. 5. cum alijs Carleual. d. diſput. 12. n. 4.

14. Ex Couarr. pract. quæſt. 13. in prin. Doctores ſupra adducti, cum alijs Carleual. d. diſputat. 12. n. 5. 13. & 18. Curia d. §. 26. n. 11. & in ſpecie tex. in cap. 1. vt lite pend. lib. 6. docent Giurba deciſ. 8. á n. 2. Cancerius p. 2. var. reſolut. cap. 16. Balboa in cap. cũ ſuper n. 3. de ſent. & re iud.

15. L. 11. tit. 14. p. 5. cõſonat l. 9. tit. 15. ead. p. 5. & pro argumẽto tex. in leg. qui autem 6. §. ſecũdum, & in leg. pupillus 24. ff. quæ in fraudem creditor. Flores de Mena, lib. 1. pract. cap. 6.

16. L. inter eos 19. ff. de re iucata, vbi gloſ. & verbo occupantis.

17. Dixi, in addition. ad chyrographum mercatoris, amici mei Dom. Ioſephi de Niño (poſt meum Depoſiti ſiue Commandæ ſcholium) lit. m. num. 2. & lit. n. numer. 2.

18. Videndi Zaſi. ad l. á Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus ff. de re iud. ex n. 13. Felin. in cap. cum ſuper 17. eod. tit. col. fin. Gaill, obſeru. 60. cum ſeq. & 122. lib. 1. Minſinger. obſeru. 73. centur. 3. Stephan. Gracian. diſceptat. for. cap. 439. tom. 3. cum multis, Carleual. de inditijs lib. 1. diſput. 12. per tot. tit. 3. & diſput. 8. ex n. 10. d. lib. 1. tit. 2.

19. Ita optimé Flores Diez de Mena, variar. quæſt. 6. lib. 1. n. 2. & 3. per tex. cum gloſ. in l. inter eos, ff. de re iudic. & l. qui autem. ſciendum, l. ſi pupillus, ff. quæ in fraud. creditor. l. 9. tit. 15. part. 5. cum alijs, vbi ampliat, etiam

ſitem-



ſi tẽpore ſolutionis ipſe creditor ſciuerit debitorem alios habere creditores perſonales, & nec omnibus ſolvendo eſſe, vel foro cedere velle, *per d. textum.*

# Pſephiſmatis IIII.

# VIGILIA QVARTA.

## DE REQVISITIS AD LEGITI-*mam officiorum renuntiabilium translationem.*

QVIDQVID OFficiorũ venditiones [maximè præteritis æui temporibus] Doctores difuſsè increpent, & tamquã Reipublicæ pernitiem adferentes, deteſtentur 1. Attamẽ nunc, publica neceſitudo, & præciſa defenſionis obligatio, ad hoſtium incurſus facilius propulſandos, Regi Domino noſtro ſuadent circa prædicta permitere, quæ alias, ſua ſolita prudentia, liberalitate, & munificentia, dubio procul abhorreret 2.

Placuit ſiquidem, virtute ſchedulæ anni 1581, vt officiorum emptores, quibus facultas data erat officia transferendi, ſua vita durante: poſſent eadem cedere, & renuntiare, *por otra vida mas*, tertia parte iuſti valoris officij, Regi ſoluta, ob gratiæ recognitionem. Poſtea vero, per aliã ſchedulam Matriti datam, 14. Decembris, anni 1606. generalis & perpetua licentia fuit, renũtiandi officia, toties quoties illorum poſeſſoribus fuerit viſſum, adhibitis tamen cõditionibus ijs. Nempè, quod ex prima renuntiatione officij, poſeſſor ex ſecunda vita, ſolvat tempore renuntiationis, dimidiam iuſti valoris partem: & ex ſecunda, tertia, quarta renuntiatione, & deinceps, iuſti valoris tertiam partem. Item, quod is qui renuntiat, viginti dies, poſt fa-



ctam

ctam renuntiationem viuat: & quod intra ſeptuaginta alios, ab eodem die computandos, renuntiationem præſentare teneatur, coram Prorege, aut proximiore Audiẽtia illius loci, vbi facta fuit renuntiatio, aut coram Gubernatore, iuſtitiave principali territorij illius: vt præfatæ Audientiæ, Iuſtitiæ, & Gubernatores, coram quibus dictæ fuerint præſentatæ renũtiationes (ſi regiam non habeant facultatem, prædictos officiorum titulos concedendi) eas confeſtim, cum omnibus documẽtis, remitant Proregibus, Præſidibusve Chancellariarum, vt inſpectis ijs, facienda decernant. Aliud in traſfretantium renuntiationibus, ob ſæpe contingentes proceloſę nauigationis anfractus. Si ergo factæ renuntiationes fuerint in mare, non currit præfatus ſeptuaginta dierum terminus: ſed ſtatuitur, vt Hiſpaniam petentes, ij quorum fauore factæ fuerint renuntiationes, teneantur eas intra dies triginta, poſt quã portum acceperint, præſentare in Supræmo Indiarum Conſilio: aut coram propinquiore petiti portus Iuſtitia, ſiue Gubernatore, in has Indiarum partes ſe conferẽtes, ad ſupradictum effectum. Alias, ex dicti temporis tranſcurſu, officia amituntur, & vt verè vacantia, liberè Dñs Rex ad ſui libitũ diſponere valet, abſq; vlla [etiam minima] pretij refuſione, negligentibus præſtanda 3.

Quibus præmiſis, quæſtio [nec vnica, & ſi voluntaria] exorta eſt. An requiſitus prędictus, ſe intra ſeptuaginta dies præſentandi, vel intra triginta, ſuo caſſu; habeat locum in renũtiationibus factis ab ijs qui poſt eas vixerunt & viuunt, tempore prę ſentationis earum, & tranſactis illis ſeptuaginta diebus. Ratio dubitandi fuit: quia neceſſitas præſentandi renuntiationes intra dictum tempus, tunc videtur præciſa, quando renũtians poſt dies viginti moritur; non vero cum viuit præſentationis tempore: nam tũc iterum renuntiare poterit, ad hoc vt intra legitimum terminum (primò præſcripto] poſſit etiam iteratò validè renuntiationem præſentare. Et quod requiſitus iſte, videatur ſolum-





ſolummodo ad implendus in renũtiationibus intuitu mortis factis, non autem in ijs quę poſt quam factæ ſunt, renuntiantes & viuunt, & actu vel habitu retinent officia; inſinuant verba illa præciſa. *Y con condicion que ayan de viuir, y viuan veinte dias deſpues de la fecha de las renunciaciones que hizierẽ dellas*, et alibi, *ſopena que los que no viuieren enteramente los dichos veinte dias deſpues de la fecha de las renunciaciones.* Quę videntur referri ad renuntiationes, quæ à morientibus, ſiue periculosè ægrotantibus, extemplò fieri ſolent, ad euitandum ne quaſi hæreditaria relinquantur officia in Regij iuris præiuditium; quaſi ſecus iudicandum, in renuntiationibus, quæ non mortis intuitu, uel præcautione fiunt, ab ijs qui in vita officia transferre cupiunt.

Verum tamen eſt, in omnibus caſibus factæ [& acceptatæ 4] renuntiationis, indiſpenſabile eſſe requiſitũ præſentandi renuntiationem, intra ſeptuaginta dies, (vel intra quinquaginta, poſt viginti illius vitæ, præciſè requiſitos) ſub caducitatis pœna. Expreſsè enim id præcipitur; *Y que dentro de ſetenta dias contaderos deſde el meſmo dia, ſe ayan de preſentar las dichas renunciaciones.* Vbi illa dictio *&* copulatiua, vnum & alterum coniungit caſum, cũ eadem neceſſitatis qualitate 5. Et infra. *Sopena que los que no viuieren enteramente los dichos veinte dias, deſpues de la fecha de las renunciaciones, ó no las preſentaren en los ſetenta, ò treinta que eſtá dicho, y declarado: por qualquiera deſtos caſos, pierdan los tales officios, y ayan de quedar, y queden vacos, y ſe pueda diſponer, y diſponga dellos para beneficio de mi hazienda, como de officios vacos.* Dictio illa aut, *ó no las preſentaren*, non diſiũctiuè, ſed [pro ut ſupra] cõiunctiuè accipitur, ex ſubiecta materia, quæmadmodũ & de iure procedit 6. Declaraturque ex verbis ſequentibus. *Y que en ninguna manera admitan, ni paſſen las renunciaciones de los dichos officios, ſin o ſe huuieren cumplido enteramẽte las dichas cõdiciones.*

Nec obſtat ad euitandan caducitatem ex tranſcurſu

ſeptuaginta dierum, reſultantem, aſerere: poſſe officium iterum renuntiari, vt nouiter terminus legitimè currat. Quod reſolutiuè negatur: nã vltra quod renuntiantibus iura, nullus datur regreſus, ex vulgari trita regula 7. cum ſemel iam ſit cõmiſſa pœna, ob legis inobſeruantiam; non poterit renũtiandi ius coualeſcere vt de nouo fiat, obſtãte iure Regi quęſito. Iã enim ſua vſus eſt facultate, à ſe dominium quod habuit, renuntiatione mediante abdicãdo, in renũtiatarij acceptantis fauorem: ab eoque in Regem omne ius translatum fuit, omiſo præciſo præſentationis requiſito, intra ſeptuaginta dies,

Minus obeſt clauſula illa ab aliquibus [vt in præſentiarum) in renuntiationibus adhiberi ſolita, qua officium videtur à parte renuntiante reſeruatum. *Y en caſo que el dicho officio no ſe confirmare, ni del ſe deſpachare titulo al dicho N. Deſde agora para entonces lo retengo en mi para poderlo vſar, como haſta agora le é hecho.* Nam hæc ſuo caſſu 8. Et quamuis locum habere poſsit, quando renuntiatio effectum non habuit ex inhabilitate perſonæ (cuius fauore facta fuit] vel alias, vt renuntianti tunc liber ad officium maneat regreſus: cum nulla facta videatur renũtiatio, ex defectu legitimi ſubiecti 9. Non tamen procedit, quando ex culpa, aut negligentia renuntiatarij caducitas cauſatur. Tunc enim, ipſi ſolum perditur, & renũtians iuſtè officij dati pretium, aut retinet, aut conſequitur, vt ſic pœna ſuum teneat authorem 10. Nec renuntiatarius quidquam pretij recuperabit. Sic iuſtiùs intelligẽda verba, ibi. *Sin que aya obligacion de bolver, ni dar, ni ſe buelva, ni de el precio dellos, ni parte alguna dél, á los que aſsi perdieren los officios por qualquiera de las dichas cauſas.* Tunc enim non culpæ fines excedit punitio, vt eſt neceſſe 11. Ita Senatus, in ſupradictorum confirmationem, iudicauit, in venditione officij Tabelionatus Blaſij Perez de Linares, contra Raimundum Suares





res de Aboin, Ciuitatis de Truxillo habitat. Die 10. Menſis Septembris, Anni 1652.

1. Erudité *Calixtus Ramirez, tract. de lege Regia §. 25. n. 33. Bobadilla, polit. lib. 3. cap. 8. ex n. 285. & lib. 1. cap. 11. n. 12. Solorzan. politic. India. lib. 6. cap. 13, in prin. Matienzo, in dialog. relator. 4. par. cap. 10. n. 47. & ſequent. & cap. 11. per tot. Nouel. 8. in præfatione.*

2 *Adnotata, ab Acurſio, l. vnica, in prin. C. de caducis tollen. in illi⁹ verbis*, vt quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopiret.

3. Ex ſchedula prædicta, quam cum alijs doctè refert *Solorzano, d. lib. 6. cap. 13. fol. 996. & ſequent.* & conducunt, *l. 4. l. 5. & ſequent. tit. 5. lib. 7. recopil. Caſtellæ. Anton. de Leon, confirmaciones Reales, par. 2. cap. 6. & 10. cum alijs late.* Et nunc ex noua ſchedula Matriti expedita, die 30. Dezembris, anni 1664. abſolutè omne officij pretium [ex quacumque in obſeruantia conditionum] Regio fiſco aplicatur, *& obſeruat D. Ioannes Baptiſta Larrea 2. part. allegat. fiſcal. allegat 95. num. 1. & 2.*

4. Nec vllius momenti eſſe renũtiationes huiuſmodi, niſi ab eo acceptatæ fuerint, cuius commodo factæ ſunt. *Ita ex l. hoc iure 19. §. non poteſt, ff. de donatio. cum alijs, Anto. Fauer. in Cod. tit. de pactis, defin. 7 & in allegat. n. 4. & 5.*

5. *Eſt l. ſi hæred. 5. ff. de cõditio. inſtit. l. ſi quis ita 129. ff. de verbor. obligatio. §. ſi plures Inſtit. de hæred. inſtit. ad id. Cenedo, ſingular. 50. n. 14. 18. & 19.*

6. *L. ſæpe 53. iuncto verſ. ex re ff. de verbor. ſignifi. Cenedo, ſingular, 6.*

7. *Ad l. quæritur 14. §. ſi venditor, 9. ff. de ædilitio edicto, cum vulgatis.* Quod enim principió voluntarium fuit, ex poſt facto neceſſarium eſt, *cap. ſuper hoc, & cap. in præſentia, de renuntiatio. can. quam periculoſum 7. quæſt. 1. Ioan. Corraſius in paraphraſi Sacerdotiorum, p. 1. cap. 8. n. 9.*

8. *Eſt in l. 17. tit. 22. lib. 2. recopillat. Caſtellæ.*

*9. Ad cap. non praeſtat. 52. de regul. iuris in 6. l. 2. 3. & 4. ff. de optio. legat. vidend. Maſtrill. de magiſtrat. (ita forte intelligendus) lib. 1. cap. 24. ex n. 21. ad hoc eſt ſched. regia, data in Oñate 31. Octobris, anni 1616. Leon confirm. reales, p. 2. cap. 9.* Et hoc caſu renũtiatario reſtituitur quidquid datum & ſolutum ab eo eſt, etiam ratione dimidię annatæ.

*10. L. Sancimus Cod. de pœnis, l. cum duobus 52. §. fin. ff. pro ſocio l. qui proprio 46. §. item contra 5. ff. de procurator. cap. damnum 87. de reg. iur. in 6. l. 2. §. nullum 7. ff. de decurion. l. res vxoris 24. Cod. de donation. inter cap. 2. de his quæ fiunt à maiori parte capit. & Caſſiodorus lib. 1. var. Epiſt. 11.*

*11. Ad tit. ſi de feudo defuncti contentio ſit, lib. 2. §. vaſalus 3. vbi gloſ. & Gotofred. d. l. Sancimus 22. Cod. de pœnis, can. ſi quis 2. 94. diſtinct. gloſ. in can. ſi qui 43. 1. quæſt. 1. & ex can. non afferamus, 21. 24. quæſt. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. cap. 288. n. 42.*

# Pſephiſmatis V.

# VIGILIA QVINTA.

## DE HYPOTECIS SVPER OFFICIIS *renuntiabilibus conſtitutis: & quem producant effectũ*

QVASCVMQVE res ad nos pertinẽtes, tam dominij, quam poſſeſſionis iure, poſſumus hypotecæ ſubijcere 1. Hincq́, res nobis hypotecatas, alijs etiam hypotecare 2. Sed reſoluta, finitave priori hypoteca, primi debitoris, vel domini ſatiſfactione; ſecunda, vt reuocabiliter data prorſus ſolvitur 3. Officia quoque renuntiabilia, poſſunt hypotecæ ſubijci, ſuperque illis cenſus conſtitui ad quantitatem vſque illorum prouentus 4. Executari itaq́ & diſtrahi, & olim poterant, & nunc poſſunt. Tunc adhuc cum vitalicia eſſent, vendi poterant in executionem iudicati, ad creditorum debita ſolvenda; poſt excuſionem tamen, & in ſubſidium aliorum bonorum, omni ſecluſo dolo & fraude: ita quod emptor, principio cuiuſque anni teſtimonium vitæ debitoris obligati, cuius officium venditum eſt, teneretur oſtẽdere [pro illius tantum vita, vendebatur officium] & intra tres annos regiam obtinere confirmationem, pręmiſſa habilitate perſonę, ne minor ſit, aut alias vtatur ſubſtituto, quemadmodũ latius ex ſchedula patet ſpeciali. 5.

Nunc verò pleniús hoc procedit, cum officia, in perpetuum renuntiabilia ſint, ſoluta Regi debita parte. Ideo vt ſatis debito fiat, executato officio, compellendus erit proprietarius debitor obligatus, vt renuntiationem officij in emptoris fauorem faciat, aut pro renuntiato erit, ſi terminus â Iudice aſignatus ad renuntiandum, fuerit decurſus, nec pręcepto ſatisfactũ 6. At tamen ſi in renuntiatione huiuſmodi [virtute iuditialis venditionis] requiſita illà, de quibus ſupra in proxima vigilia, adimpleta non fuerint: officiũ vti vacans, renuntanti & renuntiatario emptori perditum, ad Regem pertinebit 7. Inde etiam effluit, quod ſi is qui officiũ hypotecauit, vel ſuper quo cenſum impoſuit, nulla facta renuntiatione moriatur; vel ſi facta, non tamen admiſa à renuntiatario, aut non præſentata intra quinquaginta dies, poſt viginti illos vitæ præciſé neceſſarios: officium prorſus amititur, Regique adquiritur liberè, & abſque vllo hypotecæ aut cenſus onere. Quia poſſeſſor, officij Dominus, reuocabiliter tantum, reputatur, inſpectis conditionibus adimplendis: & reſoluto dominio, reſolvitur hypoteca 8. Pervenit enim ad caſum á quo incipere non potuit 9. Conducit etiam, quod recuperans alienatam; affectam, obligatamve rem, virtute cuiuſcumque iuris, ceu pacti reſervatiui; illam cum antiqua re-

recipit qualitate: ita quod in ſuo patrimonio ſemper retinuiſſe cenſeatur, nec vnquam eam alienaſſe, 10. Noua ergo illa ab officij poſſeſſore impoſita obligatio, reſolvitur; & de eſſe ad non eſſe reducitur. Ita Senatus, in proceſſu procuratoriſ Fiſcalis, contra Bartholomæum de Caſtro Aguiar, ſuper officio procuratoris Regiæ Chancellariæ, Die 16. Menſis Iulij, anni 1651.

1. L. res hypoteca 5. cũ ſequent. l. 12. l. cũ conuenit. 20. ff. de pignor. l. Titius 4. in fine, ff. quæ res pignori, l. ſi dominium 9. Cod. de pignor.

2. L. grege 13. §. cum pignori 2. ff. de pignor. l. nomen 4. C. quæ res pignori. l. 1. Cod. ſi pignus pignori, vbi Anton. Fauer. de fin. 1. Jul. Pacius Jſagoge, tract. 5. de pignor. cap. 4. ex n. 26. Donel. eod. tract. cap. 8. Dixi ad commẽd. clauſ. 17 n. 5. vbi additio 10. & 11. & clauſ. 25. n. 78.

3. L. debitor. 40. §. ſoluta, ff. de pignor. actio. §. 1. Inſtit. quibus mod. tol. oblig. d. l. grege. §. 2. l. 2. Cod. ſi pignus pignori. Niſi à ſecundo creditore, primò debitori fuerit denuntiatum ne ſolveret ſuo creditori, ex l. 3. Cod. de nouatione. Anton. Fauer. in Cod. tit ſi pignus pignori, de fin. 2.

4. Bobadilla, polit. lib. 3. cap. 8. n. 289. ad medium, & n. 293. Ant. de Leon, confimaciones Reales, 2. p. cap. 7. n. 12. tangit (ſed non agit) ex Alfaro de offic. fiſcal. gloſ. 34. §. 1. n. 17. Solorzano, politic. India. lib. 6. cap. 13. pag. 995. col. 2. in prin.

5. Ex ſchedula expedita, en el Pardo, 21. Nouẽbris 1603. Leon, d. par. 2. cap. 7. num. 9. & 10.

6. Leon, vbi prox. n. 11. 12. & ſeq. Solorzan. polit. d. cap. 13. latè Bobadilla, d. cap. 8. n. 289.

7. Ex ſchedula Matrit. Dat. die 3. Decemb. 1611. pro ut Leon, d. cap. 6. n. 11. in fin. & cap. 7. n. 12. in fine.

8. Ad l. lex vectigal. 31. l. 3. in fine, ff. de pignor. vbi Doctores, Barboſ. in l. vſufructu, ff. ſolut. matrim. n. 14. Surdus, deciſ. 286. n. 3. Molina, de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 2. ex n. 1. Pinel. ad l. 1. C. de bon. matern. par. 3. n. 69. cũ alijs Suelbes, Conſ. 9. n. 42. & Conſ. 21. n. 2. centur. 1.

9. Ad l. exiſtimo 98. l. pluribus, 140. ff. de verbor. oblig. l. debitor, 82. verſ. quod ſi, ff. de legat. 2. §. item contra 2. Inſtit. de inutil ſtipul. §. ex contrario 14. Inſtit. de legatis,

10. Hieron. Portoles, tract. de conſortibus, §. 19. num 3. & 4.



# Pſephiſmatis VI.

# VIGILIA SEXTA.

## *Morte renuntiatarii ante præſentationem, an officium perdatur?*

CONSIDERATE fiſci patrono, virtute renuntiationis factæ, in renuntiatariũ omne ius translatum fuiſſe, nec quidquam iuris in renuntiante remanſiſſe: mortuo ante præſentationem illo, officium perditum eſſe, Regio aplicandum patrimonio, enixè defenſabat. Nec vllũ præbabat obſtaculum, clauſula reſervatiua de qua ſupra, & expreſim, *y en el interim que ſe preſenta, y ſe le deſpacha titulo en forma, lo retengo en mi para lo poder vſar &c.* Nã cum proteſtatio huiuſmodi ſit prorſus contraria facto, actuique renũtiationis & translationis iuris, nihil operari poſſe videtur 1. Alter enim obſtabit alteri, dum contraria ſimul eſſe nõ poſſunt, 2. Eadem quippe res, diuerſo iure cenſeri nõ debet 3. Nec dominium in pendenti eſſe poteſt 4. Si quidem, aut in renuntiante reſidet officium, etiam poſt renuntiationis actum; & ad nihilum valet renuntiatio: aut ad renuntiatarium translatum eſt; & nihil iuris vel dominij [vtilis nempé, nam reale directũ, Principis eſt] retinet renuntians, nec

nec quid aliud, ad quod renuntiatario mortuo regreſũ habere poſſit. Igitur eo caſſu perditur officium; & ad Regem vti verum & directum dominum, abſolute revertitur.

Nec oberit ſi dicatur, dominium tunc à renuntiante in renuntiatarium translatum censeri, & eo caſſu inſtanti ve quo admiſio & ſuperioris cõfirmatio ſubſequitur. Quia tempus habile cõſiderare debemus quo dominij ius reſideat penes renuntiatarium, vt admiſio vel aprobatio aliquid operari valeat. Alias enim ſi ſubiectum nõ eſt confirmabile, quomodo aut ſuper quo confirmationis qualitas cadere poterit? 5. Incõgruũ quippe videtur, vt vno eodemque indiuiſibili inſtãti, & in eadem re, actio & paſio concurrant, & adſit qualitas confirmans, quando non adeſt ſubiectum confirmable

Nec oſtabit ſi incõbeniens illud, nec paruum, adduxeris: nempe communium officiorum renuntiationum, quas ferè omnes quolibet menſe faciunt, ne officia perdant ſi abſque legitima renuntiatione decedant. Si ergo ſupradicta procederent, omnia in dies perderetur officia. Nam caſuum diſparitatem fatendo, reſpondemus. Noſter ſiquidem caſus, nequaquam illis ſimilis eſt; cum in renuntiationibus prædictis, potius de conſervando, aut non amitendo iure, quam de eo tranſferẽdo agatur. Intentio enim talis eſt, cui cedunt verba, ne vltra intentionem operentur agentium 6. At vero in renũtiatione, de qua nobis quæſtio (præter actum) & animus & intentio iuris tranferendi adſunt. Potiſsima quidem in contractibus, & principaliter atendenda vt robur actus habeat, plenusque ſequatur effectus. Inſuper caſſus noluntatis & ímpotentiæ, iure noſtro æquiparantur 7: & quãdo duo pariſicantur in iure caſſus, quod in vno diſpoſitũ eſt, id & in alio diſpoſitum quoq̃ eſſe, cenſetur 8. Verum renuntiatarius qui deſidioſè, aut volnntariè non ſe intra ſtatutum tempus, præſentat: perdit officium. Ergo idem erit in eo qui propter aliquod ĩmpedimentum nõ potuit; vel morte preuentus eſt.

& tan.



Et tandem conſiderandũ, quod renuntians, facta in renuntiatarium renuntiatione, finem, intentum, ſiue vtilitatem actus conſequitur; abſque eo quod regreſum vllum ad officium habere poſſit, ne dum iure, verum nec æquitate inſpecta. Nam aut gratis dedit ceſitve; & liberalitatis gloriam conſequutus eſt: aut in ſolutum vel remuneratoriè dedit; & ab onere debiti, vel gratificationis liberatus: aut pretio conuento vendidit [vt in plurimũ, cautè tamen] & vſus eſt pretij vtilitate. Quibus ergo caſibus [& alijs ſimilibus] nullo colore, nulla etiam æquitate officium renuntiator, mortuo renuntiatario ambire poterit.

At tamen contrariam [negatiuam) partem, & iuris & humanitatis rationes, nec minores defenſant. Et quod renuntians, totum officij ius in renuntiatarium non transferat, nec illud ob præfatam renuntiationem abſolutè amitat, iuſtius videtur. In ſpe ius quodam adquirit, inutile tamen pro tunc, ſi confirmatio aut ſuperioris aprobatio nec ſequatur. Eodem enim modo quo Epiſcopus à patrono poſtulatus, dum à Pontifice Sumo non admititur & aprobatur, illius præſentatio ſiue nominatio, nullum conſequitur efficax ius per ſolam poſtulationem 9: ita renuntiatario ob ſolam ipſi à renuntiante factam renuntiationem, nullum ius, nullumque dominium ante regiam admiſionem & aprobationem adquiſiuit. Vnde mortuo eo [renũtiatario) nihil aliud, quam ius aliquod in ſpe amitit; ne ſi ad fiſci vtilitatem amiteretur officium, plus quam habet perdidiſſe dicamus: quod abſurdiſsimum eſſet adſeuerare. Igitur cum renuntians, officij dominus, etiam facta renuntiatione, maneat, vſque dum admiſionem & confirmationem renuntiatarius obtineat: eo ante factam præſentationem mortuo, quo iure, qua æquitate vacabit officium? Tunc ſiquidem in officio plenum conſequitur ius renuntiatarius, quando præſentatus, & admiſus, & aprobata eſſet renuntiatio. Eo enim caſſu, retrotraheretur ius, hoc eſt, à tempore renuntiationis dominum fuiſſe renuntiatarium.

rium. At ſi mortuus, vel non admiſſus; non ex eo priuatur dominio, vel iure. renuntiatori; quod nunquam ab eo diſceſſiſſe, illo caſſu, crederetur. Nec noua hæc in iure fictio, nec inuſitatus modus iuris ceu dominij transferendi, ſub aliqua conditione, vel facto, vt eo inſtanti quo vel advenit caſus, aut factum exequitur, ius illud quæratur, vt in præſentiarum, cùm præſentata renuntiatione, ipſa aprobatur, & admititur renuntiatarius. Virtute ſiquidem legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem; eo inſtanti quo caſus advenit, vel conditioni paretur; firmatur emptoris dominium irreuocabile. Si vero nec paretur; tunc cum emptio reſolvatur aut reſcindatur, perinde eſt, ac ſi numquã facta extitiſſet, venditoremque à ſe dominij ius numquã abdicaſſe. Quo caſſu, & fructus medio tempore perceptos habebit, cum dominium ſequantur 10. Nec diſimile eſt quod de iure procedit in bonis filij Caſtrenſibus. Si enim de illis diſponit, ſemper dominium in præfatis bonis habuiſſe creditur. Sin autem inteſtatus decedat; retro creditur patrem rerum Caſtrenſium filij, Dominum ſemper fuiſſe, ceu ab eo numquam abſuiſſe dominium 11. Ita in occurrenti quæſtione; ſi admitur & aprobatur renuntiatio, officij dominum renuntiatarium (fuiſſe à tẽpore renuntiationis, iudicabitur. Verum ſi ob perſonæ inhabilitatem repellatur; tunc numquã officij in ſui fauorem renuntiati, dominum fuiſſe cenſebitur: quin immo dominiũ à renuntiante nullo tempore diſceſſiſſe. Idque comprobant verba clauſulæ cuiuſdam Regalis ſchedulæ Proregibus directæ, & ijs qui adprobant & admitunt officiorum renuntiationes, dum aſſerit. *Y les reſpondais, y ordeneis, que renuncien en otras perſonas que tẽgan las dichas calidades.* 12. Nec diuerſum ius eſſe, iudicandum videtur quando ante renuntiationem mortuus eſt renuntiatarius: quia eo ſolum fine & caſſu [non vero alias] officium tranſtulit renuntiator, quo admiteretur & aprobaretur. Nam & ſi non in caſſu mortis (commiſſo in renuntiatione) ſibi reſervet offi-



officij exercitium, ſed tantum in caſſu non admiſionis vel aprobationis; cum finis ſit idem, & ratio ipſa tam in vno, quam in alio caſſu; eandem eſſe debere iuris diſpoſitionẽ Senatus [æquitatem non minus inſpiciendo) iudicauit, 13. In cauſa Procuratoris fiſcalis, contra Ioannem Stephanum de Vargas, Citat. de Coro habit. ſuper renuntiatione ab eo facta officij Regij Signiferi, vulgo Alferez Real, ad fauorem D. Barthomæi Ramirez, qui ante præſentationem deceſit. Die nona Menſis Martij, anni 1655.

*1. CAP. ſolicitudinem 54. in fin. de appellatio. l. cum in plures, 60. §. locator 6. ff. locati, Menoch. præſumptio. lib. 3. cap. 112. num. 3.*

*2. Ex l. 1. Cod. de furtis, Menoch. de retin. poſſeſſio. remedio 3. num. 516.*

*3. Ad l. cum qui ædes, ff. de vſucapio, pro vt tradit Surdus, deciſ. 70. num. 6.*

*4. Ad l. 1. ff. de vſucapio, & prin. Inſtit. eodem tit. argum. l. non minus 31. in fin. ff. de hæred. inſti. l. liber homo 13. §. ſi ſeruus 2. ff. ad leg. Aquil. l. ſi ante aditam 15. §. mortuo, ff. de interrog. actio.*

*5. Ad §. ideo autem 3. Inſtit. de ſeruitut. pred. cũ prin. Inſtit. de vſufruct. l. Pomponius 13. §. acceſiones, ff. de adquir. poſſeſſio. Ant. Gomez, ad l. 17. Taur. n. 19. verſ. Primo.*

*6. L. cum tale 71. §. falſam, l. pater Seuerinam 100. l. in conditionibus 19. ff. de conditio. & demonſtrat. l. non omnis 19. ff. de rebus creditis.*

*7. L ſi duobus 3. §. ſed & ſi quis, Cod. commun. de legat. l. 1. §. vſus, ff. de procurator.* Hinc *Seneca de conſolat. ad Heluiam,* interim certe *(inquit)* dum non poteſt, nolenti ſimilis eſt.

*8. Per tex. cum gloſ. in l. ſi quis ſeruo alieno 20. Cod. de furtis, & ſeruo corrupto, Ant. Gomez, var. tom. 3. cap. 11. n. 1. verſ. confirmatur, Flores Diaz, variar. lib. 1. quæſt. 3. num. 27.*

*9. Ad cap. 1. de poſtulatio. prælat per Matienz. in dialog. relator. p. 4. cap. 12. n. 5.*

*10. De quibus in l. 1 & 2. ff. de in diem addictio, & tit. ff. de lege commiſſor. vbi paſſim* Docto-

*Doctores, Donel. lib. 16. comment. cap. 18. & 19. vbi Oſualdus.*

11. *Ad l. proponebatur 9. l. de hæreditate 19. §. quid autem, ff. de Castrenſi peculio, l. intelligis 5. Cod. eod. tit. lib. 12. exhornat. Melchior de Valencia, illuſtri. controuerſ. lib. 1. tract. 3. cap. 3.*

12. *Ex ſchedula expedita en Oñate 31. Octobris anni 1616. vt per Ant. de Leon, tract. confirmat. reg. p. 2. cap. 9. n. 9. Et ab hac repulſione & tituli denegatiône, qualibet partium à Proregibus & Præſidibus ad Dominum Regem, non vero ad Chancellarias, appellare poteſt; ex ſchedula Matriti 31 Decēbris, anni 1607. vt tradit Leon, vbi ſupra d. cap. 9. in fine.* Et an Princeps, renuntiationem in idoneum factam, poſſit non admitere, ſicque parti quęſitum ius tollere? videtur quod non. *Diſentit latè Ioan Matienzo, in dialog. relator, p. 4. cap. 12. & ad id aliqua nos ſupra Vigil. 47. & plena manu Selor. in polit. lib. 6. cap. 13.*

13. Hodie vix poſſet obtineri, inſpectis verbis ſchedulæ, dat. Matrit. die 30. menſis Decembris, Anni 1664. propter illius ex huberantia verba. Niſi dicamus, diſpoſitionem prædictæ ſchedulæ, non in caſſu præſenti intelligendam, cum aſerat. Quando llegue el caſo de renunciarlos, lo hagan conforme á las dichas cedulas, en perſonas abiles que los aceten con effecto. Y de no hazer la acetacion la perſona en quien ſe renunciare, y preſentarſe con ella, y los demas recados ante la Audiencia, y Gouernador, de cuyo diſtrito fuere el officio dentro de ſetenta dias, le declaro por perdido, y que pertenece á mi Real hazienda enteramēte todo ſu valor, ſin que los herederos del renunciante puedan pretender derecho, ó parte alguna dèl.

Pſe-



# Pſephiſmatis VII.

# VIGILIA SEPTIMA.

## *DE NOVATIONE ET EIVS MATERIA.*

NOVATIO, QVÆ eſt debiti prioris in nouam aliam ciuilē vel naturalem obligationē tranfuſio, ſiue translatio (quod tunc accidit, cum præcedentis cauſæ virtute, ita conſtituitur noua, vt prior antiqua prorſus perimatur obligatio 1.) eatenus cenſebitur effecta, quatenus inter partes de cauſa nouationis fuerit actum 2. Verum quælibet huius actus voluntas, inducta, vel præſumpta, iure digeſtorum ſuficiens erat ad nouationis firmitatē 3. Nouiſsimo tamen iure, ex Iuſtiniani conſtitutione, exploſa eſt illa nouationis celebrandę præſumpta voluntas, apertiſſimaque ſpeciali indiget declaratione partium nouare volentium *Tunc*, inquit, *ſolum nouationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſū fuerit, quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt.* 4. & alibi aſſerit. *Et generaliter definimus voluntate ſolum eſſe, non lege nouandum* 5. Sed ita intelligenda verba, & confirmanda. *Hoc enim naturaliter ineſſe rebus non volumus, ſed verbis extrinſecus ſuperuenire.* 6. Hinc ſententia inficiatur Doctorum aſſerentium, etiam hodie nouationem factam cenſeri, ſi per euidentes appareat coniecturas, nouationem partes facere voluiſſe 7. Cum hoc iuri expreſſam verbis voluntatem deſideranti repugnet 8. Et conuenit Regni Regiæ legi; & ſi expoſitor, nec aſſiſtere videatur, cum ex principio legis prædictæ, ſatis (inquit] probetur nouationem fieri, quando circa id coniecturæ exiſtant manifeſtæ 9. Lex



ſiqui-

ſiquidem Regni, iuridicè intelligenda, ne contra ius, patriam fuiſſe legem ſtatutam facilè coniecturemus; quod dum expreſſiſſimè non appareat, nequaquam vltrò iudicandum eſt 10. Similiterque in caſibus ſequētium legum, de novatione agētium 11. & ſi nec de voluntate verbis expreſa (à Iuſtiniano requiſita) loquantur; intelligenda præciſsè videtur, vt iuris ſic euitemus correctionē, cui in dubio favēdū. 12. Quandoquidē ſecundum commune ius, in caſibus ommiſſis iudicādum 13. legeſque in materia illius loquentes, iuris ipſius cunctā recipiunt interpretationem. 14. Ergo reſpuitur opinio, dicentium, nouationem abſolutè fieri, dum obligatio ad pretium, ex venditione reſultans, ad mutui obligationem redūcitur, & in ſimilibus: cum tūc ſatis [ aſſerunt ] videatur expreſum de novandi animo, dum vna obligatio, in aliam transfunditur. 15. Sed nouationem hoc caſu negamus, & conſequenter abſolutè trasfuſionē, ſi alia nec adſit nouationis manifeſta ex inſtrumēto [aut alias cōſtans] præſūptio: verum ſecundam, primæ accedere obligationi fatemur.

Id & agnovit Iuriſconſultus Vlpianus 16. *Ita demum fieri* [inquit] *ſi hoc agitur vt nouetur obligatio; cæterum ſi hoc non agatur, duæ erunt obligationes.* Sed ſi ex vna ſolutū cauſa tolletur & altera 17. cum bona fides minimè patiatur, vt idem debitum bis exigatur, vulgatis iuribus. Neque ita faciliter olim perficiebatur nouatio. Animus celebrandi nouationem, neceſſarius: quin & de nouandi cauſa, & de nouatione agendum erat. Sic paſſim Iuriſconſultorum verba 18. *Si hoc agetur vt nouetur.* Alibi. *Et hoc actū vt nouetur.* Item. *Si modò actum ſit vt nouetur.* Similiter. *Nouandi cauſa. Nouandi animo. &c.* Et adhuc vltimus cōtractus, ſiue ſecunda obligatio ſtipulationis, realis, conſtans, nec inutilis eſſe debebat; vt ſi idem plane quod prima, ſecunda habeat obligatio 19. Immò effectiuè exequibilis; nam dum ea actu vti nequit, nec obligationis fit transfuſio nec conſiſtit nouatio. Veluti, prima purè contracta obligatione, ſi ſub cōditione poſtea, nouandi animo, ſtipuletur; non illico nouatio ſequitur, vt prior in ſecundam transfundatur obligatio, ſed cum adimpletur conditio. Item è cōtra, prior conditionalis, per ſecundam puram minimè niſi purificata conditione tranſfunditur. Interim enim deficiet ſubiectum efficax, actu, cuius cōtēplatione ſubrrogatio aut trāsfuſio fieri poſſit 20



Verum hodie non tantum innouatū ex Iuſtinianea conſtitutione, nouationem expreſsè fieri debere, vt vera nouatio ſit; quantum preciſsè ſtatutum vt à nouātibus ſpecialiter exprimatur ipſos poſteriorem pro priore ellegiſſe obligationem 21. *Alioqui* (aſſerit) *& manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere, vt maneat ex vtraque cauſa obligatio.* Et alibi. *Anteriora ſtare, & poſteriora incrementum illis accedere; niſi ipſi ſpecialiter remiſerint quidem primam obligationem, & hoc expreſſerint, quod ſecundam magis pro anterioribus ellegerint.* Ita expreſsè cōcordat Regni lex 22. *Diziēdo abiertamente el debdor, que lo facia con voluntad, que el primero fueſſe deſatado.* Inde nunc, nec nouationem credimus, quamuis res diverſa in ſecunda obligatione promitatur, ſiue augeatur quātitas, minuaturve, conditio aut tēpus addatur, detrahaturve, ſiue minor accipiatur cautio 23.

Quid ſi nouiſsima obligatio omnimodam cum prima habeat cōtrarietatem, vel incompatibilitatem? Nouationem fieri hoc caſſu fatentur pragmatici, ita quod nec tūc neceſſaria ſit expreſio 24. At tamen videtur, quod eo caſſu cum ambæ ſimul nequæant concurrere obligationes, obtinebit prior, ob reſiſtentiam quam ſecundæ facit prædicta noui iuris conſtitutio, & ipſarum obligationum natura, aut ſubſtantia. Et ſicut in ſimbolizantibus de vno ad alium facilis tranſitus; ita in adverſantibus inter ſe, & ex diametro contrarijs, dificilis. Exiſtere enim debet vltimus contractus, vt primus in eo transfundatur, ex prædictis. At ſecundus non poteſt ad ſe primum, renouatione, trahere, ni expreſe hoc inter partes fuerit actum, ex præfatā Iuſti-

Iuſtiniani conſtitutione. Ergo cum primus, tunc, minimè nouetur, quomodo ſecundus contrarius cum primo, 25. validè exiſtere poterit? Verum tamen pactis conuentis [vbi ſic agitur inter partes 26] deferẽdum, vt operentur quod de iure poſſunt, ſecundum ſui naturam, ſalva nouationis in contractibus requiſita & indiſpenſabilis ſtatuta forma. Facta igitur, legitimè, nouatione, prior obligatio prorſus iure ipſo tolitur 27. priuilegiaque illius omnia, diei prerogatiua, & antellatio, tunc cum puré nouatur, amituntur 28 [& ſi ſecunda ineficax obligatio, 29.] Appoſita cõditione in obligatione, cum adimpletur conditio 30. Adiecto autem die, ſtatim; cum nequeat nec venire: ſed vſq̃ ad ſtatuti diei adventum, nouationis ſuſpendentur effectus 31. Habet ergo vim ſolutionis nouatio: 32. & quemadmodum ſolutione eius quod debetur, omnis tolitur obligatio, ita & nouatione 33.

Atentis relatis, extitit dubitatum, in cauſa Petri Gomez de Tendilla, virtute clauſulæ cuiuſdam Apochæ, [vulgo *Carta de pago*] Antonij de Ramos, ad fovorem dicti Petri, thenoris ſequentis *Y por quãto el dicho Pedro Gomez el dia de la fecha de eſta, ſe me à obligado à dar, y pagar la cantidad de ocho mil reales, en atencion, y ſatisfacion de mayor cantidad que me pertenecia, y devia el ſuſo dicho, por lo que ſe me ſeñalò en la ſentẽcia del compromiſo, que los dos hizimos el año paſſado de ſeiſcientos y quarenta y ſeis, y à quenta de ello me ha dado, y pagado por dicha obligacion la cantidad de dos mil reales que é recebido de contado, le otorgo carta de pago de ellos, &c.* An videatur facta nouatio? Anuerunt Domini, Senatuſque nouationem celebratam declarauit: Quaſi expreſſim, ex verbis prædictis, de nouatione actum 34. Iuſtiniano ateſtãte, ibi. *Niſi ſpecialiter remiſerint quidẽ priorem obligationem, & hoc expreſſerint, & ſecundam magis pro anterioribus ellegerint.* Nec adhuc tam neceſſaria hæc ſunt indibidua textus verba, vt per alia equiualentia expreſſa, nouatio non declaretur 35. Aliàs eſſet circa verborum formam, rigida legis interpretatio. Et finis nouationis eſt, liberatio debiti præcedẽtis 36. Nec ob aliam celebratum cauſam. Die ſexta menſis Septembris, Anni 1651.



*1.* EX *l. 1. ff. de nouation. §. præterea, Inſtit. quibus mod. tol. obligat.*

2. *L. qui vſumfructum 58. ff. de verbor. obligat. l. ſi ſeruum 91. §. effectus, in fine, ff. eodem l. 2. l. ſi Stichum 8. §. legata, l. ſi ita 6. l. ſi rem 31. §. 1. verſ. ſecundum, ff. de nouation. l. ſi vnus 27. §. pactus, ff. de pactis, Ioan. Baptiſta in ſuo erario commun. opinio. lit. n. 43.*

3. *Ex Cuman. in l. Valerianus 10. ff. de prætor. ſtipulatio. n. 5. tradit Pichar. ad d. §. præterea, n. 37.* quam legem ad infra notata, *ex n. 19.* explicat, & ſolvit, *ex n. 18. ad n. 21.*

4. *Tex. in d. §. præterea. verſ. ſed cum hoc, Inſtit. quibus mod. tol. obligat.*

5. *Ad legem nouationum 8. Cod. de nouation.*

6. Ita intelligenda & explicanda *d. l. nouationum, ex sẽtentia Gotofredi, in notis ibi lit. p.*

7. *Ex Math. de Afflictis, Neapol. 1. deciſ. 44. n. 15. Franch. deciſ. 15. n. 2. cum aliis a per Ioannem Gutierr. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 63. n. 8.*

8. *Ad l. 2. l. ſi Stichum 8. §. fin. ff. de nouation. docte Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 12. limit. 6.*

9. *L. 15. tit. 14. par. 5.* ſed ibi Gregor. Lopez, deuiare videtur, *in gloſ. verbo por manero, ad medium.*

10. *Couarr. var. reſol. lib. 1. c. 14. n. 5. Alderan. Maſcard. de gen. ſtatut. interpr. concl. 12. ex n. 1. Decius Conſ. 37. n. 7. Cephal. Conſ. 138. n. 50. lib. 1. & Conſ. 343. n. 2. lib. 3.*

11. *L. 16. & 18. tit. 14. p. 5.*

12. *Ad id Rolan. Conſ. 72. n. 36. lib. 1. & Conſ. 21. lib. 1. Pariſ. Conſ. 110. n. 6. & 38. lib. 3. Gozadin. Conſ. 19. n. 5. Bertazol Conſ. ciuil. 57. n. 23.*

13. *Per l. cum modiſſime 10. ff. de liber. & poſth. Suelves Conſ. 100. n. 1. cent. 1. Portol. ad Molin. §. forus ex n. 1.*

14. *Maſcard. vbi ſupr. concluſ. 2. n. 1. 4. 71. & 79.*

Dixiin tract. de ſuì defenſio. lib. 2. q. 2. n. 18. & lib. 5. q. 4. n. 31. Porteles, vbi prox. n. 9. Suelves Conſ. 27. n. 12. ſemicent. 1. & Conſ. 11. ex n. 20. & Conſ. 34. n. 8. ſemicent. 2.

15. Gregor. Lopez ad d. l. 15 verbo renouaſſe, Author Curiæ Phil. lib. 2. cap. 5. nouaciō, n. 12. & 13.

16. In l. 2. ff. de nouatio.

17. Ex l. ſi Stichus 8. § fin. de nouatio. Donel. enucleat. comentar. lib. 16. cap. 20. lit. q.

18. L. 2. l. 8. § 1. & 2. l. 14. l. aliam 29. l. 30. ff de nouation. l. qui vſumfructum 58. ff. de verbor. obliga.

19. Ad l. quibis 18. ff. de verbor. obligatio. Donel. d. cap. 20. lit. q.

20. Ad l. in perſona 30. §. fin. ff. de pactis, l. ſi ſtichum 8. §. 1. l. quoties, 14. ff. de nouation.

21. Ad l. fin. Cod. de nouation. §. præterea Inſtit. quibus modis tollitur. obligatio Donel. vbi ſupra & ibi Oſualdus, in notis lit. q.

22. D. l. 15. tit. 14. part. 5.

23. Ita tex. in d. l. nouationum 8. fin. Cod de nouation. Et ſi adverſetur Author Curiæ Philip. in d. cap. 5. nouation, n. 14. cum alijs, quos refellit ex multis Parlador, d. §. 12. limit. 6. n. 45. & 46. Oſuald. ad Donel. d. cap. 20. lit. q. ad medium.

24. Seſſe deciſ. Aragon 133. n. 12. tom. 2. & deciſ. 22. n. 2. & 7. tom. 1. Gracian. diſcept. for. tom. 2. cap. 290. ex n. 17. Gutierr. de iur. confir. par. 1. cap. 63. n. 9. per Decium, Suelves Conſ. 39. n. 14. ſemicent. 1. cum alijs, Auth. Curiæ d. cap. 5. nouation. n. 18.

25. Ad l. repugnantia 188. ff. de regul. iur. l. Scripturæ diuerſæ 14. Cod de fide inſtrument. l. ſi is qui 13. §. vtrum. 3 ff. de rebus dubijs, l. Si Titius 16. ff. de condition. inſtit.

26. Ad l qui vſumfructū 58. ff. de verbor. obligatio. l. aliam 29. ff. de nouation.

27. D. §. præterea, 3. Inſtit. quibus mod. tol. obligat.

28. Salicet. ad d. l. fin. Cod. de nouatio. n. 8. Pichar. ad d. §. præterea, n. 32. in fine, Curia Philip. d. §. nouation, n. 3.

29. Non vero ſi nulla, ita tex. in l. 1. in fine ff. de nouatio. d. §. Præterea, vbi Pichar. n. 22. Seſſe deciſ. 22. n. 3. & 13. tom. 1. aliqua ſupra vigil. 19. ex n. 16. vidend. Menoch. præſump. lib. 3. cap. 134. n. 39. & 45.





30. D. l. ſi ſtichum 8. §. 1. d. l. quoties 14. ff. de nouation. [Niſi actum ſit, vt prima ſtatim nouetur obligatio, non ſpectata conditione ſecūdę] Donel. d. cap. 20. in prin. vbi Oſualdus, Curia Philip. d. §. nouation, n. 10.

31. L. in diem 5. d. l. ſi stichum §. legata, ff. de nouatio. Donel. vbi proxime.

32. L. ſi rem 31. in fine, ff. de nouatio. l. ſi ex pluribus 16. l. in diem 5. ff. de acceptil. l. nō ſolum 7. §. ſi is, in fine, ff. de liberat. legata, traddit Pichar. vbi ſupra n. 29.

33. Prin. Inſtit. & d. §. præterea, quibus mod. Tol. oblig. l. verborum obligatio 107. ff. de ſolutio. Donel. & Oſualdus vbi ſupra.

34. Ad Fabr. in Cod. hoc tit. definitio, 11. fin. Minſinger. add. §. præterea, n. 10. d. l. 1. vbi Doctor. ff. de nouatio. Gaill. obſervat. lib. 2. cap. 30. n. 3. 4. & 5.

35. Salicet. ad d. l. fin. Cod. de nouatio. n. 5. Mantica de tacit. lib. 17. tit. 3. n. 16. Gail, cum alijs vbi prox. Alexand. Conſ. 13. n. 14. lib. 2. Sigiſmund. Lofredus, Conſ. 24. n. 18. verſ. quod ſi quis. Et expreſa nouatio creditur, quæ ex manifeſtis coiecturis aparet Aflictis, deciſ. 44. n. 15. Gutierr. de iuram. confir. p. 1. cap. 63. n. 8. Mantica, d. tit. 3. n. 12. verſ. neque obſtat, Gregor. Lopez ad d. l. 15. gloſ. por manero Alexand. Conſ. 72. n. 2. lib. 2. Franch deciſ. 15. ad fin. Socin. ſenior, Conſ. 21. n. 3. lib. 1. Ronchegal. in l. 3. in prin. n. 18. ff. de rebus dubijs.

36. D. l. 1. & ibi ſcribentes, ff. de nouation. cū alijs ſupra.

# Pſephiſmatis VIII.

# VIGILIA OCTAVA.

## DE FIDE SCRIPTVRÆ PVBLICÆ, & notariatus præſumptione.

AVCTHORItatis iuriſdictioniſve qualitas negata, vt extrinſecū quid & accidentale, hoc efficit, vt cum non præſumatur, veniat prouanda 1. Hinc cum nullus credatur notarius 2. qualitas huiuſmodi, probanda ab eo erit, qui producit inſtrumentum, ſi pars adverſa contra quam producitur, authoritatem notarij, ad illud conficiendū, inſicietur 3. Diuerſum tamen, ſi falſum inſtrumentum opponat. Probare quidem tunc tenetur opponens ipſe, falſitatem. Sed interim, pro inſtrumenti publici authoritate, ſtat vera legalis præſumptio 4. Ius enim ſicut priori caſſu publicam nō præſumit authoritatem; ita nec poſteriori delictum 5. Verum illud quod à viro docto, Senatus authoritate deciſſum, refertur; ſcilicet non poſſe citra ſolemnē falſi accuſationem, notariatus eius, qui tamquam notarius in publicā formam inſtrumentum redegit, negari, 6: procedere nō poſſe videtur, regijs legibus atentis expreſam dictorum duorum caſuum diferentiam conſtituentibus, vt vnum ſine alio valeat intentari. Vel tunc locum ſibi poſſet vindicari deciſio, cum de noua recenti ſcriptura, ac de notarij adhuc viuentis authoritate ageretur. Poſſet enim adeò antiquum eſſe inſtrumentum, vel adeo ignota perſona, vt quaſi impoſibilis iudicaretur illius probatio: hincque per iniquū, tanta mole notariatus authoritatem inficiantem, prægravare. Hoc fieret, ſi in falſi crimen ſubſcriptus, illius probationi







tioni aſtrictus eſſet, nec alias audiri: cum verius citra id, ex ſola notariatus negatione, dubium reddens inſtrumentum, 7. probandi neceſsitatem illud exhibenti, imponat 8. Huic quippe ſatisfaciet neceſsitudini actor, dū probet, notarium eo publicé munere fungi [funxiſſeve dum viveret confecti inſtrumenti tempore] vt ex inde legitimū habuiſſe titulum iure præſumamus 9. Niſi in parvi momenti cauſa verſemur, aut notarij fides & authoritatas nota ſit. Quibus caſſibus, exploſa muneris comprobatione (vti ſupervacanea] fides inſtrumento adhibenda, 10.

Literis quoque teſtimonialibus iudicis ipſius notarij forenſis, authoritas ſuficienter probatur, dum ateſtantur, illum eſſe Tabellionem, etiam eo tempore quo inſtrumentum factum fuit 11. Quod præciſsè neceſſarium credimus 12. Simili modo, inſtrumenta quæ de longe adferūtur, licet regulariter fidem nec faciant, niſi Tabellionis fides comprobetur, vt proximè, vel adhibeatur cautela, vt præter principalis notarij ſignum; aliorum etiam duorum trium ve notariorum adiungantur teſtimonia, de authoritate & ſigno ateſtantia 13. Si tamen è longinquis adlatum partibus inſtrumentū, cancellatum non ſit, vel ſuſpectum, alioque viſibili quop à vitio nec laboret, eoque vtēs vir bonus, integræque ſit fidei; vtique inſtrumento danda eſſet fides, ſi aliquibus credimus, 14. Maximè ſi cum illo, iudicis ipſius motus concurreret; adeoque melius ſi de parvo ageretur præiuditio 15.

Sed prædicta, dum in antiquis ſumus, aliter intelligēda; cum tunc notarïatus qualitas præſumatur 16. Et antiquum inſtrumentum credimus, quod centum habet annos 17. Nam alia minoris tēporis antiqua inſtrumenta, diverſo iure cenſentur; niſi alio, alijs ve adiubentur adminiculis 18. vtpote probatione aliqua quod notarius ille, habitus eſt pro tali publica perſona; item productione matriculæ notariatus illius, vel exhibitione aliorum inſtrumentorum ipſius natarij 19. Id ipſum de inſtrumento,

to, etiam centenario, in eodē celebrato loco, vel de proximis ad lato partibus, aſſerendū: nam ad perfectam ipſius probationem, aliquo ex proximè dictis, indiget adminiculo 20. Non vero quando inſtrumentum centenarium è partibus venit longinquis; cū tunc ipſa quidē antiquitas, alijs ſpretis adminiculis, ſufficiens reputetur probatio 21.

Ex hijs, die decima quinta Septembris, in cauſa Prioriſſę & Monialium Cōventus Reginæ Angelorum præſentis Ciuitatis, iudicavit Senatus adverſus inſtrumētum teſtamenti exhibiti à quodā Franciſco Zerezo, & in Ciuitate hac à Tabellione Antonio Malla de Salcedo quinquaginta & quinque annis retro teſtificatum, cuius authoritas negata à parte adverſa fuit, nec vllo quouis adminiculo à parte exhibēte comprobata: At cum poſtea in gradu ſuplicationis aliud prędicti Antonij Malla exhiberet inſtrumentum [ad cōprobandam notariatus authoritatem) à quodam extracto notario Regio, ex notis & protocholis illius, vt ipſe in ſubſcriptione teſtatur, obtinuit; & pro validitate teſtamenti Senatus iudicauit, hac ſola probationis circunſtantia contentus: & vix ſine ea, cum quinquaginta & quinque anni, pluſquā centum ſint in Regione hac, quæ ob humidiſſimam & calidam temperiem (corruptioni aptiſſimam] nec carthę diu permanere poſſunt illeſſæ, nec homines, vitę longioris exiſtunt: præciſsè neceſſarij medij ad rerum antiquarum probationem. Et in iudicis reſidet arbitrio dignoſcere, & atentis circunſtantijs declarare, quæ antiqua dicantur 22. Hinc etiam, laceratio prefati inſtrumenti, vltra quod nec in parte fuit ſubſtantiali, non vt ſuſpecta, ſed tamquā ex temporis iniuria prouenïens, habita fuit. Die 27. Octobris, anni 1651.

1. AD *l. 2, §. ſed ſi dubitetur, 6. ff. de iuditijs, l. legato 5. §. 1. ff. de legation. Seſſe de inhibit. cap. 5. §. 6. n. 30. verſ. Quinta. Maſcard. de probation. concluſ. 85. n. 3.*

2. *Alciatus tract. de præſumptio.*



*ſumptio. regul. 3. præſum 13. Boer. deciſ. 36. n. 8. cum alijs Parlad rerum quotid lib. 2. cap. fin. p. 1. §. 11. amplia. 3. n. 15. Maſcard. d. tract. concluſ. 1092. ex. n. 1.*

3. *Regia l. 115. tit. 18. par. 3. Speculator, tit. de inſtrument. edit. §. reſtat, verſ. ſuas, Maſcard. d. concluſ. 1092. Rolánd. Conſ. 32. n. 2. lib. 2. Simon de Prat. Conſ. 80. n. 4. Gregor. Lopez ad l. 116. d. tit. gloſ. 1. Suelves Conſ. 83. n. 1. Parlador. d. cap. fin. p. 1. §. 12. limit. 1. n. 11. Roder. Suar. ad l. poſt rem iud. ff. de re iud. in 2. part. vt per Couarr. pract. quæſt. 19. n. 9.*

4. *D. l. 116. tit. 18. part. 3. refert idem Couarr.* ſed iure contrario meminit *Monter à Cueua, in reſponſo pro vxoris amita, part. 1. n. 11. inter deciſiones Aragon. Borgnin deciſ. 46. n. 195. part. 1. cū alijs.*

5. *Couarr. d. cap. 19. poſt. num. 9.*

6. *Anton. Faber. in ſuo Codice, tit. de fide inſtrumen. defin. 20.*

7. *L. 3. verſ. quod vero, Cod. quibus ad libert. procl im.* Nec tamen tollitur veritatis præſumptio quæ pro inſtrumento facit, ex Fabro *vbi proxime, n. 3. in allegat.* Verum ſine effectu, & minus ſuficiens ex ſe ſola ad condemnandū, ſi nec alia cōcurrant, *vt infra.*

8. *Vt ſupra n. 3. tenet Parlador. rer. quot. lib. 2. cap. fin. p. 1. §. 12. limit. 1. n. 11. Rodr. Suarez ad l. poſt rem, §. ſed pro euidentia, n. 24. in fine, Seſſe deciſ. 132. ex n. 2. ad num. 8.*

9. *Ex d. l. 115. & alijs auctthor. tenet Parlad. d. §. 12. limit. 1. n. 12. & 13. Couarr. d. quæſt. 9. pract. poſt num. 9.* Et ſi alijs contrarium placeat, vt refert Parladorius, niſi de Tabellionis legitimo doceatur titulo, ne alias, iuris regulis adverſantibus, *in l. priuatorum Cod. de iuriſdiction.* populi communis error, Tabellionem faciat eum qui Tabellio non eſt. Nec adheret, nec diſentit Faber, *d. defin. 20. in prin. & in allegat.* dum inquit, quod non probatur quis notarius, ex eo ſolo quod tamquam talis, publica fide, ſepius ſtipulatus proponatur: niſi etiam illud concurrat, vt communi voce & fama ab omnibus vicinis reputatus ſit pro Tabellione, & eius inſtrumentis

mentis, tamquam publicis, fuerit adhibita ſides, tam in iudicio, quam extra. Quibus opinionibus, vt iuri noſtro rationique repugnantibus, in ſuper habitis; primam á nobis relatam, vti veriorem, ſequẽdam proteſtamur.

10. *Tenet Bald. in auth. ſed nouo iure, Cod. ſi cert. pet. Suarez ad d. l. poſt rem, §. ſed pro euidentia n. 34. in fine, ex Gregor. Lopez ad d. l. 115. verbo aberiguare, tenet Parlador. vbi proximé, d. n. 13.*

11. *Camil. Borrel. ſuma deciſ. tom. 1. tit. 18. n. 123. Suelves Conſ. 20. n. 2. & 3. cent. 1. & 83. n. 2. Parlad. §. 11. ampliat. 3. n. 17. verſ. tantundem tenet, Marſcard. d. concl. 1093. n. 5.* Sed tunc, *inquit*, cum ex partibus longinquis venit ſcriptura, ob alterius probationis dificultatem, *n. 6. Portoles §. notarius, n. 22. Seſſe deciſ. 132. á n. 8. vſque ad n. 13.* At in illo Regno, ſolum hoc procedit reſpectu notarij extranei, id eſt, alterius Regni: nam in naturali, hoc non ſervatur, nec auctoritas illius inficiari poteſt ad eſſectum ſaltem vt onus probandi transferat in adverſarium; quia ex ſola ſubſcriptione notarij, prǽſumitur iure notarius, dum aliud non probetur, *vt per Molin. in repertor. verbo notarius, & ibi Portoles n. 15. Seſſe d. deciſ. 132. n. 1.*

12. Neceſſe eſt enim, vt qui ſe in tempore fundat, debeat articulaté & limitaté probare de tempore, *ex l. cum actum 17. ff. de negot. geſt. Seſſe d. deciſ. 132. poſt n. 8. Alexand. Conſ. 119. vol. 2 Roman. Conſ. 32. ex n. 2. vol. 4. Suelves d. Conſ. 20. n. 3. Maſcard. d. concluſ. 1093. n. 7. & concluſ. 1092. n. 4.*

13. *Bald. ad l. comparationes col. 4. Cod. de fide inſtrument. vbi Doctores alij, Lanfrancus, in cap. quoniam contran. 5. Viuius commun. opin. 148. lib. 2. Parlador d. ampliatio. 3. poſt n. 16. & n. 17.* Nec neceſſum eſt vt ſimul concurrant trium Tabellionum teſtimonia, & iudicis auctoritas, ſiue teſtimoniales literæ. Suficit enim vnum intervenire, & hoc iure vtimur, *ex eodem Parlador. d. n. 17. quidquid teneat Suelves, ex alijs á ſe adductis, d. Conſ. 20. n. 3. cent. 1. & adſiſtat Marſil.*





*ad l. ſi quis nec quæſtio, ff. de quæſtio. n. 168. vt per Maſcard. d. concluſ. 1093. n. 32.* Cum poſſint, *inquit*, etiam negari illæ Tabellionũ ſubſcriptiones. Sed nec iudico quod negatio huiuſmodi cõprobati inſtrumenti, ipſum enervatum ineficaxque reddat. Aliquid enim tribuendũ eſt comprobationum ſolemnitati, ſaltem vt in negantem probandi onus transferatur.

14. *Tenet Azo, in ſumma, tit. de fide inſtrum. in prin. Maſcard. d. concl. 1092. n. 12. & 18. Abbas in cap. 1. de fide inſtrument. col. 6. Speculat. tit. de inſtrument. aditio. §. reſtat n. 6. cum alijs per Parlador. d. §. 11 ampliatio. 3. n. 16. defendit Seſſe deciſ. 362. n. 65* Dum aſſerit, quod quando ſcriptura venit de lõginquo in debita forma, ſine aliquo apparenti vitio; habet tunc præſumptionem pro ſe, & transfert onus probandi in contrarium.

15. *Ex Ioan Andrea, Baldo, Innocenoio, & Butrio, Parladorius vbi prox. n. 17. verſ. ſed neque minus, Portoles, §. notarius, n. 23.*

16. *Maſcard. d. concl. 1092. n. 6. Decius Conſ. 36. col. 2. verſ non obſtat, Portoles, d. §. notarius, n. 21.*

17. *Maſcard. d. concluſ. 1092. n. 9. Tuſcus concluſ. 341 n. 12. lit. A. Aymon, de antiquit. tempor. in prin. ex n. 4. Eſcobar de purit. par. 1. quæſt. 10. § 3. n. 14. & ſeq. cum alijs Suelves dicto Conſ. 83. n. 6. centur* 1. Motæ litis ſub moto tempore, ideſt, computato á die confectionis inſtrumenti, ad diẽ exhibitionis ſeu prǽſẽtationis illius in iudicio, vbi contradictio facta fuit, ex eodem *Suelves n. 9. Rota nouiſſi. diuerſ. deciſ. 185. n. 1. part. 1. Garcia de benefic. part. 12. cap. 2. n. 267. & ſeq.*

18. *Suelues dicto Conſ. 83. ex n. 3. Maſcard. d. conſ. 1092. n. 7. & 8.* At tamen in rebus ijs antiquis, ob probationis dificultatem, leuiores ſuficiunt probationes, nec neceſſariæ ſunt plenæ, *ex l. penul. ff. de probatio. cum alijs Couarr. pract. quæſt. 21. n. 7.* Quod & in nobilitatis probatione, ex Regia conſtitutione, deciſſum traddit procedere.

19. *Ex Aretino Conſ. 42 Socino Conſ. 86. n. 1. lib. 1. Maſcardus d. concluſ. 1092, n. 10. & n. 17.*

20. *Sic intelligendi relati à Suarez d. Conſ. 83. n. 7. & Rota per Farinac. in poſthum. deciſ. 681. n. 1. part. 1. Ludouiſ. deciſ. 3. n. 3. & Achil. de Graſſis, deciſ. 5. de fide inſtrumẽtor.*

21. *Couarr. pract. d. quæſt. 21. n. 7. verſ. ſecundus caſus. Maſcardus d. concluſ. 1092. n. 9.* Si non ſubſit [*inquit Covarrubias*] ſuſpitio falſi, doli, aut corruptionis: & adhuc tunc etiam ſeptuaginta aut octuaginta anni ſuficient, ob dificilem Tabellionatus probationem, diſcreti iudicis arbitrio: cui etiam ſtatur, circa illud, quod tempus dicatur antiquum, *ex Menoch. de arbitr. lib. 2. Caſ. 3. n. 2. Surdo Conſ. 245. n. 25. Suelves d. Conſ. 83. poſt. n. 9.*

22. *Ex proximè adductis.*

# Pſephiſmatis IX.

# VIGILIA NONA.

*GABELAM SOLVERE NON TEnetur Rex, illius conductoribus ex bonis Fiſcalibus venditis.*

REGIS DOMINI noſtri eiuſque Regalis fiſci immunitatẽ a quacumque vectigali præſtatione, commune & patrium fatetur Ius 1. & annuunt omnes 2. Quod non ſolum procedit dum Regio iuſſu adminiſtrantur gabelle, ſed etiam cum locata ſunt: ita vt illarum conductoribus, nihil pro rebus quibuſcunque venditis, ad Regem vel fiſcũ pertinentibus, debeatur 3. Nullus enim ſibi ipſi debere poteſt 4. ne actionem & paſſionem, eodem tempore, in vno eodemque ſubiecto [abſurdum ſequentes] concurrere demus 5. Nullius ſiquidẽ perſona res-ve, ſibi poteſt ipſi ſervire 6. Si hoc incompatibile negotium in Rege & fiſco iudicamus; id ſemper fatemur, & ſi penes conductores vectigalia reſideant: ad quos plus iuris transferri nequit, quam quoad vectigaliũ perceptionem Rex ipſe habuit 7. Et non entis, nulla poteſt videri translactio. Ea etenim vulgò decantata conſideratio, vt contra illum qui apertius legem diſcere potuit interpretationẽ dirigere debeamus 8. veluti in ambiguo pacto, adverſus venditorem, vel locatorem 9. in brevi & obſcura verborum conceptione, contra ſtipulatorem 10. & quod in generali ſermone, loquentis perſona comprehendatur 11. Tunc ſibi præcipuum vendícabit locum, quando Gabellæ alicui tertio relocatæ fuerint à Ciuitatibus, Magnatibusve, quorum domini non ſunt, nec in ipſis gabellarum ius reſidet, ſed eas habent à Rege cõductas, commiſas, aut conceſſas, in adminiſtrationem, vel *por encabezonamiento.* 12.

Id ipſum quod de fiſci & Regis iure, quo ad vectigalium immunitatem diximus; fatemur etiam reſpectu Ciuitatum, vel dominorum, ſui territorij & etiam gabellarũ dominium habentium, & ſuperiorẽ nec recognoſcentium, cum eedem ipſe præfate militent rationes 13. Quæ itidem locum habere poſſet, in Ciuitate vel Magnate ſuperiorem recognoſcente; ſi regalis priuilegij virtute, vel alias, legitimo titulo dominium gabellarum ſui territoris ipſis abſolutè cõpeteret 14.

Hinc cum Ciuitas Sancti Dominici, conductas a Rege haberet gabellas, hoc eſt *Las Alcabalas*, petijt declarari; ex rebus fiſco aplicatis & ab eo venditis, *por de comiſſo, ó bienes deſcaminados*, ius Ciuitati ipſi competere exigendi gabellam, ſicut ex quibuſcunque alijs venditis bonis. Iudicauit Senatus pro Regis & fiſci gabellarum exemptione, in vim ſupradictorum 15. non obſtante aliqua ex parte Ciuitatis cõductricis probata exigendi conſuetudine; quæ cum nec legalis, nec cõpleta, vtroque & Regio & communi notiſſimo reſiſtente iure, nihil præiudicari declarunt Domini. Die 22. Decembris, anni 1651.

1. LIcitatio, aliàs locatio §. filius, ff. de publicanis & vectigal. l. 3. tit. 18. lib. 9. recopil. & l. 4. tit. 17. eodem lib. ibi Pues nos ſomos francos de pagarla.

2. Azeued. ad d. l. 3. & l. 4. recopil. Laſarte, Girond. Berth. in ſpecial. ſuis tract. de gabellis, Parlador. rer. quotid. lib. 1. cap. 3. §. 1. n. 31. & 32. Bar. & Doctor. in d. l. locatio, §. fiſcus, ff. de publican. Bobadilla politic. lib. 2. cap. 16. num. 173.

3. Parlador. vbi prox. d. §. 1. ex n. 31. Azeued. ad d. l. 3. tit. 18. lib. 9. n. 1. ex Alexand. Conſ. 109. col. 2. vol. 2. Boher. deciſ. 213. n. 1. Ruin. Conſ. 89. vol. 1. Bal. Salicet. & alij per Curia Philip. lib. 1. comercio terreſte §. 14. Alcabala, n. 5.

4. L. hæres 21. §. quod ſi ſtipulator 3. iuncta l. grauius 71. ff. de fideiuſor. l. tutor 19. in prin. vbi Grotofred. ff. ad ſenat Conſ. Velleian Hering. de fideiuſor. c. 7. à n. 10 Suelves, Cōſ. 48. n. 10. in ſemicent. Donel. enucleat. lib. 16. commenta. cap. 4. lit. b. & ibi Oſualdus, Ant. Gomez, var. reſolut. tom. 2. cap. 13. n. 20. verſ. primo quia, & meminit Seneca de benefic. lib. 5. cap. 7. & 10.

5. L. ille à quo 13. §. tempeſtibum, 4. in fine, ff. ad Trebellian. ex Bal. in l. ſi vxor Cod. de bonis authorit. iud. poſſid. Suelves vbi proximé. & Conſ. 20. n. 11. centur. 1. Ant. Gomez, vbi proximé.

6. L. vtì frui 5. ff. ſi vſuſfructus pet. Bobadill. polit. d. lib. 2. cap. 16. n. 173.

7. Ad l. nemo plus. 120. & l. 54. ff. de regul iur. cap. nemo 79. de reg iur. in 6. l. traditio 20. ff. de acquir. rer. domin.

8. Cap. contra eum 57. de reg. iur. in 6.

9. L. in contrahenda 172. ff. de regul. iuris, l. veteribus 39. ff. de pactis.

10. L. quidquid. aſtringendæ 99. ff. de verbor. obligatio.

11. Vt ex Bart in l. Paulus, §. fin. ff. de pignor. refert Boher. deciſ. 213. n. 16. traddit Parlador d. cap. 3. §. 1. n. 35. Fallit hoc in noſtro caſſu ex Azebedi placito ad d. l 3. n. 4. Quia in generali conceſione a quacunque perſona exigendi vectigalia, non videtur includi loquentis perſona, l. obligatione generali ff. de pignor. l. inquiſitio Cod. de ſolutio. gloſ. in l emptor. C. de hæred.





12. Azebed. ad d. l. 3. tit. 18. lib. 9. n. 8.

13. Idem vbi proximé, n. 8.

14. Azebedo d. n. 8. verſ. ſecunda. Licet n. 9. conſulat ijs, qui ex priuilegio, gabellarum habent ius (non vero iure proprio, vt habet Rex] quod ſibi in locationum inſtrumētis circa hoc provideant, ne ipſi ex rerum ſuarum venditione gabellam ſolvere teneantur: vt ſic Iudicum & Advocatorum opinionibus, viam præcludant. Cum lege Regni atenta, ſolus Rex excuſetur. Et eſſet non mediocre grabaminis incommodū, duorum, ideſt, Regis & Domini excuſatio.

15. Inſuperque conſideratum eſt, quod quando aliquod vertitur dubium, an ex aliquibus rebus gabella debeatur; ſemper contra eam interpretatio facienda eſt, ne ſolvatur, ex Bar. in l. ſi pupillus, ff. ad leg. falcîd. Burſat. Conſ. 190. Cacheran. decis. 114. n. 5. & 7. Ruìn. Conſ. 112. n. 14. lib. 4. Boſius in prac. tit. de vectigal. n. 10. Angel. Conſ. 385. n. 1. lib. 6. Nata, Conſ. 264. n. 8. Et regulariter, adverſus illum qui legē apertius dicere potuit, dubius interpretatur contractus, ex vulgata l. veteribus 39. ff. de pactis; cum in iudicijs contrarium procedat, ad l ſi quis 66. ff. de iudicijs, intellige tamen, vt per Gotofredum ibi lit. g. i. & k. cum Socino, regula 237.

# Pſephiſmatis X.

# VIGILIA DECIMA.

## DE CONFESIONE, ET VERBIS *enuntiatiuis.*

PLURES QUIDEM [nec tamen tenui) ex propria confeſione reſultant effectus. Pleniſſima eſt probatio. 1. Maior omnium 2. Illi ſtatur 3. Iudicati ad inſtar ſe habet 4. Inſtrumentalis probationis vi-

ces ſortitur. 5. Rem facit notoriam 6. Nec ab ea appellatur 7. Hæc tamē, iudicialis. 8.

Extra iuditium verò, plenè non probat, 9. niſi partis præſentia corroboretur 10: nec indiget illius expreſa acceptatione 11. Quin immo, canonica inſpecta æquitate, vt valeat, partis præſentia neceſſaria non eſt 12. Sicut & cum iuramentum intervenit; ex varijs huius priuilegijs 13. & quia iuditij vim habet, 14.

Confeſio verbis emiſſa enuntiatiuis, tunc probat, cum neceſſaria eſt ad validitatem actus, qui geritur, vel ad id de quo agitur, confert, 15. Quomodo & quando verba enuntiatiua diſpoſitionem inducant, & quid probent? Cōſule, 16. Et ſi enim regula ſit, verba inſtrumēti enuntiatiua non probare 17. Tamen id locum non habet dum verſamur in antiquis 18; ſi prolata ſint inter eaſdem perſonas [& contrahentes 19; ſi fuerint iterata, aut geminata 20; ſi ſumus in cauſa pia, ac de illius favore agimus 21; ſi cum verbis enunciatiuis adminicula concurrant 22. Tunc ſiquidem plenè probabunt.

Hæc, ancilla quædam, Michaela nomine, libertatē ſibi competere inſtabat declarari, virtute confeſionis tertiò iteratæ, in Regia Audientia, tribus diuerſis ſcriptis oblatis à D. Bernardo Velazquez de Ladrada, quondam [& tunc temporis] illius Domino, in quadam cauſa repetitionis aliquorum bonorum in debitè poſſeſſorum, & exiſtentium penes D. Iulitam de Aibar, ſed tamē iure dominij pertinentium prædicto D. Bernardo. Qui, inter alia à ſe in petitionibus allegata, confeſus eſt, prædictam Michaelam à D. Iulita ſine titulo poſſeſſam, liberam eſſe, ſeque illi libertatē præſtitiſſe. Mortuo D. Bernardo, cum adhuc pœnes D. Iulitam dicta extitiſſet ancilla, ad libertatem proclamavit, confeſione [& adminiculis alijs] dicti D. Bernardi, quondam domini ſui, vtendo. Cuius virtute [nulla à D. Iulita probata donatione, nulloque titulo ad dominiū transferendum ſuficiente] libera prædicta Michaela declarata fuit, Dominorum ſuffragio, in Regia Chancellaria, iuribus & rationibus ſupra addu-



adductis: cum confeſio fuiſſet iudicialis, tertió repetita ante & poſt litem conteſtatā. Vltra quod, etiam extra iudicialis, & parte abſente, huius piæ cauſæ libertatis favore, ſuficiens foret 23. Quin immo confeſio extraiudicialis, etiam ſine cauſa facta ad liberandum, valet 24. Ea autem ſola dicta, ſiue promiſſa [Vlpiano teſtante 25.) admitenda ſunt, quæcumque ſic dicuntur, vt præſtentur, non vt iactentur. Et in noſtro caſſu, & terminis confeſionis factæ in libellis, ſiue petitionibus porrectis, quod probent cōtra confitentem, teſtantur communiter Doctores 26. non ſolum in ipſo, ſed & in alio etiam iuditio 27. Dum tamen fiat à principali, aut Domino [non vero à procuratore] & coram competenti iudice. Tunc quidem, in vno iuditio facta confeſio, probabit in alio, & ſi facta in proceſſu nullo fuiſſet 28. Id quippe ipſum procedet, ſi enuntiatiua verba iudicentur prædicta, in præſentiarum. Probabunt quidem; quia quod enuntiatur, à mero puroque proferentis animo pendet: quo caſſu, diſponens, ſola & libera abſoluta voluntate poteſt diſpoſitionem perficere 29: & quia geminata; quia inter eaſdem perſonas prolata; quia cum prædictis, adminicula alia ex teſtium declarationibus deducta cōcurrūt; & quia in cauſa pia, adeoque fauorabili intervenere 30, & de præterito enuntiant 31 Fauore enim libertatis, verba enuntiativa, etiam propter alium finem dicta, proficiunt, & diſpoſitionē inducunt 32. Obtinuit tandem, & in gradu ſupplicationis, cōcordi communi voto, die octavo Octobris 1652.

1. L. cum te 5. vbi ordinarij, Cod. de tranſactio. Maran. de ordin. iuditi or. p. 6. tit. de confeſſione n. 22. & paſſim Doctores.

2. Cotofred. ad d. l. cum te, 5. lit. g. ex Rol. à Valle Conſ. 21. n. 7. vol. 1 Marant. d. p 6. verbo. & producuntur confeſiones, n. 21.

3. Ad l. generaliter 13. Cod. de non numer. pec. cap. fin. vbi gloſ. de confeſ. Caſanate Conſ. 9. n. 11.



4. Per

4. *Per l. vnic. Cod. de confeſſ. l. 1. 3. 6.* & fere per tot. *tit. ff. eodem Tuſcus pract. concluſ. 675. n. 2. lit. c.*

5. *Martin. Monter, deciſ. Aragoniæ 30. n. 14.*

6. *Ad cap. fin. de cohibit. Cleric. & mulier. Corneus Conſ. 44. n. 2. vol. 4. Biuius Conſ. 222. n. 51. vol. 4.*

7. *Cap. cum ſit romina, 3. §. ſi autem, de appellatio. in 6. vbi gloſ. Aldouin. Conſ. 56. num. 1.*

8. *Ex Corneo, Tuſco, Aldouino, & alijs ſupra adductis, & notat Bar. ad l. ſi confeſſus 5. ff. de confeſſis.*

9. *Marant. d. part. 6. de confeſſ. n. 12. Aflictis deciſ. Neapolit. 12. n. 2. Maſcard. de probatio. part. 1. Concluſ. 346. n. 9.*

10. *Maſcard.* ex iuribus á ſe adductis, *d. concluſ. 346. n. 1. & 5. Alexand. Conſ. 19. in princ. vol. 4.*

11. *Camil. Borrel. ſum. deciſ. p. 2. tit. 3. de confeſſio. poſt n. 106. & n. 112. Balb. deciſ 79. in fine, Dueñas regul. 119 in prin.*

12. *Ex gloſ. in can. quoties 1. q. 7. & Felin. in cap. ſi cautio, de fide inſtrumen. n. 22. verſ. fallit ſecundo, Borrel. vbi prax. n. 65. & 67.*

13. *Gramat. deciſ. Neapolit 34. n. 59. Borrrel. d. n. 69. Burſat. Conſ. 118. n. 3. lib. 1. Seraſin. de priuil. iuram. priuil. 93. n. 4. Marſcard. concluſ. 346. n. 18. & concluſ. 347. n. 69.*

14. *Ex tex. in l. qui iuraſſe, in fine, ff. de iure iur.* tenet *Caſaneus ad conſuetud. Burgun. tit. des cenſes, verb ſil advient. n. 19.* Dixi *in ſcholijs ad Commend. clauſ. 27. n. 15.*

15. *Proſequitur Seſſe, deciſ. 113. n. 18.*

16. *Caſanate Conſ. 16. ex n. 13. & Conſ. 20. ex. n. 51. Seſſe d. deciſ. 113. ex n. 17. & 369. Suelves, Conſ. 43. n. 59. ſemicent. 1. Farinac. deciſ. ciuil. 145. Teſaurus queſt. for. 46. lib. 4. Riccius, collect. 189. Surdus Conſ. 546. Amat. Conſ 57.* diſtinguit Fauer *in Cod. tit. de probation. defin. 23. & 63. Maſcard. concluſ. 621.*

17. *Genua de enuntiatiuis vrbis lib. 1. quaſt. 40. n. 2.* per textum á nemine *(vt inquit]* excogitatum, nec perpenſum, *in l. Lucius Titius 88. §. quiſquis mihi 10. ff. de legat. 2.*





18. *Fauer. d. defin. 23. Maſcard. concluſ. 106. ex n. 1. & concluſ. 621. n. 15. Alexand. Conſ. 6. n. 6. vol. 1. Menoch Conſ. 336. n. 12. & Conſ. 416. n. 3. Eſcobar de Corro, de purit. & nobilit. proban. p. 1. quaſt. 15. §. 3. n. 30. Fachineus Conſ. 30. vol. 1.*

19. *Ad l. optimam 14. Cod. de contrahend. ſtipulatio. l. Publia meuia 26. §. Titius Semproniis, ff. depoſiti, & ibi Gotofredus litera B. Fauer. d. defin. 23.* ex multis *Genua de ver. enuntia. d. quaſt. 4. à num. 73.*

20. Ex ratione adducta á Decio *in l. ex hijs, ff. de teſtam. milit. n. 10. Gratus Conſ. 143. n. 9. vol. 2. Genua d. quaſt. 4. ex n. 30. Barbac. Conſ. 14. n. 10. & 11 & Conſ. 37. n. 1. vol. 3. Zuchard. Conſ. 34. n. 18. Maſcard. d. concl. 621. n. 37.*

21. *Bar. in l. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſijs, vbi Andreas de Beſſetis n. 203. Genua vbi ſupra lib. 2. quaſt. 23. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſa priuileg. 86.*

22. *Gratus Conſ. 204. n. 5. vol. 1. Fabius de Ana. Conſ. 88. n. 31. Riminal. iunior, Conſ. 12. n. 12. vol. 1. & Conſ. 314. n. 17. vol. 3.*

23. *Gutierr. de iur. confir. p. cap. 54. n. 3. & 6. Maranta vbi ſupra, n. 15.*

24. *Ex l. tale pactum 40. in princ. & ibi Bar. ff. de pactis.* In iuditialibus quidem, vim iſtrumenti habent, *Monter, deciſ. 30. n. 29.*

25. *Ad l. ſciendum 19 §. ea autem 3. ff. de adilitio adicto.*

26. *Ad l. cum pracum Cod. de liberal. cauſa Borrel. d. tit. 3. á n. 128. Valaſco conſult. 28. Suelves; Conſ. 96. n. 9. cent. 1. Maſcard. concluſ. 368. ex n. 1. & n. 4.*

27. *Ad l. iubemus 41. in fine, & ibi Gotofredus Cod. de liberal. cauſa* tenet *Suelves Conſ. 45. n. 1. centur. 1.*

28. Ad traddita *par Seſſe, cum alijs, deciſ. 393. num. 52. tom. 4.*

29. *Caſanate, Conſ. 16. num. 21.*

30. *Vt ſupra ſatius traditum eſt.*

31. *Ad cap. fin. §. ſufficienter, verbo, aſſeruit ſe, de ſucceſio. ab inteſtat. ſicque Genua, d. quaſt. 23. á n. 16.* Conciliat Bartoli, & Baldi con-

trarias opiniones in cauſa pia, & ſequitur Riccius *ad d. Tiraquelli priuileg. 29.* 32. *Alvar. Valaſc. conſultatio. 167. Aflictis, deciſ. 337. & 83. n. 3. Tiraquel. priuileg. 112. & 116. Felinus, in cap. ſi cautio, num. 27. de fide inſtrumentor.*

# Pſephiſmatis XI.

# VIGILIA VNDECIMA.

## *DE PACTIS CENSVI ADIECTIS, & de illius formatione.*

CENSVS emptio, eo eſtimabilior, quó validiús redimendi facultas adimitur. Quod licitè fit, ſi fraus pretio non adſit, 1. Hoc, ſi perpetua: nam pactum vt vèditori (hoc eſt, debitori) cenſum redimire liceat, intra certum tempus, poſtea remanente perpetuo, illicitum: cum ſublata pactione hac, & poſt tempus licita iudicetur redemptio 2. Niſi iuſtum tunc ſuperaddatur pretium 3. Pactum vero vt, non liceat cenſum redimire ante quam decem [ſuppo-namus) tranſancti fuerint anni; iniuſtum & vſurarium erit 4. & tunc redditus in ſortem erunt imputandi 5. Hæc ſiquidem illiciti & vſurarij pacti diferentia: vt illud vitietur, ſed non vitiet contractū: hoc autem, & vitiet & vitietur, & efficiat vt redditus imputentur in ſortem 6. Nunquam ergo in voluntate emētis [creditoris] cenſus redeptio; hoc eſt, illius redimendi coactio, reſidere poteſt, abſq vſuræ labe, & contractus nullitate.

Hinc pactum; vt in pœnā quis, niſi ſtatuto tēpore redditus ſolvat, cenſum redimere teneatur; valere credimus 7. quidquid alij teneant 8; cum





cum pactum huiuſmodi; nō dationi quantitatis adiectum ſit (vt vſuræ habeat ſuſpitionem 9.) ſed facto, 10; nec tribuat emptori liberam facultatem cogendi venditorē præciſse redimere, ſed cauſatiuè. Nec redimendi volūtas; emptoris tunc erit; ſed venditoris: quam ſpontè exequitur, quotiens die ſtatuta redditus ſoluere diſtulit, ceu recuſat. Voluntariè quippe creditur reſtituere 11. cum delinquendo conſentiat 12.

De pacto autem commiſsi in cenſu, vel contractu cenſuario appoſito, quod valeat Regni lege inſpecta; aſſerimus, ex verbis, ibi, 13. *Si alguno puſiere ſobre ſu heredad algun cenſo con condicion, que ſi no pagaſſe a ciertos plazos, què caya la heredad en comiſo: que ſe guarde el contracto, y ſe juzgue por el pueſto que la pena ſea grande, y mas de la mitad.* Non ſolum in caſſu redditus nec ſoluti, intra biennium; ſed etiam ob alienationē rei [ſuper quā cenſus impoſitus eſt] irrequiſito domino, quemad modum eſt vſu communiter receptum 14.

Nunc, an pecuniæ preſentia neceſſaria, formationis cenſus tempore? Defenditur ab aliquibus intrepide, 15. alias, (inquiunt] invallidos, nullos & illicitos reddi cenſus, etſi confeſio de recepta pecunia adſit, cum illius preſentia omni iure indiſpenſabiliter preciſſa credatur: preſertim motu proprio Pij Quinti Pontificis Maximi exiſtente, quo id præcipitur & requiritur 16. Hinc deſumitur, ex iam antea debita quantitate, creari cenſus non poſſe; cum ſi id fiat, vtroque exteriori & interiori foro nulli ſint, & redditus in ſortem principalem habeant imputari 17. At oppoſitum alij tenent. Defendunt ſiquidem, ex antea iam debita pecunia, non ſolum iuſte cenſus conſtitui poſſe, 18. ſed etiam tranſactiones 19: et quod nec minus eſt, ex pecunia præcedenti, iam diu ex mercium emptione reſultante, licite cenſus formari; dummodo fraus aliqua nec fiat, vel latrocinij quodam genus oriatur, communiter vocitatum *Moatra* 20. Quotieſcunque ergo occurritur fraudi [nedum vero, ſed & præſumpto] in cenſus formatione

ne, ex pretio realiter non soluto, resultanti; motum proprium Pij Pontificis Maximi exequimur: vt puta, cum ex iam debita pecunia censum constituimus, quæ & intevenit, cum realiter ipsa debeatur, & in specie solvenda sit. Vltra quod Motus ille Pontifici[?] in Hiſpania nec receptus nec obſervatus eſt, quin immo ab eo ſupplicatū expreſsé, in Curijs Matritenſibus Domini Philippi Secundi Regis noſtri iu Tu, an. 1583. Ita Regia lex 21. *Declaramos, que el proprio motu ſobre que los cẽſos ſe impongan y ſitien con dineros de preſente no eſtà recebido en eſtos Reynos, antes ſe ha ſuplicado de el por el Fiſcal del Conſejo, donde ſe ha hecho juſticia en los caſos que ſe han ofrecido, y ſe harà adelante, y con ſu Santidad la inſtancia que pareciere neceſſaria.* Et lex alia Regni, ſolum loquitur in cenſibus vitalitijs, *de por vida* 22. In prædictorum cōfirmationem decrevit Senatus, in cauſa Ioannis Franciſci de Montoya, contra Chriſtophorum de la Peña, Ciuitatis de Maracaibo, ſuper nullitate cuiuſdam cenſus, Die 23. Martij 1652.

1. EX *Nauarro in can. 1. 14. queſt. 3. Soto de Iuſt. & iure lib. 8. quæſt. 5. artic. 3. verſ. quarta concluſio. Cobarrub. var. lib. 3. cap. 8. n. 7. verſ. Qua in re Seſſe decis. 116. n. 10.*

2. *Couarrub. d. cap. n. 7. & verſ. ſic ſané, idem lib. 1. variar. cap. 9. n. 9. Rodriguez tract. de annuis reddit. lib. 2. queſt. 1. n. 14. 17. & 29.*

3. Intelligit Felicianus de Solis, *trac. de cenſibus, lib. 1. cap. 7. á n. 4.* quem cum Soto, *Conrrado, & Medina*, refert *Seſſe d. decis. 116. n. 4. 5. 6 & 7.*

4. *Couarrub. d. lib. 1. var. cap. 9. n. 9. verſ. aliud enim, Seſſe vbi proxime, n. 8. Rodriguez d. lib. 2. q. 1. n. 14. & 24.*

5. Sic hoc in caſſu intelligendus *Felician. d. lib. 1. cap. 7. num. 5.*

6. *Ita Rodriguez vbi proxime, & Felician. de Solis, n. 6.*

7. *Seſſe d. decis. 116. n. 53. 57. & 61. Medin. in C. de restitutio. cap. de cenſu redimibili. §. ex dictis, verſ. quod ſi cenſualiſta, Tiraquel. de retract. lib. 2. ad fin. n. 132. Olano, in concordia iur. lit. A. n. 112.* notat *Gutierr. de iuram. confirmat. p. 1. cap 31. n. 11. ad medium, Anto. Gomez ad l. 68 Tauri, n. 2. in fine, & n. 4. cum alijs á Solis, lib. 2. cap. 7. n. 1.*



8. *Felicianus. d. lib. 1. cap. 10. n. 18. Rodriguez d. lib. 2. quaſt. 1. n. 5.* Tenet quod reijcitur, quia vitiatur, ſed non vitiat contractum, *n. 7. Et Gutierrez pract. q. 175 lib. 2.* ex verbis expreſis Motus Pij Quinti, id teſtatur. Sed in Hiſpania, ab eo ſuplicatum fuit, *vt infra. & Rodriguez d. l. 1. quæſt. 13. n. 3. prope fin. Bobadilla polit. lib. 2. cap. 17. num. 41.*

9. *Ex Abbate, Nauarro, & alys* refert *Seſſe d. decis. 116. num. 26.*

10. *Felician. d. trac. de cenſibus, lib. 2. cap. 5. n. 15. in princ. Seſſe vbi proximé n. 52. & 62.* Vbi ſic pronuntiatum in Aragonia refert.

11. Late *Seſſe, ex n. 46. & 54.*

12. *Ex leg. 1. §. ad beſtias, & ibi gloſ. verbo onerari ff. de poſtulando Seſſe d. decis. 116. n. 57. & 58.*

13. *L. 68. Tauri, quæ eſt l. 1. tit. 15. lib. 5. recopill'at.*

14. Vt teſtatur *Anto. Gomez ad l. 68. Tauri*, & ſequitur *Seſſe decis. 32. per totam*: quidquid adverſetur Covarrubias, ab eodem relatus. Et in Aragonia id maximé obtinet, cum omne pactū, dum non impoſsibile, vel contra naturam ſit, obſervandum præcipiat patrium illud ius: quo atento, generaliter carthæ ſtatur. Cui ſe ſubſcribit *Seſſe, n. 20.* Omiſſa diferentia relata in motivo deciſionis Curiæ Domini Iuſtitiæ Aragonum, quæ ſolum admiſit commiſi clauſulam, vel pactum, ob non ſolutam penſionem: non vero ob alienationem factam irrequiſito cenſus Domino. Et prædictam ſequitur opinionem, *Suelues, Conſ. 25. ex n. 15. centur 1.* Vlterius, illa commiſsi clauſula in Aragonia [vſu recepta] operatur, quod dominus cenſus qui rem commiſavit, fructus rei illius, ſuos faciat, nec computare eos teneatur in ſortem principalem: cum virtute pacti inter partes initi, transfeat dominium per commiſſum [etſi revocabiliter] in dominum creditorē, quo

vſque

vſq ſors ſibi reddatur. Quod ſuficere credunt, vt licitè fructus faciat ſuos abſolutè, abſque compēſatione, aliàs pręciſa, *ad l. 2. Cod. de pactis*: quā refert & tenet, *idem Suelves, d. Conſ. 25. n. 16. & 17.* Mihi tamen hoc placeret in emphyteuſi, & in reſervativo cenſu; non aliàs, minuſque in conſignativo. Et hæc iuris huius intelligentia: cum nec minus longe verum credat Rodericus, non valere pactum, quo actum eſt, vt cenſualis res amitatur, & in commiſſum cadat, ſi penſio non ſolvatur, *d. tract. lib. 2. quæſt. 22. n. 11. & 12.*

15. Præter aliā *Felician. d. lib. 1. cap. 9. n. 6. & 9. Intrigliol. ad Bullam de cenſib. quæſt. 97. n. 2. conſonat, l. 8. tit. 15. lib. 5. recop. Gutierr. pract. quæſt. 176. n. 6. lib. 2.*

16. *Felician. d. lib. 1. cap. 8. n. 13. & ſeq. Virgin. de Bocacijs, trac. de cenſibus, p. 1. n. 52. Intrigliol. vbi proximè.*

17. *Rodriguez lib. 1. q. 13. n. 3. Cenſio de cenſibus, p. 2. cap. 1. quæſt. 1. artic. 7.*

18. *Marc. Mut. deciſ. 73. Rodriguez, vbi prox. n. 4. Surdus conſ. 162. n. 38. Cenſio vbi prox. Ferret. Conſ. 36. vol. 3. Suelves Conſ. 63. n. 7 centur 1.*

19. Defendit latè videndus, *d. Rodriguez, trac. de annuis reddit. d. quæſt. 13. ex num. 5.*

20. *Suelves, d. Conſ. 63. poſt num. 7.*

21. *L. 10. tit. 15. lib. 5. recopillat.*

22. *L. 8. d. tit. 15. lib. 5 recopillat.*

# Pſephiſmatis XII.

# VIGIL. DVODECIMA.

## *DE DONATIONE ABSENTI FACTA.*

### *De ipſius revocatione, & dominij translatione.*

ETSI DIGESTOrum antiquo iure, donatio abſenti facta nō valeret, cum præſentiæ, acceptationis, vel traditionis deficeret principalis preciſa circunſtantia, ſiue requiſita forma 1. [licet cauſa non indigeret, pro vt nec indiget 2.] Nunc verò Codicis attēta nova iuris diſpoſitione, firma eficaxque eſt, abſque vlla interponendæ ſtipulationis, vel rei traddendæ neceſsitate, ſed nudo tantum pacto, rata perfectaque eſt, 3. Sed clarius Regium ius id ſtatuit, ambagibus ſpretis cunctis, dummodo conſenſus & voluntas appareat ſe obligandi 4. ita inquit. *Pareciendo que alguno ſe quiſo obligar à otro por promiſion, ó por algun contracto, ó en otra manera, ſea tenudo de cumplir aquello que ſe obligó, y no pueda poner excepcion que no ſue fecha eſtipulacion, que quiere dezir prometimiento con ciert a ſolemnidad de derecho, ó que fue hecho el contracto, ò obligacion entre auſentes, ó que no fue hecho ante Eſcriuano publico, ó que fue hecha à otra perſona priuada en nombre de otros entre auſentes, ò que ſe obligó alguno que daria à otro, ó haria alguna coſa. Mandamos, que toda via vala la dicha obligacion, y contracto que fuere fecho en qual quier manera que parezca que vno ſe quoſo obligar.* Igitur donatio hodie abſenti facta, etſi nec Epiſtola, nec Nuntius intervenerint, ita valida erit, vt nequeat à Donatore revocari; nedum poſt donatarij acceptationem, verum nec antea 5: neque etiam ingratitudinis allegatæ pretextu, revocabit donationem; niſi verificata, in iuditiumque deducta, & aprobata, vna ex illis quinque cauſis à lege expreſis 6. ne aliàs malitijs locum demus 7.

Dominium, cum non niſi tradditione, regulariter, trāſferatur 8: ſi duobus res donata fuerit; ille pręferendus qui poſſeſſionem prius rei adeptus eſt, & ſi tempore poſterior 9. Poteſt igitur donator, rem donatam, ante traditionem, alienare & obligare 10: quia ceſante traditione, nec dominium [donationis tantum virtute] à ſe abdicaſſe cenſetur, nec donatario acquiſitum 11. At tamen non inutilis, vel revocata donatio, quòd careat tradditione, vel alio poſteriori fiat prius tradditio: cum ſemper priori donatario competat ius, donatorem cogendi rem traddere 12. Rem

12. Rem quidem facere donatarij,& dominium transferre tenetur, vel in ſubſidium, æſtimationem præſtare 13. Siquidem in donationibus à promiſsione incipientibus, euictioni locus eſt, ex præfata ratione 14: non vero contra tertiũ, cui res donata tradita fuit. Solum enim titulũ, actionem que perſonalem ex eo habet, adverſus donatorẽ, non contra tertium, cum actio, perſonalis ve obligatio, ex contractu emanans, ratione fundi, alteriusve rei, nec eius ſequatur poſſeſſorem 15.

Nec perpetuò tradditione opus eſt, ad dominium in donatarium transferendum. Suficit enim inſtrumenti rei donatæ (ſuo caſſu) tradditio, vt donatarius recipiens, poſſeſſionem eius adquirat 16. Suficit itidem ad dominium, quod rei poſſeſſio, per illos præcarij vel conſtituti fictos iuris modos detur, vt veram & realem poſſeſſionem donatarius habeat, donante nomine præcario illius poſidente 17. Quo facto, primus obtinebit donatarius, etſi ſecundo realiter res donatæ traddantur 18. Sat quoque erit, ſi rei donatę vſusfructus, fuerit á donatore retentus; cum tunc facta cenſeatur tradditio, idemque ſit vſumfructũ retinere, quod rem traddere 19.

Mortis mentio cum in donatione fit, non ſtatim ex eo creditur mortis cauſa donatio, ni duo copulatiuè concurrant; mentio nempê ipſa, & quod in mortis tempus collata ſit, 20. Addendum etiam, quod tunc naſcatur obligatio: nam ſi effectus, & obligationis ſolum executio, in mortis diferatur eventũ [ veluti cum mortis mentio, gratia tantum donationis in verbis non diſpoſitiuis, ſed executiuis fiat: vt dono hanc tibi rem, poſt mortem meam ſolvendam; vel fundum, mihi pro vita vſufructu retento] erit non dubiè inter vivos facta donatio. 21.

Ijs diſcuſis, in cauſa Monialium Reginæ Angelorum, cõtra Marianam de Vargas, cui donatio facta fuit quarundã ancillarum, à Domina Mariana Toſtado, quam poſtea varijs ſub prætextibus revocavit; nempè, quia non acceptata; quia ingrata donataria;

quia



quia nec inſinuata donatio 22; & quia mortis cauſa facta credebatur, ex illius mentione, in dictarum ancillarum vſusfructus retentione, vſque ad diem mortis donatricis. Fuit pro donatione iudicatum, & declaratum quoque, partus ancillarum prædictarum, vita donatricis durante æditi; non ad eam, vel ad ipſius hæredes, ſed ad donatariam pertinere: cum nec ius patiatur, vt in fructu ſint 23, nec fructuarius Dominus ſit 24. vt proprietatem ſequãtur 25, eodem iure quo matres 26. & expeditum. Die 24. Menſis Octobris, Anni 1651.

1. L. *Abſenti 10. vbi Gotofred. lit. X. & l. qui ſaxum 6. ff. de donatio. Jul. Clarus, §. donatio, quæſt. 12 vbi addit. Ioan Harprethi, Parlador. lib. 2. rer. quotidian. cap. 3. n. 8. Ant. Gomez tom. 2. cap. 4. n. 2. Cuiatius obſervat. lib. 12. cap. 18. ad l. ſi vero, §. ſi ſervo, ff de bon. libert.* meminit *Alciatus, parergon iuris lib. 1. cap. 13.*

2. *Ex l. donari 29. ff. de donatio, & l. maiores Cod. de tranſactio. Parlador. d. lib. 2. cap. 3. n. 55.*

3. *L. ſi quis argentum. 35. §. ſed ſiquidem 5 Cod. de donatio. l. nec ambigi 4. Cod. eod. tit. l. velles 6. Cod. de reuocand. donatio. l. 4. tit. 4. p. 5.* doctè *Surdus deciſ.* 111. *& deciſ. 206. per tot. Clarus d. §. donatio, quæſt. 14. vbi additio, & Parlador. vbi* proximè, *n. 9.* Dummodo verba donationis, non in futurum, ſed de præſenti ſonent; ſicq legem prædictam intelligendam, renuente Pichardo, *ad §. aliæ, Inſtit de donatio. n. 9.*

4. *L. 2. tit. 16. lib. 5. recopillatio. & ex l. 3. tit. 8. lib. 3. ordim. Anton Gomez, d. cap. 4. n. 2. ad fin. Pichard. vbi proximé n. 8. Ceballos commun. contra com. quæſt. 54. ex num. 8.*

5. Quidquid teneat *Gregor. Lopez, Salon de Paz, Molin. & alÿ*, defendit *Parladorus* (præ omnibus hic ſequẽdus) *lib. 2. cap. 3. n. 36. ex Couarr. de teſtamen. in rubric. p. 3. ex n. 20. Gomez d. cap. 4. n. 3. in fine, ad l. quoniam. in prioribus q. 8. num. 7. Ceball. vbi prox. ex n. 9. & q. 55. n. 6.*

6. L.

6. *L. generaliter, fin. l. 9. Cod. de reuocand. donatio. §. 2. in fin. Inſtit. de donatio. vbi Pichard. n. 13. Nouel. 22. de Nuptijs, cap. 35. Donel. lib. 14. com. cap. 27. vbi Oſualdus, Gomez d. cap. 4. de donatio. n. 20.* Sed cum donatio perfecta ex aliqua iuſta cauſa reuocatur, fructus perceptos donatarius non reſtituit: quia eo medio tempore, vti verus dominus, ſuos irrevocabiliter fecit, *idem Gomez, d. cap. 4. n. 21. verſ. nec obſtat, & verſ. ſecundo.*

7. *Ex cap. intelleximus 7. de iudicijs, Flamin. de confiden. quaeſt. 32. n. 61. Argel. de contradict. legiti. quaeſt. 13. num. 90.*

8. *L. traditionibus 20. Cod. de pactis, §. per traditionem, cum ſequentibus Inſtit. de rer. diuis.* Sed notario ſtipulante abſentis nomine, rei donatę dominium in eum tranſibit: dommodo vivo donatore, & nec revocata donatione, donatarij ſequatur rati habitio, *ſecundum Fabrum in Cod. tit. de donatio defin. 3.* ſed iure noſtro, aliud, *vt ſupra.*

9. *L. quoties 55. Cod. de rei vendicat. Ant. Gomez, var. tom. 2. cap. 2. de empt. io. & venditio. n. 20. Couarr var. lib. 2. cap. 19. Faber in C. tit. de rei vendicat. defin. 4.*

10. *L. fin. §. Lutius Titius, ff. de donatio. d. l. quoties, Seſſe decis. 405. n. 5.*

11. *Tenet Couarr. lib. 1. var. cap. 14. n. 3. verſ. hac vero*

12. *D. l. ſi quis argentū 35. cum §. ſed ſi 5. Cod. de donatio. Gomez d. cap. 4. de donatio. n. 2.*

13. *Ex l. vbi autē nō ꝑares, §. fin ff. de verbor. oblig. cū alijs Gomez vbi prox. num. 5.*

14. *D. l vbi autem, l. ariſto 18. in fine ff. de donatio.* cui conſonat *l ſi id 22. in fine, ff. de verbor. oblig. cum l. 1. Cod. de iure dot. Gomez, d. cap. 2. de emptio. num. 35.*

15. *Ex l. fin. §. fin. ff. de contrahen. emptio. l. 1. §. ſi hæres 16. ff. ad S. C. Trebel. l fin. Cod. de hæredit. actio. l. æris alieni 25. l. cum res 22. & l. ſi patri 24. Cod. de donation. Gomez, d. cap. 2. n. 20.*

16. *Ad l. 1. C. de donatio. l. 8. tit. 30. part. 3.*

17. *L. & habet. 15. §. eum qui, ff de pracario, vbi Doctores*, cum alijs iuribus à meadductis, *in Scholijs ad Depoſit. ſiue Commendæ inſtrumentum, clauſula 22. ex n. 22. & clauſula ſequent.*

18. *Ant. Fauer, in Cod. tit. de rei vendicat. defin. 4. Seſſe d. deciſ. 405. n. 5.* Sed hoc non procedit in actionibus, veluti in nomine debitoris donato; cum conſtituti Clauſula, niſi in bonis poſſeſſis minimè operetur: & nomina debitorum, vt quid in corporale, nequeat poſſideri propriè *ita ipſe, ex Decio Conſ. 251. n. 4.*

19. *L. quiſquis 28. d. l. ſi quis argentum, §. ſed ſiquidem, Cod. de donatio. l. 9. tit. 30. part. 3.*

20. *Iul. Clarus in prac. §. donatio, quaeſt. 4. n. 4 in fine.*

21. *Ioan. Harprethi, in additio. ad Clarum, d. quaeſt. 4. n. 5. Boher. deciſ. 353. n. 12. Ant. Gomez, d. cap. 4. de donatio. n. 19. in fine.*

22. Nō ideo valore deſtituta donatio, quia nec inſinuata; niſi ſumam quingentorum aureorum excedat: quæ importat, mil y quinientos Caſtellanos, ò peſos de oro, que à razon de à catorze reales de plata [por lo menos] cada vno, hazen 2625. reales de à ocho. *Vt per Couarrub. tract. de veter. num. collatio. cap. 6. n. 4. & lib. 1. var. cap. 11. n. 3. cum alijs à Pichard. in d. §. alia, n. 12.* Et inſinuationis renuntiatio ſolemnitatis, à donatore facta, inutilis: niſi iuramento firmetur, *vt per Gomez, d. cap. 4. n. 6. 7. & 8. Ceuallos com. contra com. cap. 222. n. 13. verſ. Sed contrarium.* Etſi diſentire videatur Fauer, dum inquit: Iuſiurandum, non ſuplere defectum inſinuationis ſtatutariæ, *in Cod tit. de inſinuan. donation. defin 9. n. 4.*

23. *L. Vetus 68. de vſufructu. l in pecudum, §. 1. ff. de vſuris. l. ancillarum. 27. ff. de petitio. hæredit. §. in pecudum 37. Inſtit. de rerum diuiſio Donel. lib. 4. Comen. cap. 25. lit. b.* vbi Oſualdus Illigerus, operæ [*inquit*] ancillarum, fructus ſunt, non partus, *d. l. ancillarum, 27.*

24. *L. in hijs rebus 66. §. mancipia, ff. ſoluto matrim. vbi Gotofredus lit. O d. l. in pecudum, §. 1. d. l. ancillarum 27. d. §. 37. verſ. partus. l. omnes 46. §. ſi ſervus, ff. de furtis.*

25. L. *falſus creditor 43, §, fin. in fine. ff. de furtis, l. additio 45. ff. de acquir. hared. Fauer, in ſuo Cod. lib. 3. tit. 23. de vſufructu, defin. 6. in fine, & defin. 8. n. 2.*

26. Facit *l. quamuis ancillam 10. ff. de precario, Donel. lib. 7. cap. 26. lit. E, & Oſualdus ad lib. 22. commentar. Donelli, cap. 5. lit. G.*

# Pſephiſmatis XIII.

# VIGILIA DECIMA TERTIA.

## *MARITVS QVO MODO RERVM dotalium Dominus ſit.*

RERUM DOTALium dominum maritum non eſſe, matrimonio durante; aſſerendum iudicamus. Caret namque alienandi facultate 1. Nec iuris habet perpetuitatem, 2. Acceſiones quoque rerum (veluti dotalium ancillarum partus, quę nec in fructu ſunt, ſed dominium ſequuntur) ipſi non quæruntur marito, 3. Repertus etiam theſaurus in dotali fundo (quæmadmodum & in alieno) domino, inventorique caſuali, pro parte applicatur 4. Diligentiam itidem in dotali re, præſtat. Dolum ſimiliter & culpam 5. Nec deterioratas res (ſua culpa) reſtituendo, liberatur, 6. Igitur minimè ijs adhęrendum, qui maritum rerum vxoris dotalium dominum eſſe, conſtante matrimonio, tenent 7: nedum æſtimatarum, ſed & nec in æſtimatarum 8.

Suponimus, vxorem, verè, dotalis rei dominam eſſe 9. Monſtruoſum ergo foret, & contra iuris regulas, ſi duo domini in ſolidum eiuſdem rei [dempta iuris communione, ſuo caſſu] vno & eodem tempore eſſent, 10. Maritus itaque adminiſtrator, non rerum dotalium dominus eſt 11. Dominium tamen illarũ; vice vxoris exercet: ſiue potius vxor, per interpoſitam mariti perſonam 12. Hinc ipſi rei vendicatio competit: cum vxor (obſtãte mariti legitima adminiſtratione) ad rei vendicatione agendũ, impeditam habeat perſonam, matrimonio durãte 13. Exercitium ergo, mariti; emolumentum autem, vxoris eſt 14. Nec ideó quòd dotem in mariti bonis eſſe dicim' 15, dominium ipſi competere adſeveramus. Non enim hoc arguit; cum etiam res in bonis noſtris eſſe dicamus, quas ſolummodo bona fide poſſidemus, vt alibi diximus, 16. Et Modeſtinus, *Rem in bonu noſtris* [aſſerit, 17.] *habere intelligimur, quotiens poſſidentes, exceptionem, aut am tentes, ad recuperandam eam, actionem habemus*. At verbum *Dominium*, à Triphonino relatum 18, non mariti proprium intelligendũ, ſed vxoris contẽplatione, à viro exercitatum. Dominium: hoc eſt, exercitum; rerum dotalium adminiſtratio 19. Si autem earum, fictè ſaltem, dominus eſt: igitur veré earum dominus non eſt. *Non ideo quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri; ideo rei veritas delata vel confuſa eſt: cum aedem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerint dominio*, 20. Hinc non pertinere ad maritum verè & abſolutè dominum rerũ, etiam æſtimatarum [ex capite venditionis tũc præſumptæ 21.] certum credimus 22, ibi: *ſiue æſtimata, ſiue inæſtimata ſint*, cum à futuro depẽdeat eventu, an maritus [pretium] ſolvendo ſit. Et niſi actuali ſolutione facta, dominium ab vxore non diſcedit, *cum aedem res, & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerint dominio*. Igitur interim, dominium vxoris, nõ mariti eſt. Sed quod ſoluto poſtea pretio, iuris lata intelligẽtia, ad ipſius commoditates capeſendas, retro tunc credatur dominum fuiſſe maritum; nullum incombeniens.

beniens. Ad quod etiam legis commiſſoriæ, & in diem addictionis exemplar ab Illigero Oſualdo adlatum, intelligimus, 23. Hijs quidem duobus caſibus, dominium ad tẽpus numquam penes emptorem fuit: nam confirmata vẽditione ex pacti, conditionis ve adimplemento; perpetuũ emptoris dominium iudicamus. Si deficit, non ſolum conſideramus dominium nullo tempore penes emptorem fuiſſe, verum & à venditore nuſquam diſceſiſſe. De quo plenius allbi, ne quaſi repetitioni vacãtes, increpemur, 24.

Non enim extraordinaria adeo huiuſmodi dominij retrotractio; ſiquidem filius familias, qui tunc peculij Caſtrenſis dominus cenſetur, dũ de eo diſponit; ſi decedat ab inteſtato, pater dominus eſt. Non virtute ſucceſionis, ſed proprij & primęui iuris: ita quod retrò creditur, ſemper patrem peculij Caſtrenſis dominum fuiſſe, vel potiùs ab eo dominium numquam diſceſiſſe 25. At verò tertio in caſſu ab eodem Illigero relato 26, dominium non temporale, ſed perpetuum conſideramus abſolutè; licet lex ex liberorum ſuperventione, illud (etiam ipſo iure) donatori adquirendũ ſtatuat. Accidens ſiquidẽ hoc, ſiue nouę ſucceſionis filiorum contingentia; cur dominium donatario abſolutè quęſitum, tẽporale efficiet? Nihil certè hic potentia cum actu, commune. Nunc ad ſuperiora redeuntes. Maritus dotales ſervos manumirere poteſt 27. Manumiſio autem ſolius domini eſt 28. Ergo dominus eſt rerum dotalium; Minime quidem, Specialis tamen favor libertatis hoc efficit, vt maritus qui nec verè ſimpliciter que dominus eſt, quodammodo ad manumiſionẽ dominus tunc videatur, ſi ſolvendo ſit 29. Aliud. Maritus dotalem ſervum hærede inſtitutum, adire aut repudiare hæreditatem iubet. Ergo dominus eſt? Non hoc arguit dominium. Idque Modeſtinus ſentiens, ratiocinatur. 30. Et ſecundum prædicta diſcuſſum, reſolutumque per Senatum, in cauſa Marthæ Gomez, ſuper libertate conſervanda, die quarta Februarij Anni 1652.

*I. Princ.*



1. *PRinc. Inſtit. quibus alien. licet.*

2. *Donel. lib. 14. commen. cap. 4. lit. D.*

3. *L. vnica, §. cumque. 9. Cod. de rei vxor. actio. per l. plerumque, § ſi ſervi 2. cum ſequent. ff. de iure dot. iuncta, l. cum poſt. 69. § partum, eod. tit.*

4. *Ex §. theſauros 39. Inſtit. de rerum diuiſio. Donel. d. cap. 4. lit. D per l. diuortio, 8. §. ſi vir 13. ff. ſoluto matrim.*

5. *L. ſi conſtante 24. §. ſi maritus 5 ff. ſolut. matrim. l. in rebus 17. ff. de iure dotî.* hæc Donel. *vbi proxi.*

6. *Ex d. l. plerumque, cũ ſequentibus Parlador. quotidian. diferentiar. cap.* 126. *num. 3.*

7. Defendit *Oſualdus ad Donel. d. cap. 4. lit. F. ad fin.* tenet *Petrus Barboſ. ad l. 1. p. 1. n. 29. ff. ſoluto matrim. Decius, Conſ. 521. n. 1.*

8. Quidquid. referat, *Parlador. d. diferentia 126,* à quo (iuris tantummodo inſpecta ſubtilitate) libenter diſcedimus.

9. *L. quamuis 75. ff. de iure dotium, l. Lucius Titius 21. §. idem reſpondit 4 ff. ad municipal. l. denique 3. §. ergo 5. ff de minoribus, l. pater filiæ 71. ff. de euict. l. filiũ 4 ff. de collatio. l. pater filiam 14. ff ad leg. falcidi. l. in eum 16. ff. de religioſ. & ſump. fun.* ex preſius, *l. in rebus 30. Cod. de iure dot. Alciat. ad l. 17. de acquir. poſſeſſio. n. 17. Caſtillo, de vſufructu, cap. 4. n. 36.*

10. *L. vt certo 5. § ſi duobus, ff. commodati, l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſio. l. de hæreditate 19. §. pater 3. ff. de Caſtren peculio.*

11. *D. l. in rebus, Cod. de iure. dot.*

12. *Donel. d. lib. 14. comment. cap. 4. lit. E.*

13. *Ex l. doce ancillam 9.* [ſic intelligenda] *Cod. de rei vendicatio.*

14. *D. l. quamuis 75. in fine ff. de iure dot. l. plerumque 10 §. 1. ff. eodem, Donel. ibi ſupra.*

15. *Vt in l. dotis fructum 7. § ſi res, 3. d. l. quamuis, ff. de iure dotium l. Lucius 21. §. idem reſpondit 4. ff. ad municipal.*

16. *L. bonorum 49. ff. de verbor. ſig.* exornat *Ioan. Faver, in §. item ſeruiana, Inſtit. de action. n. 14.* vbi etiam

 *Min-*

*Minſinger. n. 32. Mathe. de Aſflictis. deciſ. 382. n. 4.* late diximus, *in Scholijs ad Comman ſiue depoſitis inſtrum. clauſ. 25. ex n. 63. ad 79.*

17. *In l. rem in bonis 52. ff. de acquirend. rer. domin.*

18. *In d. l. quamuis 75. in fine, ff. de iure dot. & prin. Inſtit. quibus alienare licet.*

19. *Sentit Donel. d. lib. 14. Comment. cap. 4. lit. F.*

20. *Ita tex. in d. l. in rebus 30. Cod. de iure dotium.*

21. Quod dotis æſtimatio emptionem faciat, *ex d. l. quoties res 5.* tenent [præter alios] Couarrub. *pract. quæſt. cap. 28. Parlador. quotidian. diferentia 126.*

22. De qua meminit, *l. quotiens res 5. Cod. de iure dot*

23. *Oſualdus Illiger. ad Donel d. lib. 14. comment. cap. 4. lit. F. in fine.* Vbi, nihil obeſſe, *inquit*, quod perpetuitas deficiat in dominio rei dotalis, vt maritus dominus cēſeatur veré: cum id alias crebró accidat, vt ex cauſa dominium etiam ipſo iure recedat, *vt tit. ff. de in diem add. & de lege commiſſaria, l. 8. Cod. de reuocan. dona.*

24. *Diximus in vigilia 6. ex n. 9.*

25. *L. 1. & 2. l. ſi iis familias 14. l. de hereditate 19. §. prater, 3. in fine, ff. de Caſtrenſ. peculio l. intelligis 5. Cod. eodem tit. lib. 12. l. ſervũ filij 44. in prin ff. de legat. 1. l. 1. §. ſi is qui bona 22. ff. de collatio. bono,* & ſupra *d. vigil. 6. n. 11.*

26. *Oſuald. Illiger. vbi ſupra, per l. ſi vnquam 8. Cod. de reuocand. donatio.*

27. *Per l. fin. Cod. de servo pignor. dat. l. inteſtato 3. §. 2. ff. de ſuis & legitim.*

28. *Ad l. ſi non proprietatem, 4. ff. de ijs qui à non domino, manumi.*

29. *L. 1. Cod. de servo pignor. dato l. ſervum dotalem 21. ff. de manumiſion.* faciunt *tex in l. ſi conſtante 24. §. ſi vir 4. l. dotalem ſervum 61. cum l. ſequenti, ff. ſoluto matrim.* pro vt *Donel. lib. 14. commentar. cap. 4. lit. F.*

30. *In l. ſervus dotalis 58. ff. ſoluto matrimonio.*

Pſe-



# Pſephiſmatis XIIII.

# VIGILIA DECIMA QVARTA.

## *VXOR, MARITO PAVPERI, ALImenta præſtare tenetur.*

IUſtè maritus pauper, ſibi ab vxore alimenta pręſtāda petit; ad idque iure cogenda. Tenetur quidem de fructibus dotis, vel propter nuptias donationis, virum alere 1. At ſi bona minimè ſuficiant dotalia, de proprijs erogare tenetur 2: etiam ſi maritus bannitus ſit 3, ad quē iure dotis pertinent fructus 4. Omnium enim participes ſūt infortuniorum vir & vxor, 5. Quod ſimiliter & procedit divortio facto; niſi huic maritus cauſam dediſſet, adulterium perpetrando. Tunc ſiquidem, cum in matrimonij legem peccaſſet, prædictarum legum auxilio nullatenûs frueretur 6. Regulariter enim, locum ſibi vendicat prædicta ſententia, vt ſecuto diuortio, matrimonioque (quoad thorum) ſōluto, ſi vir dotem vxori reſtituat, & exin ad inopiam vergat; teneatur ipſa, marito alimenta ſecundum ſtatus ſui dignitatē, qualitatemve pręſtare: etiam ſi mulier monaſterium ingrediatur, ſe ſuaq; dedicet Deo 7. Ratio præcipua & genuina: quia cum maritus hoc ſibi habet priuilegium, ne vltra quam facere poſſit, matrimonio ſoluto, comueniatur, hoc eſt, deducto ne ageat, 8; id efficit, vt in ſolidum ſatisfacta dote, ſi ad inopiam deueniat, iuſtê petat ſibi ab vxore alimenta præſtare, quæ á viro ſolidum exigere non poterat, ſed habita ratione ne egeret [& vt illi remanerent alimenta, ſecundum ſui ſtatus qualitatem ne-

neceſſaria] convenienda eſſe e-rat, 9. Ita Senatus, in cauſa Don Ludovici Iubel, cum vxore ſua, Eliſabeth del Cr-

ſtillo Uaca, poſt thori ſeparationem virtute divortij. Die quinta, Menſis Decembris, Anni 1651.

1 *L. mutus 73. §. minente, ff. de iure dot. l. vbi adhuc 29. Cod. eodem tit. Syllus, trac. de alimentis, tit. I. queſt. 35. n. 5. & 6. Lara, in l. ſi quis, §. ſi quis ex his, ff. de liber. agnoſcend. n. 14. Sanchez de matrimon. lib. 9. de debito coniugali, diſput. 4. queſt. 2. n. 29. Acebedo ad l. 9. tit. 3. lib. 5. recopil. n. 33.*

2. *L. ſi cum dotem 22. §. ſi maritus 7. verſ. quid enim, ff. ſoluto matrimon. Surdus d. trac. queſt. 37. n. 7. 8. & 9. Monter à Cueva, deciſ. Aragon. 13. n. 60.*

3. *Ex Speculatore, tit. de dote poſt diuorti reſtit. §. fin. n. 20. Surd. d. queſt. 37. n. 6. Lara, in d. §. ſi quis ex his, num. 15.*

4. *L. dotis fructum 7, ff. de iure dot. l. plerumque 10. §. ſed & fœtus ff eodem, l. vnica §. cum que 9. Cod. de rei vxor. actio. Surdus d. queſt. 35. num. 4.*

5. *D. l. ſi cum dotem 22. § ſi maritus. verſ. quid enim. l. 1 ff. rerum amotar l. adverſus vxorem 4 Cod. de crim. ex pil. hered. l. 1 ff. de ritu nuptiar. vbi Grotofredus lit. S. & T. Donel lib. 27. comment. cap. 9. lit. G.*

6. Tenet *Lara in d. §. ſi quis ex his, n. 18. & 80.*

7. *Ex Ioan. Andrea, in addition. ad Speculator. tit. qui filij ſint legit. n. 14. verbo deuenerit, Lara, in d. § ſi quis num.* 16.

8. *L. Patronus 17. l. ſicut 21. cum præcedent. & ſubſequent. ff. de re iudicata, §. item ſi de dote 37 Inſtit. de actio. l. condemnatione 173. ff. de regul. iuris, l. maritum, 12. cum ſequent ff. ſoluto matrim. Donel. lib. 27. comment. cap.* 9. *lit.* F. Dixi *in Scholijs ad Command. clauſ. 30. n. 116 & 117.* Quod non ſolum in marito ex dote conuento procedit, ſed etiam ſi ab vxore ex quocumque alio contractu conueniatur, *l. non tantum 29 ff. de re iudicata.* De huiuſmodi ma-di mariti priuilegio, plura obſervabis ex *Zaſ. ad d. l. maritum 12. & ſequent.* [vbi etiā Petrus Barboſa] *& lib. 2. ſingul. reſponſ. cap.* 1. *Cuiatius lib. 24. obſeruat. cap. 38. Math. Bruno, de ceſſio. bonor. q. 20. quartæ queſtion. prin. vt per Oſueld.* [cum alijs] *d. lib. 27. cap. 9. lit. F.* Vbi, an hæc cōpetant marito putatiuo, vel cū nullū fuit matrimoniū? *negat Zaſ. vbi proxime, n. 14. Fachineus controuerſ. lib. 10. cap. 30. ex l. in inſulam 42. § fructus, ff. ſoluto matrim. cap. 1. de donatio. inter, vbi etiam gloſa Gotofred. ad d. l. maritum, lit. E.*

9. Ex proxime adductis iuribus, *Gotofredus ad d. l. maritum, lit. D & E. ex l. cum ex cauſa 30 ff. de re iudicata.* Niſi maritus ſit artifex & habeat vnde ſe alat *ex Zaſi ad d. l. maritum n. 17. idem Gotofredus.* Et niſi ſit putatiuus, *vt ſupra, ex l. ſi cum dotem 22. § fin. ff. ſoluto matrim. ibidem vidend. lit, E. & F.*



# Pſephiſmatis XV.

# VIGILIA DECIMA QVINTA.

## *DISPOSITIO CONCILIJ TRIDENTINI de renuntiationibus, an extendatur ad teſtamenta & donationes. Et an facta profeſſione, reuocationi locus ſit.*

CVM tamquam iuris correctoria reſtringenda veniat Tridētini Concilij diſpoſitio, ſeſſione vigeſſimaquinta de regularibus, capite decimo ſexto, dum loquitur de renuntiatione vel obligatione: inde eſt, quod ad teſtamēta nullatenus erit extendenda 1. Sicut nec ad mortis cauſa donationes, aliaſve te-



ſtamen-

ſtamentarias & revocabiles diſpoſitiones 2: quaſi non eadem quæ in illis, militet in ijs ratio 3. Stabilis ergo & valida teſtamentaria, atque donationis cauſa mortis, diſpoſitio. Nec naturali morte præciſsè opus eſt, ad ſui confirmationem; cum ſuficiat ciuilis [profeſſione emiſſa, cauſata] vt exin profeſſus, iure nequeat revocare, quod ante profeſſionem fecit teſtamentum, codicillum, mortis cauſa donationem, aliamve teſtamẽtariam diſpoſitionem, aut quemcumque revocabilem contractum 4; quidquid teneant aliqui 5. Hac tamen adhibita modificatione: vt cum profeſſionem emiſſit, in religione ſuccendi capaci; tunc bonis profeſſi monaſterium potitur, vſque ad illius naturalem mortem: qua adveniente, illicó, ſiue hæredi, ſiue donatario, reſtituentur 6. At ſi in non capaci ſuccedendi religione, profiteatur nouitius; tunc ſtatim emiſſa profeſſione [confirmata ſic, quaſi morte, diſpoſitione] hæredes aut donatarij, pleno iure conſequentur bona 7.

Sic Senatus iudicavit, in cauſa revocationis cuiuſdam teſtamẽti, in quo inſerta erat quædam donatio, facta à Domina Mariana Toſtado, Reginæ Angelorum Monial, ordinis Sancti Dominici, ad ſui monaſterij favorem: quæ non dum profeſſione facta, revocata fuit, alioque tertio conceſſa in codicillo poſteriori. Sed á Conventu monialium, in gradu ſupplicationis extitit allegatum, prædictam hãc mortis cauſa donationem, tranſijſſe in donationem inter vivos, eo quod in ea expreſa aderat clauſula, ne revocari poſſet 8: quo caſſu comprehendebatur ſub Conſilij diſpoſitione; quæ cum ſervata non fuiſſet, valore caruit: nec donatario res inibi donatæ, iure potuerunt acquiri. Succubuit tamen conventus, qua ſi nulla tunc adeſſet donatio inter viuos, ex infra, &c.

Regula enim textualis, vt propter expreſionem, ne revocari poſſit mortis cauſa donatio, tranſeat inter viuos; nõ omnibus abſoluté placet 9. Nec debile in præſentiarum fundamentum: cum appoſitum pactum contra naturam & ſubſtantiã contractus, ipſo iure





iure nullum ſit 10, ne aliàs principalis pereat actus. Nec præciſſe concludit Doctoris cuiuſdam in ſtantia, aſſerentis: locum nullitati non eſſe, quotieſcunque loquimur de actu, qui in aliam actus ſpeciem ſibi ſimilem cõverti poteſt, quemadmodum eſt tranſitus de donatione cauſa mortis, ad inter viuos donationẽ 11, ſi repugnantem prorſus naturam, diſſimilimamque interſeſſe vtriuque donationis attendamus Quæ ſimilitudo? Nominis? Quid in tanta naturæ, qualitatis, & ſubſtantiæ diſparitate, conducit? Revocabilis vna, irrevocabilis altera. Alia, vnius ſolemnitatis; alterius, altera. Effectus etiã producunt diuerſos. Grata tandem ſedes, proprijſſimus que locus ad donationem cauſa mortis celebrandam, teſtamentum: in propriùs vero alius inter vivos donationis actus. Nec quieſcit animus opinione dicẽtium, poſſe contractus celebrari in teſtamento irrevocabiles 12: cum contrarium teneant alij, nec authoritate minores 13. Extranei actus intermixtio, non iure cadit in ipſo teſtandi actu: & contractus, quid remotum eſt, & extraneum, á teſtamenti factione 14. In contractibus propriè, & regulariter, mutuè duorum deſideratur conſenſus 15; teſtamentum vero vnius tantum conſenſum requirit. Illi, ſtatim ligant; hoc, poſt mortẽ, & reſipiſcẽdi locus relinquitur interim 16. Intelligunt quidam, tunc in teſtamento contractus celebrari poſſe, cum penitus extranei ab ipſo teſtamento minime fuerint 17: ſed hoc quid? Nullus contractus poteſt non extraneus iudicari ab ipſo teſtamento 18. Excipit alius: niſi quoquomodo actus ad vltimam pertineat voluntatem, & citò expediatur 19: veluti, legatum, donatio cauſa mortis, fideicommiſſum, libertorum aſignatio, & ſi quæ alia ijs ſimilia 20. Sed hæc, ſuum habeant locum. Nec ideo inſiſtimus.

Nos tamen in occurrenti (inſuperhabita dicentium opinione, poſſe nihilominus donationem revocare donatorẽ, quæ ob expreſſam prohibitionem revocandi, dum eſſet cauſa mortis, tranſivit in do-

in donationem inter vivos, 21. aſſerimus. Promiſſionem de non revocando, nihil operari verbis generalibus conceptam: quaſi notarij ſtylo, inſcitia, vagave conſuetudine appoſitam; non vero partis conſenſu & voluntate facta, credamus 22. Et quia in fine, & acceſſorie, exarata extitit promiſsio illa, non autem in parte competenti, diſpoſitiva, & in verbis ſubſtantialibus ipſius donationis 23. Ultra quod in præſentiarum, nullo modo converti poterat in donationem inter viuos, obſtante Concilij diſpoſitione contractum hunc omnimodo anullante 24. Et tunc regula eſt, quod donatio mortis cauſa ob promiſſionem de non alienando, non convertatur in donationem inter viuos, niſi eo tantum caſu, quo donatio hæc, aliàs valere non poſſit, vt ſic potius quam pereat, ſubſiſtat actus 25. Et quia verus & validus contractus [vt in caſu noſtro] non reſcinditur per contractum de iure non ſubſiſtentem 26. Et quia præfata Monialis, prædictam fecit donationem, ad ſolvẽdam certam dotis quãtitatem, quam ſibi antea donatarius ad profeſsionẽ emitendam, mutuo dederat, vt & ipſa in teſtamento, ſeu codicillo vbi donatio (de qua præſens diſputatio) adeſt, fatetur. Quo caſu (& ſi donatio eſſet inter viuos) cum non animo gratuito, ſed ſolvendi gratia donationem feciſſet; non indiget Concilij Tridentini ſolemnitate, ad eius perfectam validationem 27. Et tandem, quia vt ex codicillo patet, prædictam D. Marianam, non donationem, ſed abſoluté legatum facere voluiſſe, Iudicavit Senatus, contra Conventum, & in favorem Franciſci Zerezo donatarij Die 29. Octobris, Anni 1651.

1. L. *Si furioſi 25. verſ. in filio, C. de nuptijs, l. dies 4. §. tottens, ff. de damn. infect.* vbi notat *Paul. l. Caſar 15. ff. de publican. l. ſi ſervum 71. §. non dixit Prætor, ff. de acquir. heredit. Valençuel. Conſ. 4. n. 5. Alder. Maſcard de ſtator. interpretat. concluſ. 4 n. 177. Seſſe, deciſ. 302. n. 42. Surdus, deciſ. 9. n. 12. Gratian diſcept. Forenſ. 607. n. 22. Ceball.* (in puncto) *pract. quæſt. 121. á n. 5. & quæſt. 63. n. 5. verſ. quæ diſputatio Gutierr. can. quæſt. cap. 1. & n. 31. verſ. his tamen*, cum alijs per *Cened. prac. quæſt. 6. n. 11. Sanchez*, ex multis a ſe adductis, *tomo 2. lib. 7. cap. 5. n. 13. Villalobos 2. par. tract.* de los teſtamentos *30. n. 4. Rodriguez tomo 2. in ſuma cap. 7. ex n. 8.*

2. *Idem Rodriguez, tom. 1. cap. 90. n. 4. Cancer. 2. par. cap. 8. n. 86. Sanchez vbi proximé n. 14. 15. & 16.* Extendens non ſolum ad codicillũ & donationem cauſa mortis, ſed etiam ad alios quoſcumque contractus: cum in alijs irevocabilibus, Cõcilij forma ſervanda ſit.

3. Ex *Ioan. Gratia. in regul. 456. n. 7.* refert *Cenedo, vbi proximé, d. n. 11 in fine.*

4. *Barboſ. in auth ingreſſi, Cod. de Sacroſant Eccleſijs n. 31. & de iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 42. n. 205. Sanchez d. tom. 2. in decalog. lib. 7. cap. 11. ex n. 15. & ſequent. Suelves, Conſ. 3. n. 4. ſemicentur. 2.*

5. *Suarez, allegat. 20. n. 16. 26. & 27.* Quem ſequutus fuit Sanchez *de matrim. lib. 6. diſput. 17. in fine*; ſed correctus poſtea, ab eo diſceſſit, vt ipſe teſtatur; & advertit, à præfata Suarez ſententia, recedendum eſſe.

6. *Sanchez d. lib. 6. de matrim. diſput. 17. n. 9. & d. lib. 7. cap. 11. n. 10.*

7. *Ceball. commun. contra com. quæſt. 63. n. 4.*

8. *Ad tex. in l. vbi ita donatur, ff. de donatio. cauſa mor. Iul. Clar. in pract. §. donatio, q. 4. n. 5. Anton. Gomez, tom. 2. cap. 4. de donatio. n. 22. Parlador. lib. 2. rer. quotidianar. cap. 4. n. 40. Covarrub. in rubric. de teſtamẽt. par. 2. ex n. 37. Gutierr. de iuram. confir. p. 1. cap. 12. n. 6 & 7 Anton. Fauer. in Cod. tit. de donatio. cauſa mort. defin. 1. & 3. Guiller. Benedict. in cap. raynuntius, verbo teſtamentum 4. n. 25.*

9. *Curtius Iunior, Conſ. 56. n. 2 & 3. Socinus Iun. ad l. qui Romæ 122 § duo fratres, ff. de verbor. oblígat. Hunnius variar. reſolutio. iur. civil lib. 2. tract. 4. quæſt 2. Forſter. lib. 2. diſput. 10. th. 13. Ant. Fauer.*

Fauer. de error. pragm. decad. 45. error. 1. cum aliis adductis à Ioan. Harprechti additio. ad Clarum, in d. §. donatio, quæſt. 4. n. 4.

10. L. cum præcario 12. ff. de præcario.

11. Anton. Gomez d. cap. 4. de donatio. n. 22. verſ. Nec obſtat.

12. Gloſ. fin. in l. hæredes palam 21. § fin. ff. de teſtament. communem refert Clarus, in §. teſtamentum, quæſt. 75. Zeball. commun. contra com. quæſt. 140. n. 5. 6. & 7. Boher. deciſ. 353. ex n. 10. Tiraquell. poſt leges connubial. gloſ. 5. verbo contracter, n. 101. & 102. Abbas Conſ. 4. n. 38. Bertazol. Conſ. ciuil. 8. num. 2.

13. Vt teneat & defendit Ioan. Harprechti additio. ad Iul Clarum, d. §. teſtamentum quæſt. 75. per totam, ad contraria reſpondens, ex l. verba 20. ff. de verbor. ſignifica. Oſuald. ad Donel. lib. 6. commentar. cap. 8. lit. E. ex Charonda, 2. veroſimil. 10. & Petro Gregor. Sintagm. iur. lib. 42. cap. 9. n. 3. cum aliis Faquin ens controuerſ lib. 5. cap. 32. verſ. ego vero priorem, Viglius, ad §. ſed cum paulatim 3. Inſtit. de teſtament. ordin. n. 5. tenet Boher. d. deciſio. 353. n. 4. & ſequent. dum ſolũ in donatione cauſa mortis loquitur, quæ non extraneus, ſed immò ſimilis eſt teſtamento.

14. Ad d. l. hæredes palam 21. ff. de teſtament. d. l. verba geſſerunt 20. ff. de verbor. ſignific. Donel. lib. 6. comment. cap. 8. lit. C. in fine. Et ſi enim modic⁹ actus ſit (vt ibi refert Oſualdus) & non vitiet: intelligendum tamen eſt, dum cõtrarius teſtamento non ſit Sic tex. in l. duos 6. § fin ff. de duobus reis, quem allegat.

15. Ad l. 1. §. 2. ff. de pactis, l. labeo 19 ff. de verbor. ſignif. §. conuentionales 3. Inſtit. de diuiſio. ſtipul l. 2. & 3. ff. de oblig. & action.

16. Ita Oſuald. ad Donel. d. cap. 8. lit. E. Ideo teſtamentum inter contractus nõ numeratur, niſi largo ſatis modo, ex l. eandem rem 9. ff. de duob. reis gloſ. in cap. 1. feudor. §. item Sacramenta puberum, verbo ſuper contractibus, verſ. quid ſi iurauit quis, tit. de pace tenenda, Boer. deciſ. 155. n. 8. & 9.

17. Iul. Clar. d. § teſtamentum, q. 75. Gotofred. ad d. l. hæredes palam §. fin. lit. q.

18. Anton. Fauer. de error. pragm. decad. 4. error. 2. n. 17.

19. Ad d. tit. de teſtamentis, cap. 4. prout Oſuald. refert. d. cap. 8 lit. E.

20. Boher. d. deciſ. 353. n. 4. Gotofred. vbi prox. lit. q. l. 1. § aſignare 3. ff. de aſignat. libert. l. non eſt, 27 ff. de pignor. actio. quibus reſpondit, hanc defendens ſententiam additionator ad Clarum d. quæſt. 75.

21. Notat Gotofred. ad d. l. vbi ita donatur 27. lit. C. Boer. d. deciſ. 353. Quia ex qualitate teſtamenti [natura reuocabilis] cui adiungitur, intelligenda ſunt verba. Niſi per pœnitentiam reuocetur. Et aliás addit. Caſu quo abſenti fiat, non ſi pręſenti. Barboſ. ad l. quæ dotis 34 ff. ſolut. matrim. n. 114. vbi de diferentia legati, & donationis cauſa mortis, quoad naturæ mutationem ex promiſione de non reuocando, agit.

22. Ex Bal. in l. cum quis ff. de conditio. cauſa data Alex. in d. l. quæ dotis, Anton. Gomez d. cap. 4. n. 22. verſ. vnũ tamen Gutierr. vbi ſupra d. cap. 12. Couarr. d. par. 2. rubr. de teſtamen. ex n. 38.

23. Decius in l non omnis, ff ſi cert. petat Couarr. & Gutierr vbi proximé, Gomez d. n. 22. verſ. ſed pro concordia.

24. D. Seſſion. 25. cap. 16. de regularibus ibi. Sint irrita & nullius effectus.

25. Anton. Gomez, d. cap. 4. n. 22. verſ. advertendum.

26. Ex l. ſi venditor 14. § ſed & ſi pupillus. ff. de in diẽ addictio. tenet Boer. in ſuis deciſion. quæſt. 138. n. 2. Couarr. rubric. 2. de teſtamen. n. 79. notat gloſ. in cap. 1. §. item Sacramenta puberum, verbo ſuper contractibus, ad medium, verſic. quid ſi iurauerit in feudis tit. de pace tenenda.

27. Ex adductis ab Emanuele Rodriguez, in ſuma par. 2. cap. 7. n. 4. pro vt fatetur Petrus Cenedo, practic. quæſtio 6. n. 12.

# Pſephiſmatis XVI.

# VIGILIA DECIMA SEXTA.

## *MORTVO ACCVSATO, QVANDO pœna tranſeant ad hæredes.*

MORS omnium mortaliũ mala diſſolvit. 1. Delicti etiam pœnam extinguit: non tantum quo ad accuſati perſonam, ſed etiam quo ad bonorum confiſcationem, modo publicum [ quibuſdã exceptis 2.] modo privatum ſit delictum 3: Si tamen ante ſententiam in rem iudicatam tranſactam, moriatur. Quin nec iuri officit ſuo, appellatione pendente decedere, vel intra tempus datum ad appellandum, vt ſic validè ad hæredes tranſire pœna poſſit 4. Verum etſi hoc in flagitijs quibus & corporalis, & bonorum amiſionis fiſco aplicanda venit, procedat: in delictis tamen privatis, ex quibus pecuniaria pœna parti quærenda erat, non extinguitur ob accuſati mortem. Quin immo inſtantia & iudicium in hæredes tranſit defuncti, ſi poſt litem accidat conteſtatam 5.

Homicidia voluntaria (hoc eſt, conſulto perpetrata) grauiſsima ſunt delicta 6. inter publica connumerantur iudicia 7. Morte plectuntur naturali 8, & bonorum confiſcatione 9. Igitur in ijs, ſi reus ante ſententiam in rem iudicatam tranſactam, decedat, bonorum confiſcationis pœna, adverſus hæredes non tranſibit.

In cauſa Regij Fiſci, contra Ioannem de Ribilla, Ciuitatis de Caracas habitatorem; qui quidem duobus adhibitis mancipijs, manu armata, Ga- brielem



brielem Ludovicum conciuem, domi ſuæ reconditum invaſit; cumque lethaliter percuſſum, vulneribusque cõfixum illico è vita migraſſe, apparuit. Cum pẽdente cauſa, Ioannes prædictus, accuſatus, mortuus fuiſſet, itidemq̃ à parte accuſante criminis remiſionem, ante obitum, obtinuiſſet, quam hæredes eius in proceſſu exhibuere: ex hoc, & quia morte [vt aſſerebant] extinctum fuiſſet iuditium, nec adverſus hæredes quidquam poſſe intẽtari pœnale; prætenſum eſt, & declarari inſtabant, compellendos nõ eſſe ſubire iudicium. Fiſcus contrarium allegabat Senatus tandem, atentis Regni legibus 10, quæ ijs caſibus dimidiam bonorum dilinquentis partem, fiſco applicant, illis vtendo verbis. *Pertenezcan à la nueſtra Camara.* Et alibi. *Pierda la mitad de ſus bienes, y ſean para la nueſtra Camara,* quæ præſentis temporis verba ſunt, operantur & habent vim clauſulę, *ipſo iure* 11, quo caſſu, cum bonorum publicatio pecuniariaque pœna [vti iam debita] accuſato etiam mortuo, adverſus hæredes tranſeat 12: declaravit, inſtantiam continuandam, iuditiumque cum hæredibus accuſati ſequendum. Die 23. Martij, Anni 1652.

1. L. *In ſententijs 59. in fine, ff. de re iudic. late Sebaſtian. Medicis, in ſuo trac. Mors omnia ſolvit.*

2. Quinque exceptis criminibus, de quibus *Anton. Gomez tom. 3. reſolutio. cap. 1. n. 80. l. ex iuditiorum 20. ff. de accuſatio. l. fin. ff. ad l. Iul. maieſt. Pichard. §. 1. n. 59. Inſtit. de perpet. & tempor.*

3. *L. publia 3. l. defuncto 6. ff. de publi. iud. l. pupillum, 111. ff. de regul. iur. l. fin. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. 3. l. defunctis, 5. Cod. ſi reus vel accuſat. mort. Anton. Gomez, de delictis, cap. 1. n. 78. & 79. Pichard. ad §. 1. Inſtit. de perpet. & tempor. n. 62.*

4. *Gotofred. ad d. l. ex iuditiorum lit K. per l. fin. Cod. ſi reus vel accuſat. Gomez, d. cap. 1. n. 82. Pichard. vbi prox. n. 61. & n. 63.*

5. *Ad l. vnic. Cod. ex delictis defunctor. d. l. ex iuditiorum d. §. 1. in fine, Inſtit de per-*

*perpet. & tempor. Gomez, d. cap. 1. n. 84.*

6. *Can. miror. 50. diſtinct. can. ſi quis omnē, 1. quæſt. 7. can. 1. de conſecratio diſtinct. 1. l. 33. tit. 5. par. 1. vbi ex iuribus præfatis Gregor. Lopez gloſ. 1. Paz in pract. tom. 1. p. 5. cap. 3. n. 58. & 67.*

7. *§. item lex Cornelia, Inſtit. de publi. Iudi. Paz, d. cap. 3. n. 33.*

8. *D. §. item lex. l. eiuſdem 3 §. In legis, ff. ad leg. Cornel. de ſiccar. can. omnis autē lex. 3, diſtinct. l. 2. & 3, cum ſequent. tit. 23.* de los homicidios, *lib. 8. recopill. vbì Azebedo ex. n. 2. Anton. Gomez, cap. 3. de homicidio, n. 1. Iulius Clar. §. homicidium, n. 3. & 18.*

9. *D. l. 3. §. legis. ff. ad leg. Cornel. de Siccar. Iul. Clar. pract. quæſt. 78. n. 1. verſ. ſcias etiam, & n. 3.*

10. *L. 9. tit.* 26. de las penas, *lib. 8. recopill. ibi.* Mādamos, que qualquier hombre que en Ciudad, ó Villa, ó lugar, fuere à combatir la poſada de otro, yendo armado con hōbres de fuſte, y de hierro; fuera de la pena que ha de aver en ſu cuerpo, pierda la mitad de ſus bienes, y ſean para nueſtra Camara. *Et lex 10. eiuſdem tit.* Otro ſi todo hombre que ficiere muerte ſegura cae en caſo de alebe, y la mitad de ſus bienes pertenecen á nueſtra Camara. Y toda muerte ſe dize ſegura, ſalvo aquella que fuere fecha en pelea, ò en guerra, ò en riña.

11. *Caſaneus ad conſuetud. Burgun. rubr. 9. § 22. verbo de mcurent, n. 2. verſ. credo ergo.* Diximus *in additio. ad chyrograf. mercator.* [poſt Schol. commandæ ſiue dopoſiti] *lit. X. n. 7. ad fin. meminit Solozarno, in polit. lib. 5. cap. 11. fol. 856. verſ.* à lo qual añado.

12. Quod quando pœna amiſionis bonorum ipſo iure imponitur à lege, poſsit mortuo etiam delinquente tractari de crimine ad effectū confiſcationis bonorum: tenet *(ex communi, quam refert opinione)* Iul. Clarus *in prac. §. fin. quæſt. 51. num. 14. per gloſ. in l. 2. §. quod autem, in verbo, etiam heredi eius, ff. quod quiſque iuris, cum alijs.*

Pſe-



# Pſephiſmatis XVII.

# VIGILIA DECIMA SEPTIMA.

## SALARIVM NON COMVENTVM *an debeatur? Et de illius præſcriptione.*

SALARIVM NON comuentum, & ſi aliquibus videatur nō deberi, 1, niſi ex bono & ęquo, & quaſi regionis cōſuetudo id patitur 2. Siue vt potius alij dicunt, niſi duo probentur; nempè, quod famulus operas locare ſolitus ſit, dominus que, eas conducere. Ita quod nec alterum ſine altero probare ſuficiat 3.

Uerius attamen, abſolutè videtur, & iuſtum; ſalarium nec comuentum, etiam famulo iure deberi 4. Nullum quidem gratis, fruſtraque ſervire credimus 5; vnde Profeta Rex, inclinavi cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas; propter retributionem. Hinc ſalarium alicui tacitè, vel expreſsè debitum, nullatenus iuſtè in domini poſteſtate retinebitur 6; cum dignus mercenarius ſit, mercede ſua 7. Quare pius ille & miſericors Tobias, filio ſuo, in extremis poſitus, hæc commendavit, dicens 8. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij tui, apud te omnino non remaneat. Et Dominus, id ipſum populo dilecto ſuo præcepit, aſſerēs 9: Non morabitur opus mercenarij tui apud te, vſque ad mane. Expectant enim equos præmia ſua (dicebat Caſiodorus, 10,) & tanta iuſtitiæ vis eſt, vt nec tardius illis detur laboris præmium, qui ſentire nō poterant denegatum.

Obiatur tamen, occurriturque litium huiuſmodi aſſi-



dui-

duitati & frequentiæ [ quæ faciliter contingere poſſet, ſi agendi via, præſcriptionis virtute, deſidibus, doloſisve minimè precluderetur] iure noſtro ſtatuente 11; prædictum ſalarium, à famulo petendū, intra annos tres, à die quo ceſſauerit famulitio, vel à domino receſſerit computandos 12. Vna igitur præſcriptio pro omnibus ſuficiet annis; nec annuatim debitum conſiderandum, vt pro ſingulis, vna præſcriptione opus ſit 13; ſed vnica pro omnibus, à tempore exitus prædicti famuli cōputanda. Ita lex Regia, *Dētro de tres años deſpues que fuerō deſpedidos de los tales Señores: y que paſſados aquellos, no lo puedā mas pedir.* Iure enim creditur tunc facta ſolutio; cum veroſimile non ſit, tandiu famulum & petere & recipere ſuum diſtuliſſe ſalarium 14. At petitio ſuficiet extraiuditialis; cum tunc petere etiam dicamus, 15. Et lex id [generaliter] expremit. *Excepto ſi moſtraren averlo pedido dētro de los dichos tres años.* Exceptionem tamen huiuſmodi, parte tacente, ex officio iudex minimè opponere poterit 16; ſi nec patenter ex actis appareat: imo quaſi partis fūdamētū intētionis, oppoſita 17. (dum conſtat de præſcriptione] illius indiget prouatione. Verū ſi de exceptione trāſcurſus trium annorum, conſtaſſet ex actis; poſſet vtique iudex, immò teneretur, agentem prorſus repellere 18.

In cauſa Franciſci Nuñez, contra hæredes Archidiaconi D. Bernardi Velazquez de Ladrada, in fomentum ſupra adlatæ opinionis, iudicavit Senatus: credentibus Dominis, ſalariū, etiā nō comuentum, hoc caſu debeberi: quia etiam id ex pragmatica deſumi videtur, quæ poſtquam dixit. *Ni ſe le mande pagar, ſino es que mueſtre tener aſiento dél, firmado, &c.* limitationem addit *Pero que eſto no ſe entienda con los criados de mercaderes, officiales, meneſtrales, y labradores.* Et prædictus Archidiaconus, famulis mediantibus, hoc vtebatur officio, aut exercitio. Vltra quod dictus Franciſcus Nuñez, ab illo ad ruſtica colenda & adminiſtranda prædia, accerſitus, vocatus, & rotus



gatus fuit, vt ex actis apparuit. Etſi enim qui citra ſalarij conventionem, inſcio aut reluctante domino, ſervit, illud petere non poſſit: poterit tamen abſque dubio famulus, laboris mercedem exigere, ſi Domino ſciente, & nec contradicente [ maximè ſi mandante ] operas præſtet; niſi ipſius domini affinis, vel cōſanguineus famulus ſit 19. Die vigeſsima Februarij, Anni 1652.

1. **E**xl. 1. & §. *ſed cæterarum 7. ff. de var. & extraordin. cognitio. Riccius collect. 656. & 1540. & collect. 1885. Ceball commun. quæſt. 288. n. 5. Federic de Sen. Conſ. 218.* cum alijs *Hyeron. Portoles, in Schol. ad Mol. §. famulus, n. 24.* quod confirmatum videtur ex verbis pragmaticæ anni 1616. *ibi* Dixere, ó pretendiere que ſe le debe ſalario, no lo pueda cōſeguir, ni ſe le mande pagar, ſino es que mueſtre tener aſiento dèl, firmado de aquel à quien dixere ha ſervido, ó de quien tenga ſu poder, ò que eſtè aſentado por tal criado con ſalario ſeñalado, en el libro donde eſtuvierē los demas criados de aquella caſa. Sin que baſte probarlo por teſtigos, ni por otro genero de probanza, ſalvo la del dicho aſiēto, ó por confeſſion de la perſona á quien le pidiere el dicho ſalario, hecha en eſcritura publica, ò judicialmente. *Et in Aragonia adeſt expreſus forus vnicus, tit. de ſalarijs mercenariorum,* quem ad hoc Molinus allegat, *in ſuo repertorio, verbo famulus non poteſt, fol. 137. col. 4.*

2. *Didacus Perez, ad l. 1. tit. 2. lib. 4. ordinam. gloſ. 1. verbo ex bono,* quem ſequitur. *Portol. in d. §. famulus, num. 26.*

3. *Ex Bald. deciſ. 22. & Rota diuerſ. deciſ. 551. part.* 1. affirmat *Riccius, in collectaneis ſupra n. 1. adductis, ex Capra, regul. 88. & alijs, Portoles, d. §. famulus n. 26.* Et quod famulo qui operas ſuas locare conſuevit, ſalarium debeatur, *per Alex. Conſ. 109. col. 2. vol. 6.* cum alijs tradit *Didac. Perez, ad d. gloſ. 1. verſ. eſt tamen dubium.*

 4. Tenet

4. Tenet Azebedo, ad l. 9. tit. 15. lib. 4. recopil. n. 4. Gutierr. de iuram. confirmator. par. 1. cap. 64. n. 3. & ſequent. Ceball. d. quaeſt. 288. n. 5. verſ. ſed in quæſtione. Et innuere videntur verba d. legis, ó otro qualquier ſervicio que les ayan hecho. Nec diſentit Didacus Perez, ad d. l. 1. gloſ. 1 lit. a. verbo, a los que nos ſirven; ſed intelligendũ, vt infra in deciſione.

5. Ex l. 1. §. ludi quoque, ff. de var. & extraordin. cognition. vbi Bar. prout refert Portoles, d. n. 26.

6. Ex Diuo Thoma, 2. 2. quæſt. 68. artic. fin. ſecund. Didac. Perez, & Azebed. vbi ſupra.

7. Lucæ cap. 10. verſ. 7. Mathei, cap. 10. verſ. 10. Paulus Epiſtol. ad Timotheum, 1. cap. 5. relatus in can. quicũque Epiſcopi, 66. 12. quæſt. 2. Clement. dudum, §. verumne parroquiales, tit. de ſepulturis

8. Tobiæ, cap. 4. verſ. 15.

9. Leuitic. cap. 19. verſ. 13

10. Ad l. 4. in prin. Cod. de ſtatuis & imaginibus, Caſiodor. variar. epiſtol. 25. lib. 2. Salaria miniſtrorum, & officialium publicorum adeó priuilegiata ſunt, vt in eis executio, ſiue embargo, fieri nequeat; ſaltem in decurrendis, quidquid in iam decurſis procedat. Sed ſemper habenda eſt ratio ne egeant, & relinquendum quod ſuficiens eſt, non tantum ad annua alimẽta & impenſas; ſed vt & ſuperſit aliquid. At ſi ad hoc nec ſuficiat ſalarium; totum relinquendum. Ita per bellé & docte agit, & deciſum eſſe teſtatur. Illuſtriſsimus Dñs Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura, meritiſsimus Sacri Supremi Cõſilij Regnorum Coronæ Aragonum Uicecancellarius. in ſuis obſeruatio. illuſtrat. tom. 2. obſeru. 109 Carleval. de iudicijs, lib. 1. tit. 3. diſput. 18. Et mortuo Miniſtro in anni exordio, totum illius anni ſalarium debetur, ad l. petitionem 13. in fine, vbi Gotofredus lit. q & l. poſt duos 15. Cod. de advocatis diuerſor. iudicior. faciunt, l. diem functo 4. ff. de officio adſeſſor. l ſed addes 19. §. fin. ff. locati, & ibi Gotofred. lit. g. l. 9. tit. 8. part. 5. Vt & idem in ſalarijs annuis advocatorum, ex dictis iuribus, & ex ratione, l. 1. §. divus, ff. de var. & ex-





BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ... ADA

tra ordin. cognit. vt per Franciſ. de Petris, feſtiuar. lectio. lib. 3. cap. 7. Sed hodie contrarium, maximè in hijs Indiarum partibus (vbi cũ non paucis loboribus ærumnisq; in tam vaſtis, remotiſque Provincijs, & regionibus incommodis, probi ſint involuti miniſtri: venignius fortaſé, agẽdum eſſet) ſtatutum reperitur, quo ad miniſtros Regios, per Regias Schedulas, Matriti expeditas, 26. Maij, anni 1573. & 5. Iunij, anni 1578. Que no ſe les pague mas de lo que montaren ſus ſalarios, haſta el dia de ſu fallecimiẽto. Que tom. 3. impreſar. exſtant, pag. 13. & 34. vt per Solorz. polit Indiana, lib. 4. cap. 24. verſ. y de eſte priuilegio, pag. 702. & lib. 5. cap. 4. verſ. Del qual articulo, pag. 780. col. 2. cum Bobadilla, polit. lib. 1. cap. 2. num. 23 in fine. Abundantius quidem [an veró comuenientius, ſiſto] in Magiſtratibus, Rectoribus Præſidibusq; prouinciarum populi Romani. Et ſi enim primò, ſumptis proprijs, impenſiſque, publica à ſe ſuſcepta, aut impoſita munera, obibant (vt de militibus iam antea diximus in diſcurſu polit. de las profeſ. §. 14. & §. 33.) Retributionem tamen, congruamque pro cuiuſque laudabiliter fũcto ſervitio, ſatisfactionem recipiebãt. Semper enim pro meritis ſervientis, delata ſtipendia, & aucta fuere, vt meminit Dio Caſius, hiſtor. Rom. lib. 53. poſt princ. Sueton. in Tiber. cap. 47. Gruter. de officijs domus Auguſtæ, lib. 2. cap. 12. Primus tamen omnium Auguſtus, certa & ordinaria [& demum perpetua] ex publico ſalaria miniſtris & officialibus conſtituit, Dio vbi proximé, Sueton. Tranquil. in Octauian. lib. 2. cap. 37. & ibi Ioan. Schildius, quemadmodum & poſtea continuatum eſt, ex eâ quæ á Iuſtiniano Imperatore deciduntur, in l fin. in prin. Cod. de inofficioſo teſtam. & Nouel. 8. vt iudices ſine quoquo ſuffragio, in prim. verſ. hoc enim, & in fin. Nouellæ, l. 1. & 2. Cod. de offic. præfect. prætor. Afric. Et ſub Imperatoribus alijs, præter ſalarium, veſtes, mulos; aliaq; miniſteria & viatica data; vt ex Lampridio, notat Ioan. Schildius, vbi ſupra. Et nedũ ipſis morientibus ante adim-

pletum officij tempus, ſalaria integra preſtabantur, vt ex iuribus ſupra, & expreſa Anaſtaſij Imperatoris cōſtitutione apparet, *in l ſi quis in Sacris* 11. *Cod. de proximis ſacror. Scrin. lib.* 12. Verum & Miniſtro decendente in anni exordio, totum illius, & ſequentis etiam anni ſalarium, hæredibus defuncti ſolvendum iuſsit Imperator Iuſtinianus, *in l. lege 4. fin. Cod. de domeſticis lib. 12.* Nec minus laudabile, vt ſemel ex publico percepta omnia ad authoritatem, atque oſtentandū officium neceſſaria, ſibi (paucis exceptis) retinerent Miniſtri, legaliter honeſtèque Magiſtratu peracto: in quadruplum, ſi perperam, reſtituenda. *Idem Imperator* (Ita de Alexandro Seuero loquitur Lampridius) *cum Iudices promoueret exemplo veterū, & argento & neceſſarijs inſtruebat: ita vt Præſides prouinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aureos centenos, coquos ſingulos, & ſi vxores non haberent, ſingulas cōcubinas, quod ſine ijs eſſe non poſſent, reddituri poſt eam adminiſtrationem, mulas, mulos, equos muliones & coquos, cætera ſibi habituri, ſi bene geſiſſent: in quadruplum redituri, ſi malè.* Meminit, cum alijs ad id concernentibus, Gulielmus Ranchinus, *variorum lection. lib. 1. cap. 16. final.* De diferentia ſalariorum, & quæ ad hæredes tranſmitantur, quidque ſalarij nomine comprehendatur, *ex l. fin. ff de in rem verſo* cum alijs remimiſsiuè *ad Guid. Pancirol. rer. memorabil. lib. 1. tit. 14. commētator Salmuth, Luca de Penna ad d. l. ſi quis in ſacris 11. Al. tit. in d. l. diem functo, ff. de offic. Aſeſſor.* Meminit *Adrian. Turnebus lib. 18. cap. 20.*

11. *L 9. tit. 15. lib. 4. recopill. ex Caroli Imperatoris Regis noſtri conſtitutione, Anni 1528. quam refert Couarr. in regula poſeſſor par. 2 §. 11. n. 3. & meminit d. pragmat. Anni 1616. In Aragonia, ex foro ſupra allegato, præſcriptio hæc, vnius menſis ſpatio perficitur; niſi mortuus fuerit dominus, ſalarij debitor: nam tunc, menſes tres ad petendum habet.*

12. *Ex ſupra adduct. l. Padilla ad l. 1. Cod. de ſeruitut. Giurba, deciſ.* 13. *n.* 12.

13. *Ex adductis, ab eodē Giurba d. deciſ. 13. n. 12. & 13*

14. *Ad cap. nullus de præſumptio. faciunt, l. ſi ex tempore,* 6. *Cod. de remiſ. pig. l. apud eum Cod. de Cenſibus, l. ſi pupillus 45. in fin. ff. de adminiſtr. tut. l. cum poſt 69. in prin. vbi Gotofred. lit. b. ff. de iure dot. Paris. Conſ. 82. n. 27. lib. 1. & Conſ. 37. n. 2. lib. 4. vt per Menochium præſumpt. 136. n. 20. lib. 3. & præſ. 91. n. 7. lib.* 2. *Rodriguez de executio. cap.* 1. *artic. 3. n. 26.*

15. *Portoles d. §. famulus n. 30. & 31. ſentit. d. l. 9. dum generaliter loquitur.*

16. *Giurba d. deciſ. 13. n. 4. & cum multis Portoles, vbi prox. n. 32.*

17. *Ad §. & verius, in fine, Inſtit. de legatis.*

18. *Ad cap. exceptionem 12. in fin. de exceptionibus.* Quando Iudex ex officio exceptionem opponere poſſit, & quando ad id teneatur, & in materia præſcriptionis: egimus latè *in Schol. ad Commāda, ſiue diſpoſiti inſtrument. clauſ. 34. ex n. 64.*

19. Si famulus affinis vel conſanguineus Domini fuerit: nullum tunc ei, Domino mortuo, ſalariū [non comuentum] præſtandum: nam ij, erga cōſanguineos, operas ſuas, regulariter, minimé locare ſolent. Aliud ſi contrarium appareat: quod credit neceſſarium, vt ſalarium, nec comuentum, debeatur, *Didacus Perez ex Speculatore & alijs,* refert *Ceball. commun. contra com. quæſt. 288. n. 7.*

# Pſephiſmatis XVIII.

# VIGILIA DECIMA OCTAVA.

## *DE EFFECTV OBLIGATIONIS VXOris ſimul cum marito. Et quid ſi iurata?*

MVLIER NEC intercedere, nec fideiuſor eſſe poteſt, Vellèiani exceptione obſtante 1. Et quod occaſione huius fuerit ſolutum, repetitioni erit obnoxium, per indebiti condictionem 2. Minus pro marito fideiubere poterit: etſi poſt biennium, á tempore obligationis decurſum, ſe nouiter obliget, vel antiquam ratificet fideiuſſionem; & etiam ſi Velleiani exceptioni ſibi competenti renuntiet. 3. Quod & iure patrio id abſolute procedere, legis renuntiatione non obſtante [quamuis vxoris probetur commodum 4,] fatetur textus, ibi 5. *La muger no ſe puede obligar por fiadora de ſu marido, aunque ſe diga, y alegue que ſe combirtió la tal deuda en prouecho de la muger.*

Hinc & etiam inutilis obligatio vxoris, quæ ſimul cum marito fit, tamquam duo rei in ſolidum 6: niſi pro ea tantum parte, quæ in ipſius vxoris patrimonij vtilitatem conversa fuerit; quod legitima ſuficienti probatione cõſtare debet, 7. Ibi: *Y aßimiſmo mãdamos, que quando ſe obligaren à mancomun marido y muger en vn cõtracto, ò en diverſos; que la muger no ſea obligada á coſa alguna. Salvo ſi probare que ſe combirtiò la tal deuda en prouecho della: ca entonces mandamos, que por rata dél dicho prouecho, ſea obligada. Pero ſi lo que ſe combirtió en prouecho della, fue en las coſas que el marido le era obligado á dar, aßi como en veſtirla, y darle de comer, y las otras coſas neceſſarias; mandamos, que por eſto ella no ſea obligada à coſa alguna.* At ſi iuramentum in vxoris obligatione interveniat, quid? Valere aſſerunt multi 8, Negant autem pauci 9: ne alias mulier indotata maneat, maximé cũ viri facultates haud ad dotis ſecuritatem ſuppetunt, contra publicam vtilitatem 10. Vnde adverſús obligationem poſſe venire, iuramenti petita abſolutione, aut relaxatione, aſſerunt. Et quia cũ lex propter publicum favorẽ aliquid facere prohibet, nec iuramento tunc firmatur actus 11. Tũ & etiam, quia eſt contra ſtatuti prohibitionem; quod tãquam lex iuſta obligat 12. Itidem, quia lex contractum prohibens, in ipſam contrahentis perſonam verba dirigit. 13.

Verum aſſerentium prævalet ratio, vt ab vxore contractus iuratus valeat abſolutè, ſpreta diſtinctione an maritus ſolvendo ſit, vel an mulier maneat indotata; hocque in praxi iure quotidie vtimur 14. Cum dotis conſervatio, in Reipublicæ favorem, ſecundario: in mulieris vero vtilitatem, principaliter redundet. Et dum legis reſpectus, attentio, & intentio, ſic in ſua ſe habent diſpoſitione; prohibitus ab ea actus, vtique iuramento firmatur 15. Nec ſtatuti prohibitio, ex ſimplici contractus prohibitione, hoc efficit vt nequeat iuramento firmari: niſi principalis Reipublicæ fauor prohibitioni adſiſtat, vel abſolutè lex, contractum & iuramentum ſuper eo appoſitum, prohibitione celebrandi invalidet 16. Ea quidem potiſsima eſt attendenda ratio, an prohibitus á lege contractus, intuitu ſit favoris publici principaliter; an verò ſecundario, & in privati vtilitatẽ principaliter redundet: ita quod illo caſu, iuramẽto firmetur; hoc autem, ſecus.

Nec conſideranda quorũdam ſententia, exiſtimantiũ; non firmari iuramento contractum à lege prohibitum, dum lex prohibitionis verba in contrahentis perſonam dirigit: quaſi ſecus ſi in rem 17; cum illa ſolum favoris publici ratio, vel privatæ perſonæ, principalitèr, aut ſecundario, inſpi-

inſpicienda ſit: dum nihil virtutis habeat, an prohibitionis verba in perſonam, ſiue in rẽ dirigantur. 18. In cauſa Didaci Hernandez Camarena, contra Bartholomæum de Morales, eiuſque vxorẽ Mariam de la Cruz, ita diſcuſſum. At Senatus in recurſus gradu & inſtantia, Iudicis à quo ſententiam confirmavit, cuius virtute abſoluta fuit prefata Maria, ab onere obligationis ſimul cum dicto Bartholomæo marito contracta: & ſimilitèr revocata executio, in duabus ancillis dotalibus prædictę mulieris, facta; iuramento in contractu á ſe præſtito, non obſtante [á quo ab ordinario Eccleſiaſtico, vt moris eſt, abſolutionẽ mo btinuit 19] quia Domini ex deductis & probatis circunſtantijs, quæ obligationem præceſerunt, illam metu extortam, conſtantiſsimè iudicarunt. Unde nullus contractus 20. Et etiam iuramentũ in eo appoſitum 21: quod ſimiliter metu extortum creditur ex ſe, & dum meticuloſo adijcitur contractui 22. Die quinta mẽſis Decembris, Anni 1651.

1. L. 1. l. mulierẽ 14. Cod. ad Senat. Conſul. Velleian. l. 1. ff. eodem, & refert Paulus, lib. 2. ſentẽtiar. cap. 11. §. 1. l. 2. tit. 2. part. 5. Azebed. ad l. 9. tit. 3. lib. 5. recopil. vbi etiam Matienzo.

2. L. quamuis 8 §. interdum, 3. ff. ad S. C. Velleian. l. qui exceptionem 40. ff. de condict. indeb. Anton. Gomez ad l. 61. Tauri, n. 1. Niſi Velleiano renuntiet, a Tabellione cerciorata.

3. Auth. ſi qua mulier, Cod. eodem, cum Nouel 134. cap. & illud 8. tit. vt nulli iudicum vbi gloſ. & Doctores, Anton. Gomez. ad d. l. 9. n. 8. in fine, vbi Matienzo.

4. Idem Anton. Gomez ad. d. l. 61. n. 2. verſ. ſed his non obſtantibus.

5. D. l. 61. Tauri, d. l. 9. vbi Azebedo, & n. 8. in fine, n. 10. & 13. Gutierr. de iuram. confir. cap. 35. in prin.

6. Donel. lib. 12. Comentar. cap. 29 lit. m. vbi Oſuald.

7. Azebed. ad d. l. 9. n. 7. 8. & 18. tenet Gutierr.

vbi



vbi prox & etiã ex Bar. & alijs in d. Auth. ſi qua mulier, Gomez in d. l. 61. n. 3. & in fine, verſ. itẽ quæro, vbi cõfeſio, inquit, vxoris non ſuficit, ſed probatio eſt neceſſaria.

8. Cap. cum contingat 28. de iure iuran. cap. licet 2. eod. tit. in 6. Gutierr. d. cap. 55. n. 6. verſ. ſed contrarium, Gregor. Lopez ad l. 3. tit. 11. par. 5. verbo renunciando Azebed. ad d. l. 9. n. 13. & 14. Et ibi Matienzo gloſ. 1. n. 8 Aflictis, deciſ. 322. difusé Parlador. generaliter agens, lib. 2. rer. quotidian. cap. 4. Oſual. Ilgerus, ad Donel. lib. 9. com. cap. 10 lit. T.

9. Acurſ. gloſ. in d. Auth. ſi qua mulier, verbo nullatenus, per tex in d. l. non dubium, vbi etiam gloſa, & Iacob. Butrigar. Cod. de legibus, Anto. Fauer. in ſuo Cod. lib. 8 tit. 15. de remiſſo. pignor. definitio. 7. n. 2. & 3. cum limitatione, & ſequitur ex Paris. Conſ. 73. vol. 3. & Simon. de Prat. Conſ. 1. n. 21. Addition ad Anton. Gomez, ad d. l. 61. addit. 2. refert Petr. de Ferrar. in praſt. tit. de libel in actio hypotecar. in gloſ. exceptionem excuſionis, verbo ſed pone, ſentit gloſa, in d. cap. cum contingat, verſ. vel dic.

10. Ad l. 1. ff. ſoluto matrimonio.

11. Ex cap. ſi diligenti, circa fin. de foro compet. Marta de iuriſdictio. par. 4. cent. 1. caſu 72. n. 28. & 29. Seſſe de inhibitio. cap. 5 §. 11. n. 37. & 38. cum alijs à Me adductis in Scholis ad Comand ſiue depoſit. inſtrum clauſ. 34. n 34

12. Hieron Porteles, in Scholijs ad Molin. §. minor. n. 22. in fine cum alijs á Me adductis d. clauſula 34. n. 37.

13. Retuli, ex Couarr. in cap. quamuis pactum, p. 2. §. 2. n. 1. & alijs, in d. clauſ. 34. num. 39.

14. Azebed. [vltra adductos ſupra n. 8.] ad d. l. 9. recopil. n. 14. cum Aflictis deciſ. 311. n. 4. & Villalobos in erar. comun. opin. lit. I. n. 193. Extendens etiam ad donationem inter virum & vxorem iuramento firmatam, etſi huiuſmodi actus prohibeatur à iure, ex Couarr. in 2. p. rubric. de teſtamentis n. 10. Gutierr. de iuram. confir. p. 1. cap. 3. n. 7. & alijs.

15. Sic intelligenda ſupra adducta n. 11. ex eadem

ratione

ratione *tex. in cap. cum contingat. de iureiuran. & cap. quamuis, de pactis in 6. & auth. Sacramenta puberum, Cod. ſi adverſ. vendition. ex Doctor. atteſtation. Alciatus in d. cap. cum contingat, n. 96. cum Covarr. in d. cap. quamuis pactū p. 2. §. 1. n. 1. & 13. cum ſequent.* quam communem receptam opinionem eſſe teſtatur Ceball. *com. contr. com. q. 502. Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap. 4. n. 25. & n. 34.*

16. Petita tunc quacumque ex cauſa iuramenti abſolutione, ſine effectu contractus remanet, contraque eū impuné contrahens veniet, *Couarr. d. §. 1. n. 18. & §. 2. n. 15. Parlador. d. n. 25. & 34.*

17. Ex *Bar. in l. ſi quis pro eo 56. ff. de fideiuſor. n. 9. verſ. adverte.* Tenent communiter legiſtæ. Meminit *Rodericus Suarez, ad l. 1. for, tit.* de las arras, *quaeſt. 3.* refert *Couarr. in d. cap. quamuis pactum, §. 2. n. 1. cum Ceball. com. contra com. quaeſt. 200. in prin.* Sed contrarium de iure Canonico refert, & abſolvit *(vt ait)* Covarrubias, vbi infra prox.

18. *Couarr. in d. cap. p. 2. §. 2. n. 13. verſ. prima igitur, & n. 14. & 15.*

19. Nam metu extortū iuramentum, obligat ante obtentam abſolutionem vel relaxationem, *Couarr. d. cap. quamuis, p. 1. §. 5. n. 6. Balboa in relectio. cap ſi vero, de iureiur. ex n. 4. & n. 15. Leſius, de Iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 17. dub. 7. n. 51. Parlador. d. lib. 2. cap. 4. n. 48.*

20. *L. 1. & tot. tit. de eo quod metus cauſa, l. nihil conſenſui, 116. ff. de reg. iur. l ſiquidem 9. Cod. de contrahen. ſtipulat. cap. cum locum 14. de ſponſal. Donel. lib. 12. com. cap. 7. vbi Oſualdus,* Dixi latè *in Scholijs ad coman. ſiue depoſiti inſtrum. claſ. 4. & clauſ. 34 ex n. 42. vbi additio lit. h.*

21. *Ex d. cap. 2. & cap. cum contingat 28. de iure iuran. d. cap. quamuis pactum, de pactis in 6. can. authoritatē 15. quaeſt. 6. Plotus de in litē iurando §. 3. n. 18. Oſaſcus, deciſ. 169. n. 5. & 6.* cū alijs à Me adductis, *d. clauſ. 34. n. 56.*

22. *Rolandus à Valle, Cōſ. 57. n. 55. & 56. vol. 3.* & ego etiam, *d. clauſ. 34. n. 57.*

Pſe-



# Pſephiſmatis XIX.

# VIGILIA DECIMA NONA.

## *DE DELEGATIONE, ET EIVS materia.*

DELEGATIO, SPEcies nouationis 1. [de qua ſupra vigilia ſeptima] eſt mandatum in ſtipulationem novandæ transferēdæque prioris obligationis 2. Et tunc creditur facta, cum quis vice ſua, debitorem ſuum [conſentientem] ſuo delegat creditori, volenti & acceptanti: ita vt ſic, per ſtipulationem debitor delegatus promitat, ſui creditoris creditori, debitum 3. Perfectè ergo celebrata, vicem ſolutionis habet 4. Igitur ſi ſolutione eius quod debetur, tollitur obligatio; ita & delegatione. Sed vt perficiatur omnino, & inde ſubſequatur novatio & liberatio; hæc neceſſaria videntur. Primo, delegantis mandatum 5. Secundo, quod is qui delegatur, ſit verè debitor delegātis 6. Cōtrariū tamen verius: nec intereſt an ſit debitor, nec ne, præciſſe 7; nam & non debitor delegatus, ex ſtipulatu conueniri & exigi poteſt. 8. Tertio, volūtas conſenſusque delegati 9. (cum nemo inuitus obligetur 10.) & eius cui delegatur; nec delegati ſufficiet ſolus conſenſus, promiſſioque de ſolutione facienda, citra ſtipulationem inter ipſos neceſſario celebrandam 11. Siquidem debitor invitus, creditori ſui creditoris non delegatur: licet nominis ceſſio, & venditio, fieri poſſit 12. Quarto, vt debitor debitum creditori, per ſtipulationem, delegantis nomine, promitat 13. Sed hoc non tam præciſ-

sè,

ſe, vt aliter fieri nequeat delegatio; cum hodie etiam nudo conſenſu fiat 14. & per litis conteſtationem, quæ nouatio iudicialis eſt 15. Quinto, vt expreſſe de liberatione debitoris delegantis agatur. Etſi enim regulariter olim, nouæ perſonæ intervẽtu, nova naſcebatur obligatio, & inducebatur nouatio 16; & adhuc hodie, iure communi inſpecto, attentaque communiori ſententia, generali ferè conſuetudine aprobata, per delegationem fieri nouationem, etiam ſi hoc expreſſe actum non ſit, credatur: quia qui delegat, ſolvit, & debitoris nomen inſolutum datum cenſetur 17. Tamen iuris noſtri reſpectu, aliud ſequendum videtur, ex verbis id expreſſe requirentibus 18. *Dando otro debdor, ó manero en ſu lugar, aquel á quien debieſſe la debda a placer del, diziendo abiertamente él debdor que lo facia con voluntad, que el primero fueſſe deſatado. Mas ſi las palabras ſobredichas non dixeſſe el debdor quando renovaſſe el pleyto ſegundo, mas ſimplemente dixeſſe, que daba por debdor, ò por manero de aquella debda á fulan: eſtonce por eſte renouamiento del pleyto, non ſe deſataria el primero. Antes dezimos que ſe afirmaria, é fincarian obligados por la debda, tambien el vno, como el otro: como quier que pagando el vno dellos, ſerian quitos de la obligacion principal.* Nec tamen tam tenaciter & materialiter verbis inherendum ijs, vt aliter fieri nequeat, ſi clarê & euidenter de nouatione appareat, quemadmodum ſupra ſeptima vigilia. Et quando ſtatuta in materia à iure communi diſpoſita, loquuntur, & diſponunt [veluti lex noſtra] omnes ampliationes, intelligentias, & limitationes illius accipere debent, 19: quas omnino abhorrere in preſentiarum, duriſſimum ſatis foret.

Legitima tamen facta delegatione, pro vt novatio eſt, prima ipſo iure tollitur obligatio, 20: & quamuis delegatus ſit non ſolvendo, vel ad paupertatem deveniat, nullus erit ad delegantem recurſus 21. Imputet enim ſibi, qui rem cautiùs non egit, minus idoneum admitendo 22. Et ſi pupillus ſit, valet delegatio, vt



vt [nouatione] prior perimatur obligatio. Sed validè ad ſui præiudicium minus nouat 23, nec obligatur efficaciter, licet naturaliter obligetur. Quod ſuficit ad nouationem celebrandam 24. Diuerſum in ſervo, 25, (etſi æquê, vt pupillus, naturaliter obligetur, 26.) quia ſubeſſe debet perſona, nouationis capax, 27: vel quia in ſervis, interceſio omnino prohibita 28: excepta peculiari cauſa, & quatenus de ea agunt, dominorum voluntate 29. Mulieris autem, pro aliquo, interceſione (cui creditor, occaſione hac, acceptum tulit) etſi tunc fiat nouatio, cum mulier ipſo iure obligetur; attamen ſi Velleiani virtute (quo vti poteſt priuilegio. 30) ſuccurratur, dabitur creditori, non obſtante acceptilatione, eadem antiqua adverſus debitorẽ actio 31. Verum ſi cum adulto, minore annorum viginti quinque, nouatio facta ſit, & ipſe, ætatis beneficio, reſtituatur in integrum, vt iure poteſt 32: idem erit creditori ad priſtinam obligationem recurſus, 33. Niſi forte is, minorem, ad veteris obligationis nouatione, dolo induxiſſet malo. 34. In cauſa Ioannis Perez de Collantes, caſus huiuſce. Erat hic, in Hiſpaniarum Regnis, ad quem epiſtolam miſſit Antonius de Soto, debitor Chriſtophori Suarez, vt huic, dictus Ioannes quantitatem ducatorum mille ſolveret, nomine dicti Antonij, cuius epiſtolę portitor fuit prædictus Chriſtophorus. Et cum Ioannes illam acceptare renueret, ſeduxit eum præfatus portitor, ſub ſpe quadam. Ioannes que, ſe in dicta quantitate obligavit, ijs verbis. *Que ſe obliga á dar y pagar al dicho Chriſtoval Suarez, ò à quien ſu poder y cauſa huviere, ſiempre y quando que le fuere pedida, la dicha cantidad de mil ducados, moneda corriente, por el dicho Antonio de Soto, en ſatisfacion, y pago de otra tanta cantidad que le eſtà debiendo por Eſcritura de obligacion, y en lugar de ella, ſegun la orden que para eſto le ha dado por ſu carta, que tiene aceptada, &c.* Cum ergo Ioannes à prædicto Chriſtophoro conuentus eſſet, vt minor, adverſus obligationem à ſe factam, in integrum petit reſtitutio-

tutionem, & obtinuit. Inſuper etiam declaratum, prædictam Antonij obligationem, extitiſſe nouatam, per illam à Ioanne minore prædicto factam. Nam delegatio à Christophoro epiſtolæ portitore; & ſolicitata, & acceptata. Aſſenſus & ſtipulatio delegati, delegantis nomine; adfuit. Interventio quoque mandati ipſius delegantis; ex epiſtola. Quod ſuficit, etiam ſi per nūtium fieret, 35. Expreſſa itē liberatio prioris debitoris; ſimiliter deducitur ex verbis, *En pago de otra tanta cantidad, y en lugar de aquella obligacion, ſegun la orden, &c.* Tū & ex epiſtola quam portitor, ea vtendo, acceptavit, latiùs. Igitur inde, & nouatio & liberatio expreſsè procedunt. Ita Senatus. Die vigeſsima nona, menſis Auguſti, Anni 1651.

1. AD *l. 1. Cod. de nouatio. Oſual. ad Donel. lib. 17. com. cap. 9. in fine, Pichard. ad §. praterea. Inſtit. quibus mod. toll. oblig. n. 14. Anton. Fauer, in Cod. tit. de nouation. defin. 2. in prin.*

2. *Oſual. ad Donel lib. 16. com. cap. 20. lit. L. Cuiacius lib. 19 obſervat. cap. 36. Pichar. ad d. §. praterea, n. 14.*

3. *D. l. 1. & l. 6. Cod. de nouatio. l. delegare 11. ff. eodem Minſinger. ad d. §. praterea n. 3 Oſualdus vbi proximè Donel. d. cap. 20. lit. m.*

4. *Ad l. quamuis 8. §. interdum 3. in fine, ff. ad. S. C. Velleian. & ibi Gotofred. lit. h. & i.*

5. *Ex l. ſi quis 12. in fine, ff. eod. cum alijs Pichar. vbi ſupra Oſual. ad Donel. d. cap. 20. lit. l. Minſinger. ad, d. §. praterea, n. 3.*

6. *Minſinger. vbi proximè.*

7. Vt intelligunt Ioan. Gutierr. *de iuram. confir. p. 1. cap. 63. n. 5. per l. 15. tit. 14. par. 5. vbi, Gregor. Lopez, verbo* O manero. *Pichar. ad d. §. praterea, n. 15. & 48.*

8. *Ad l. delegare, pr. eum ſequent. ff. de nouatio. Parlador. rer. quotidian. cap. fin. p. 1. §. 12. limit. 6. n. 48. lib. 2.*

9. *Ad l. 1. Cod. de nouatio. cum l. nec creditoris 6. Cod. eod. tit. Oſual. d. cap. 20. lit. m.*

10. *L. ſicut, 5. Cod. de obligatio. & actio. l. nec emere Cod. de iure deliber.*



11. *Ex l. 2. Cod. eod. tit. de nouat. Alexand. Conſ. 173. n. 3. cum ſequent. vol. 7. & alijs Gail. lib. 2. obſervat. 30. n. 8.*

12. *D. l. 1. Cod. de nouatio. Donel. d. lib. 16. com. cap. 20. lit. M.*

13. *Ex d. l. delegare 11. & d. l. 1. Cod. eod.* cum alijs *ſupra n. 8. & n. 11. Oſualdus, d. cap. 20. litera N.*

14. *Ex l. ſingularia 15. ff. de rebus creditis, Gotofredus in notis ad l. delegare 11. ff. de nouatio. lit. X.*

15. *Ad l. ſi delegatio 3. Cod. de nouatio, vbi Gotofred. lit. X. & antea, lit. V. & in d. l. 11. litera T. & not. in l. aliam cauſam 29. ff. de nouatio. l. ſolutione 23. ff. de ſolutio.*

16. *Ex notat. in d. § praterea, Inſtit. quibus mod. tollit. oblig.*

17. *Per d. l. delegare, & l. quamuis 8. §. interdum, ff. ad S. C. Velleian. Andreas Gaill lib. 2. obſervat. 30. n. 7. Auendaño, in dictionario, verbo,* delegacion. *Aflictis, deciſ. 353. n. 5. Alciatus in d. l ſingularia, n. 25. cum alijs.*

18. *L. 15. tit. 14. par. 5* Conſonat cū Iuſtinianea diſpoſitione in *d. §. praterea, & l. fin. Cod. de nouation. ibi* Alioqui & manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere, vt maneat ex vtraque cauſa obligatio. *Et alibi.* Nihil pœnitus prioris cautelæ innouari, ſed anteriora ſtare, & poſteriora incrementum illis accedere, niſi illi ſpecialiter remiſſerint quidem priorem obligationem, & hoc expreſſerint, quod ſecundam magis pro anterioribus ellegerint. *Ioan. Gutierr. de iuramen. confirmat. p. 1. cap. 63. n. 4. & 5. in fine. Pichard. in d. §. preterea, n. 42 Author. Curiæ Philip. §.* nouacion. *n. 6.*

19. *Ad Alderan. Maſcard. de gener. ſtatutor. interpretat. concluſ. 2. ex n. 1. & n. 31. 62. & 71. Suelves Conſ. 2. ex n. 17. & Conſ. 14. n. 10. cent. 1. Conſ. 27. n. 13. ſemicen. 1. & Conſ. 11. n. 21. & Conſ. 34. n. 8. ſemicen. 2.* Dixi in tract. *de ſui perſon. defenſione, lib. 2. quæſt. 3. n. 18. & lib. 5. quæſt. 4. n. 31.*

20. Ex dictis iuribus, & latiùs ſupra *Vigilia* 7. Habet enim ſolutionis vim, delegatio:

tio: licet minus, quam ſolutio, delegatio poſſit, in præiuditium anteriorum creditorum, qui delegationi, minime conſenſerunt, explicat *Fauer. in ſuo Cod. hoc titulo, definitio 10.*

21. *Ex not. in l. inter cauſas 20. §. abeſſe, ff. mandati, d. l. 15. tit. 14. par. 5. verbo* è Maguer, *vbi Gregor. Lopez, verbo* à pobreza, *ex Bar. in d. l. ſingularia, notat tex. in l. Paulus, ff. de nouatio.*

22. *L. 1. §. ſed etſi vſuras 11. in fin. ff. de ſeparation. l. qui ſatis dare 3. in fine, ff. de fideiuſ. l. iam tamen 5. § nunc videamus, in fine, ff. iudicat. ſolvi. l. ſi ab arbitro, 10. §. 1. ff. qui ſatiſdare, Ant. Fauer in Cod. hoc tit. definit. 2. in princip.* conſonat *l. 18. in fine, tit. 14. par. 5.*

23. *L. nouare 20. §. pupillus, ff. de nouation.*

24. *D. § præterea, Inſtit. quibus mod. tol. oblig. d. l. 18. tit. 14. par. 5. l. 1. in fine, ff. de nouatio.* Aſſerendum hic; pupillum pubertati proximũ, naturaliter obligari. *Ita tex. in d. l. 1. & §. præterea, l. ſi pupillus 21. ff. ad leg. falcid. l. creditor 42. ff. de iure iuran. l. cum illud 25. §. hæres meus, ff. quando dies legat. ced. l. in numerationibus 44. §. item ſi pupillo, ff. de ſolution. l. ſi pupillus 127. ff. de verbor. oblig.* At verò infantem, vel infantiæ proximum pupillum, nec naturaliter obligari. Intelligẽdi, ſic aſſertiuè loquentes, *textus in l. pupillus 59. ff de obligatio. & actio. & l quod pupillus 41. ff. de conditio. indebiti Gotofredus, ad d. l. 59. & l. 1. de nouation.* Sed prædicta, cũ ex conſenſu obligatur pupillus; ſecus ſi re: & vtroque caſſu, quatenus factus ſit locupletior. Tunc enim, etſi infans, naturaliter obligabitur, natura dictante, neminem, patiendum locupletari, cum alterius detrimento; *ad l. naturaliter 13. cum l. ſeq. ff. de condictio. indeb. Gotofred. in not. ad d. l. cum illud 25. lit. A. ad fin. & ad d. l. pupillus 59. lit I. iuncta l. 1. de nouation. lit. Z.*

25. *D §. præterea, Inſtit. quibus modis tol. obligat.*

26. *L. naturaliter 13. l. ſi quod 64. ff. de condictio indeb. l. nec ſervus 41. ff. de peculio, l. ſervi 14. l. obligari 43. ff. de obligatio. & actionibus.*



*bus.* Cum quo ad ea quę iuris naturalis ſũt, æqualẽ cũ cæteris ſuſtineat perſonã *l. manumiſſiones 4. ff. de iuſt. & iure.* Ciuiliter autem, nullatenùs obligatur [peculiari excepta cauſa, *vt infra*] ſic intelligẽda *l. in perſonam 22. ff. de regul. iur. cum l. quod atinet 32. & l. ſervitutem 209. eiuſdem tituli.*

27. *L. quoties 14. in fin. ff. de nouatio. Pichar. ad d. §. præterea, n. 22. ad fin.* Hinc, ſi quis ſub conditione nouat, ante impletam conditionem, vel dum ipſa impletur ſtatum mutauerit, ita quod in iuditio eſſe non poſſet; inutilis remaneret nouatio, & prima obligatio ineficax, intacta ſubſiſtet. *l. 15. in fin. tit. 14. par. 5. vbi Gregor. Lopez, verbo,* mudaſſe ſu eſtado, *d. l. quoties, verſ. & ideo.*

28. Quædam cauſæ, iure ciuili, in ſervo improbatæ, *l. 3. §. 8. l. 5. §. 2. de peculio,* inter quas, & interceſio, *d. l. 3. § 5 & ſequent.* quæ & nouatione fit, *l. 2. §. fin. & l. 1. ad Velleian.* ita Donel enucleatus, *com. lib. 16. cap. 20. lit. I.*

29. *Donel. vbi proximè lit. H.* Servus peculium habens, peculiarem debitoris ſui obligationem (regulariter) nouare nequit, citra Domini voluntatem; ſed adijcit illam, potius quam priſtinam nouat; *ita tex. in l. ſervus 16. ff. de nouation.* Nam etſi nouare poſſit is cui rectè ſolvitur. *l. cui rectè 10. ff. eod.* fallit in ſervo, *l. non ideo 21.* Niſi peculij liberam habeat adminiſtrationem, *l. dubitari 34. ff. eodem.* vbi etiam Gotofredus, *lit. b. l. 17. verſ.* Fueras ende, *tit. 14. part. 5. vbi Greg. Lopez, verb.* en alguna tienda. Et obligationem ſuam ſervus, nouare poteſt, ſi pro Titio intercedat, pro ea quantitate ipſi Titio numero & qualitate debita reſpectu peculij. Quę iuſta cauſa intercedendi eſt, *ad l. in perſona 31. §. qui pecuniam ne, ff. de pactis:* Cum tunc nec in plus grauetur, & generaliter, quotieſcumque ſervi, eo modo, meliorem ſuam faciũt conditionem, *d. l. dubitari, ff. de nouatien.*

30. *L. 1 l. Senatus 4. l. ſi paternam 8. l. ſi mulier 16 Cod. ad S. C. Velleian. l. ſi Titius 48. in prin. ff. de fideiuſſor. l. 16. verſ.* otroſi, *tit. 14. par. 5. vbi Gregor. Lopez,* & ſupra

 ali-

aliqua, *vigilia decima octaua.*

31. *L. 1. cum §. 2. l. 2. ff. ad S C. Velleian. d. l ſi mulier 16. Cod. eod. tit. d. l. 16. tit. 14. par. 5.*

32. *L. patri pro filio 27. §. ex hoc, ff de minor. Anton. Fauer in Cod. hoc tit. defin. 2.* Pupillo adverſus nouationē reſtitutio minime competit: nam fruſtra remedium peteret circa id, in quo ſecurus invenitur, ne damnum ſentiat, cū nec efficaciter obligetur, *vt ſupra, ex d. § preterea, Inſtit. quibus modis Tol. obligatio.*

33. *L. minor. 48. l. fin. ff. de minoribus, l. vnica, §. 1. Cod. de reputatio. l. ſi Titius 48. ff de fideiuſſor. vbi Gotofred. lit. E Pichard. ad d. §. preterea, n. 23.*

34. *D. l. ſi Titius 48. verſ. quod ſi dolo, Pichard. d n. 23.*

35. *L. 1. cum §. 1. ff mandati, l. 2. §. 2. ff. de obligatio. princip. tit. & §. 2. Inſtit. de obligationibus ex conſenſu.*

# Pſephiſmatis XX.

# VIGILIA VIGESIMA

## *DE ACTIS A PROCVRATORE MANDATO CARENTE.*

ACTA A PROCURATORE mandatum non habente; vel nō exhibēte, nulla ſunt, 1. Nemo enim pro alio ſine mandato ad agendum in iuditio rectè ritéque admittitur, 2. Hinc defectus mandati, notoriam inducit nullitatem 3. Igitur de eo fides in proceſu preciſsè facienda eſt, ſaltē ante ſententiam 4. Sine mādato, geſta á procuratore, reualidantur; ſi poſtea mandatum ei cum clauſula *Ratificādo, &c.* concedatur, & exhibeatur 5. At hoc, ante ſententiam: cū poſtea nulla, ſit 6. Id



Id quoque ius in appellatione á falſo procuratore [falsū dicimus, mandato carentem 7.] interpoſita, ſi rati habitio Domini, cuius nomine appellatum fuit, intra decem dies ſubſequatur, á tempore interpoſitionis com putandos: cū nec poſtea ſi fiat, valere, multi credant Doctores 8.

Ioannes de Loſada Caſtellanos, ſuccubuit quadam in cauſa Ludouici de Vera, ſuper poſſeſſione prædiorum. Suplicatum fuit, illius nomine, á Iacinto de Frias, in Regia Audientia procuratore. Sed cum mandatum non haberet, oppoſita ab adverſa patte defectus mandati exceptione (quaſi nō eſſet ſupplicatum) petitum fuit declarari, ſententiam in rem tráſijſſe iudicatam. At poſt triduum, Ioannes prædictus in iuditio comparēs, geſta á dicto procutatore ratificavit, & aprobavit, petijtq declarari, rectè ſupplicatum, non obſtantibus petitis ab adverſæ partis procuratore. Nam certum eſt, Dominum poſſe, iuditio pendente, geſta per falſum procuratorem, vel alium defenſorem, vt valida ſint, ratificare 9. Solutio etiam non veró procuratori facta, ratificatione ſubſanatur. Rati enim habitio, mandato comparatur, & retrotrahitur 10. Maximé congruo tempore facta (vt in ocurrenti caſſu) hoc eſt, ante ſententiam: cum & etiam prolata ſententia, fieri ratihabitionē poſſe, nec pauci defendant 11. Cœterum, reus cum ſit, pro eo, quemlibet defenſionem ſu ſcipere, ſine mandato, ius nequaquā adverſatur; immô permitit 12.

Tandē non obtinuit; quia nec procurator ſatis dedit, vt præfatæ diſponunt leges: & noſtra, ibi. *Dando recabdo que el otro lo avrà por firme.* Et etiā in cauſa appellationis, nullatenùs admititur ſiue noua ſatisdatione; ita quod nec data in prima inſtantia ſuficiat 13. Tum & etiam, quia oppoſitum fuit de mandati defectu, ante prædictam ratificationem. Et ſecundum veram receptamque ſententiam, non poteſt quiſquam ratum habere geſtum à falſo procuratore, quādo defectus mandati oppoſitus fuit ante finem actus; vnde poſtea nihil

hil valet ratificatio. 14. Solummodo enim poteſt quis, in ſui præ iuditium, ratificare id quod ab alio geſtum eſt: non verò in tertij damnum, nec vt tertio ius iam quæſitũ auferat 15. Et quæ per falsũ procuratorem facta ſunt in conſpectu Principis, in ipſius que ſupremis Auditorijs; nequaquã ratificatione comualeſcunt, 16. Ita Senatus, die vigeſsima quinta menſis Octobris, Anni, 1652.

1. *AD l. fin. Cod. de rebus credit. Vãtius, de nullit. ex defectu mãdati, n. 63. Seſſe deciſ. Aragoniæ 188. n. 6. 7. & ſequent. cum n. 19.*

2. *Cap. 1. extr. de procurator. l. ſi procurator. 10. l. licet 24. Cod. eod. tit. tradit Pichard in manuductio. ad prax. p. 1. præcepto 1. n. 3. Minſinger, ad §. ſin autem, Inſtit. ſatiſdatio. n. 3.*

3. *Ex Vantio vbi ſupra, Seſſe deciſ. 210. in fine.*

4. Ut per *Rotam in nouiſſim. deciſ. 7. de procurator. Menoch. Conſ. 100. n. 38. Seſſe d. deciſ. 188. n. 11.*

5. *Alexand. Conſ. 205. n. 1. vol. 7. Boher. deciſ. 274.* cum adductis à Portoles, *in Scholijs ad Molin. §. procurator n. 4.* Et *n. 5.* quando mandatũ hoc in cauſa ſit præſentandum.. *ait.*

6.. *Martin. Monter. à Cueva, deciſ. Aragoniæ 40. n. 64. & 68.*

7. *L. falſus procurator 19. vbi Gotofredus, Cod. de furtis & ſervo corrupto, l. ſi procuratori falſo 14. vbi gloſ. ff. de condictione cauſa data.*

8. *Din. in cap. ratihabitionem, n. 6. & 7. de regul. iur. in 6. Bernard. Diaz, regul. 637. Guido, deciſ. 13. & Conſ. 124. n. 7. verſ. ad textum*, cum alijs per Portoles, *in Scholijs ad Molin. §. ratihabitio, n. 5. & 6.*

9. *Ad l. licet 56. ff. de iuditijs, vbi Bald. Iaſſon in l. licet Cod. de procurator. facit l. 1. Cod. quibus res iudicata.*

10. *Cap. ratihabitionem 10. de reg. iur. in 6. l. verò procuratori 13. §. fin. l. ſi quis offerenti 58. ff. de ſolutio. l. ſi procuratori falſo 14. ff. de condi. cauſa data. l. donationes 25. in fine, Cod. de donation. inter, l. ſi fundus 16. §. 1. ff. de*



*de pignoribus, l. iuſto errore 44. §. 1. ff. de vſucapion. l. pomponius 9. ff. de negoc. geſtis, l. 1. §. ſed etſi 14. l. 3. §. cum procurator. 10. ff. de vi & vi armata, l. ſemper 60. l. hoc iure 152. §. 1. ff. de regul. iur. l. ei qui, 7. in fine, Cod. quod cum eo, l. ſi quis 3. §. procuratorem 2. ff. iudicatum ſolvi.*

11. Videndi penes Gaill *obſervat. 47. lib. 1. & Faquineum, controuerſia. iuris lib. 8. cap.* 61. Perperam tamen ex rationibus ab eodem Faquineo adductis, & *Minſingerio, obſeruat. 44. centu. 1.*

12. *L. 10. tit. 5. part. 3. vbi Greg. Lopez, verbo* por otro. *l. exigendi, 12. Cod. de procurator. vbi Gotofredus, l. ſolutione. 23. ff. de ſolution.*

13. *Greg. Lopez, vbi proximè, in fine, ex Bar. in l. cum apud. ff. iudic. ſolvi.*

14. *Vt ex l. licet Cod. de procurator. Arias Pinel. in l. 1. Cod. de bonis maternis, p. 3. n. 33. Ioan. Gutierrez, practic. lib. 2. quæſt. 22. n. 19. Suelves Conſ. 34. n. 5. ſemicen. 2. Faquineus, lib. 8. controuerſ. iuris, cap. 61. verſ. ſed nihil etiam.*

15. *Ad Seſſe, deciſ. Aragoniæ, 179. n. 2. & 8. vol. 2.*

16. Ita per Bald. *in l. ſi falſus procurator, Cod. de furtis, verſic. ſecundo præmitte, Ioachim. Minſinger. ſingular. obſervat. 44. in fine, centuria 1.*

## Pſephiſmatis XXI.

# VIGILIA VIGESSIMA PRIMA.

## *SERVITVTES PIGNORI DARI, ET diſtrahi, quomodo poſsint?*

DOCTORVM aſsiſtentia deſtituta non fuit, illa iurium illatio: nempè, poſſe ruſticas ſervitutes oppignerari; Vrbanas, non itidem, cum debeant

beant quadam ſub perpetuitate conſtitui, ne alias Ciuitas nimis adeò defortnetur, ex varietate vſus creditoris, vel eius cui creditor eandem venderet ſervitutem, ędificiumve cui adhęret 1. Uerum nec diferentiæ ratio pœnitus concludit: nec diſparitas ipſa ſecura. Altera, quia tam ruſticæ, quam vrbanæ ſervitutes, eandem ex ſui natura requirunt præciſam perpetuitatem; ita vt neque ex tempore, neque ad tempus conſtituantur, 2; quemadmodum pignus quod ad tēpus conſtituitur, hoc eſt, quo ad vſque repigneretur, reddita creditori pecunia. H.nc nec locari, ex ipſa eandemq̃ ratione 3. Altera verò, quia ſi aliquibus credendum, nullæ ſervitutes (dempto vſufructus 4.) ſiue ruſticæ, ſiue vrbanæ, pignori dari poſſunt; nec ab eo qui ſervitutē debet, cum res aliana ſit, & nequeat, obligari; nec ab eo cui debetur, ex quo nullum ſervitutis commodum, creditori prædium vicinum non habenti, adferat 5; & quia pignori dari poſſunt, ea tantum quę in bonis noſtris ſunt: & iura hæc, neque in bonis, neque extra bona computantur. 6. Simili etiam modo, quòd pignori ea ſolum dantur, quæ corporalia, & quæ manu traddi poſſunt 7.

Adeſt tamen, qui & contra dicit, & defendit, tam vrbanas, quam ruſticas ſervitutes pignerari poſſe, cum vtręque præcario concedi valeant 8. At cum hæc nec generaliter ſic dicta placeant, alterius & alterius opinionis rationes, minutatim diſcutiendæ.

Præmiſa paritatis ratione, in ruſticis & vrbanis ſervitutibus; idem conſtituemus ius, vt poſsint, vel nō poſsint pignori dari. Ratio afirmatiuæ opinionis [quod præcario cō cedantur] friuola ſatis: nam ſervitus præcario conceſſa, ſervitus non eſt [cum naturæ ſervitutum, perpetuitatem deſideranti, adverſetur, 9.] ſed patientia quædam ad tēpus [nutualis] vtendi, conſtitutionis præcarij virtute, quæ ad libitum revocatur, 10.

Negatiuę autem ſententię rationes, vt abſolutè incertę, diſplicent: cum vtilitas non ex prædij vicinitate, ſed ex acceptantis opinione oriatur,

aut



aut ipſius credita amenitate, aut voluptate 11, ſiue in futurum ſperata vtilitate 12: vel ſuficit facultas diſtrahendi, pignori datam ſervitutem; quod fieri poteſt, maximè ſi domino fundi ſervientis vēdatur, 13. Nec immediatta vicinitas, pręcisè neceſſaria; dummodo intermedium [etſi alienum] vſum vtilitatemve in totū minimè impediat, 14. Et quia iura, dum extra bona non ſunt, latìſsima ſaltem interpretatione, in bonis noſtris eſſe creduntur, cum earū nomine & virtute, actio nobis competat, & exceptio 15, valeantque rectè pignori vel hypotecæ ſubijci (ſpreta inter pignus & hypotecam nominis differentia, cum nec re & ſubſtātia differant, 16.) Si non iuris ſumo atento rigore, æquitatis tamen agnita & obſervata ratione, hoc admitimus, tam in vrbanis, quam in ruſticis ſervitutibus, ad efectum vt eas creditor meus oppigneratas habeat, quo vſq̄ pecuniā ſibi àme debitā cōſequatur; vel ſi tempore ſtatuto ſervitutem pïgnori datam non redimam, poſſit illam vicino alteri vendere. Quæ cōbentio, etſi vt diximus, ipſo iure non ſubſiſtat, vi tamen pacti, ob contrahentium vtilitatem [hoc eſt, æquitate inſpecta 27] admittitur: quæ diſpenſat, vt aliquo caſſu, ſervitutes quæ perpetuam debent habere cauſam, ad tempus cōſtitui valeant. Ita quod, adverſus eas vindicantem ante tempus, vel contra placitū; pacti vel doli exceptionis occurratur remedio 18. Cui aſētitū, alijs inſuper habitis Doctorum interpræetationibus, 19, valeat quod valeat, alia non deſpicienda 20. Per Senatum, in cauſa Hermenegildi de Cabiedes, ſuper executione bonorum. Die nona Octobris, Anni, 1651.

1. Ex l. *ſi is qui bona 11. §. iura 3. iuncta l. ſed an vie 12. vbi Acurſius, ff. de pignorib. & in §. itē ſerviana, verbo, de quare, Inſtitut. de action.* quem ſequūtur Bar. *& communiter Doctores,* teſtante *Ioſonè ad §. æque ſi agat Inſtit. de action. n. 117.*

2. *L. ſervitutes 4. ff. de ſervitut. vbi Gotofredus, &*

*ad*

ad l. locare 44. ff. locati, l. foramen 28 ff. de ſervit. vrbanor. prædior.

3. L. 1 ff. quibus mod. pignus, l. ſolutum 11. §. ſolutam, ff. de pignerati. actione.

4. L. fin. ff. de vſuris, l. fructus 72. ff. de regul. iuris, d. l. ſi is qui bona 11. §. vſuſfructus, vbi Gotofredus lit N. ad §. 1. Inſtit. de vſu & habitatio. Intellige; commoditatem fructus percipiendi, poſſe vendi & oppignerari, vt tandiu fruatur emptor, quandiu in venditoris perſona cõſiſtat vſusfructus. Donel. lib. 10. com. cap. 8. lit. G. ubi Oſuald. Et vſusfructus inter ſervitutes numeratur, l. 1. ff. de vſufructu legato, l. 1. l. 20 tit. 31. par. 3,

5. Defendit Ripa in l. obligatione generalî, ff. de pignor. n. 6. cum Charonda. veroſimil. lib. 1. cap. 5. & alijs, quos adducit, & ſequitur ad contraria reſpondens Morla in empor. iur. ad tit. de ſervitut. in prælud. n. 25. & ſeq.

6. Ex l. quæ prædium 6. Cod. ſi aliena res pignori, l. 1. ff. de vſufructu legato. Acurſ. ad d. l. ſi is qui bona §. iura, ff. de pignoribus.

7. L. ſi rem alienam 9. §. 2. ff. de pigorat. actio. l. pleb 238. §. pignus, ff. de verbor. ſignificatio.

8. Ex l. veluti 3. ff. de precario, Duaren. lib. 1. diſputatio. cap. 13. refert Gotofred. ad d. §. iura, lit. P. & conſonat l. & habet 15. §. præcario, ff. eodem, cum l ſi quis ſepulchrũ 12. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.

9. D. l. foramen 28. ff. de ſervit. vrbanor. Donel. enucle. lib. 11. com. cap. 3. lit. A, & ibi Oſual.

10. L. ſi præcario 17. ff. communia prædior. refert ex Cuiatio obſervation. lib. 22. cap. 37. Oſualdus ad Donel. d. lib. 11. cap. 10. lit B.

11. L. hoc iure 3. in prin. ff. de aqua quotidiana, Donel. d. lib. 11. cap. 1. lit. B. & lib. 9. cap. 21. lit. N. vbi Oſuald.

12. Nec vtilitas præſens præciſè requiritur, ſed vt quãdoque vtilis eſſe poſſit, l ei fũdo 19. ff. de ſervitut. ſic intelligenda, pro vt Donel. d. lib. 9. com. cap. 9. lit. N. vbi Oſual.

13. L. cum ratio 80. §. 1. ff. de contrahend. emptio. l. ratio 3. §. ſi iter 2. l. tenetur 6. §. ſi tibi 5. ff. de action. empti.

14. Donel lib. 11. com. cap.



cap. 2. lit. A. & ibi Oſualdus.

15. L. rem in bonis 25. ff. de acquir. rer. domin. Gotofred. ad d. l. 1. ff. de vſufructu legato, lit. H.

16. Ita Neguſantius, tract. de pignoribus, in prin. n. 9. & retuli in Scholijs meis ad Comandam clauſ. 20. n. 7.

17. Per l. 4. §. fin. ff. de verbor. obligatio. & §. recté, Inſtit. mandati, traddit Parlador. rer. quotidian lib. 2. cap. fin. p. 5. §. 3. n. 48. Donel. lib. 11. com. cap. 10. lit. E.

18. Donel. vbi proximé, & ex l. 4. ff. de ſervitut. cum alijs intelligit Parlador. vbi ſupra; qui tam in ruſticis, quã in vrbanis ſervitutibus hoc procedere, arbitratur.

19. Ripa in d. l. obligatione, ff. de pignoribus n. 6. Alberic. in d. l. ſed an via, ff. eodem, Ioan. Fauer in §. item ſerviana Inſtit. de action. n. 23. vbi etiam Nicolaus de Neapolis, col. 5. verſ. redeo ad gloſam, Iacob. Cuiatius lib. 15. obſervatio. cap. 6. Fran. Connanus, lib. 4. comment. iur. ciuil. cap. 14. in prin. Caballin. tract. de diuiduis & indiuid. cap. 3. ex n. 331.

20. Morla, in empor. iur. d. tit. de ſervitut. in prælud. n. 17. & 18. interprętans præfatam, l. ſed an via, de pignoribus: inquit, Loquitur de obligatione ſervitutis iam conſtitutæ, ſed cautionem ponit per quam ſervitus quæ nulli vnquam fundo quæſita fuit, pignori dari poſsit, tum cum prædij dominus in vicini favorem prędium habentis, ſervitutem pignoris loco conſtituit, vſque quo pecunia ſolvatur. Quæ pignoris comuẽtio, licet ſumo ſtrictoque nõ ſubſiſtat iure, propter contrahentium vtilitatem admittitur: ita quod ſoluta à debitore pecunia, pignus illud, pacti virtute reſolvatur. Servitutũ recipiendarum formulam antiquam, pete ex Briſonic Selectar. iur. lib. 1. cap. 19. & exemplis demonſtrat.

# Pſephiſmatis XXII.

# VIGILIA VIGESSIMA SECVNDA.

## *DE IVRISDICTIONE VICARIj Generalis Mercenariorum, in Noua-Hiſpania.*

REVdus PATER Fr. Antonius Garuz, Aragonenſis, Ordinis Mercenariorum Generalis magiſter, in Capitulo à Religione in Huetenſi Ciuitate celebrato, Anno 1648, Patruum aſſenſu, creauit, ſeu elegit P. Fr. Paulum Arias de Soto, in Vicarium Generalē Nouæ-Hiſpaniæ, Guatemalæ, Nicaraguæ, Sancti Dominici Inſulæ Hiſpaniolæ, adiacentiumque Inſularum. Poſtea vero, An. 1651, cum ad prædicti Magiſtri Generalis notiam [licet incertam] perveniſſet, præfatum P. Paulū Arias deceſiſſe; alium creauit interinum, videlicet, P. Fr. Iacinthum de Palma, ad Provincias Nouæ-Hiſpaniæ, abſque ſpecifica ſupradictarum Prouinciarum mētione. Admiſſus & receptus fuit, poſſeſſionemque accepit in Nova-Hiſpania; non tamen in huius Inſulæ provincia, quæ vocatur Sancti Laurentij. Anno vero 1652. Magiſter Generalis Garuz, migravit à ſæculo; eoque tempore, dictus Vicarius Palma, literis expeditis, commiſsit viſitationem conventuum huius Inſulæ, & præſidentiam in Provinciali Capitulo, tunc temporis celebrando, P. Fr. Ioanni Romero. Qui cum quandam die, ſeptem commitantibus ſocijs, ſubitó ad Comuentum perveniſſet, illicòque, pręcepto & mandatis vſus eſſet: obſtupuere Religioſi, repentina inſperati adventus apparitione. Ceperuntque cauti, non benè ſentire, & ſentire benè Chriſti Domini ſententiam, aſſerentis. Qui non intrat per oſtium in ouile ovium, ſed aſcendit aliundé, ille fur eſt & latro. Non enim per portus, notam, & communem omnium portam; ſed aliūdè per vias invias adventarat. Iuris obſtaculis oppoſitis à religioſiis viſitandis, contra literas, ac poteſtatem Vicarij Generalis Palma; rixa non minima exorta eſt, maiori imminente ſcandalo, ni (vt obiaretur) Regia manus [ vt æquum & neceſſarium medicamen 1.] appoſita eſſet, vtriuque etiā partis, ampliſsimè auditis fūdamentis.



Hęc enim proponebat Conuentus. Quod Vicarius Generalis Palma, non erat tali, ac tāta creatus iuriſdictione, qua fuit dictus Vicarius Soto, in Capitulo Generali nominatus. Item quia interinus, nec iuriſdictionis ordinariæ [etiam ſi ordinaria eſſet primi Vicarij Generalis iuriſdictio] priuilegium habebat. Siquidem ordine alternatiuo ex Prouincijs Caſtellæ, aut Beticæ ellectus non fuit, vt præciſsé neceſſum eſt, in creatione Vicariorum Generaliū Indiarum, ex conſtitutione ordinis expreſſa 2. Tum & etiam, quia facultas iuriſdictioque limitata, literarum virtute, ipſi Palma conceſſa fuit, quo ad certa loca Provinciarum, nempé Nouę Hiſpaniæ. At cum Prouincia hęc non ſit ex Novæ-Hiſpaniæ Prouincijs, ſed ab eis [vt notum eſt] prorſus ſeparata, & vti talis perſe ſpecificè nominata in omnibus literis à Magiſtris Generalibus expeditis, quotiēſcumque Indiarum Vicarios creant generales: inde eſt, quod cum in titulo Vicarij Palma, non expreſsè nominetur hæc Provincia, nec Inſula, ſed tantum, Prouincias Nouæ-Hiſaniæ: nullo modo poterit dici comprehenſa. Operatur enim vnius incluſio, excluſionem alterius, ex trita iuris regula 3, & proindé extra Vicarij Generalis iuriſdictionem credenda.

Verum id magis, ac magis adſtruitur, inſpectis alijs quatuor titulis Vicariorum Generalium Nouæ-Hiſpaniæ, immediaté anteceſſorum, vbi poſt Prouincias Nouæ-Hiſpaniæ, ſpecificé & conſequēter

ter legitur, *Santo Domingo Isla Española.* Et conſtitutio religionis, dum de Vicario Generali loquitur, in Capitulo, difinitorum iuditio, creando; ſic diſtinctè ait. 4 *Alterum quidem qui viſitet Prouincias del Perú: alterum vero, Nouã Hiſpaniam, Guatemalam, cum Inſulis & locis adiacentibus.* Reſcripta enim omnia, commiſsiones, & mandata, ſui natura reſtringibilia ſunt; nec plus in eis creditur conceſſũ, quam quod in litera expresè apparet declaratum 5. Quin immò, nec religioſi acceptantes prędictam commiſionem, quidquam facient; cum delegata iuriſdictio, ad perſonas in reſcripto nõ expreſſas; earum etiã conſenſu nequeat prorogari 6. Nec quidẽ noſtrum eſt noſſe, vel inquirere cauſas, quas Reudus. Magiſter Generalis habuit ad limitandam ſui Vicarij iuriſdictionẽ, mandandamq́, reſpectu Proviciarum Nouæ-Hiſpaniæ tantum. Liberè enim id facere potuit, tamquam caput in quo totius religionis reſidet iuriſdictio, & ad libitum Uicariorum coharctat poteſtatẽ, eoſque remouet, vt ipſius ordinis teſtatur conſtitutio, ibi 7. *Præfati omnes & ſinguli Indiarum Vicarij Generales, poteſtatem & vices Generalis habebunt, donec fuerit voluntas eiuſdem Magiſtri Generalis.* Quod fortaſis agnouit Vicarius Generalis Palma, cũ actenus, ab anno 1651. quo nominatus fuit, nec ſe hac in Prouincia, recipi aut admitti curauit, nec quidem vllum iuriſdictionis actum exercere tentauit. Nunc ergo, ad quid nouitas tanta (clamabant Religioſi viſitandi) niſi vt ſuſpecta iudicetur actio? Si importunæ preces huiuſmodi viſitationis literas extorſerunt, (etiam ſi aliàs expediri poſſent) ius nec obtemperari ſtatuit; 8. Si contra ius tertij; abominabiles 9, fuganda executio. Si alia quæque minus recta [quod abſit] intentio; iudicet Deus inter nos, & Regia apponatur manus, ne vaſſalli indebitè vexentur, ne ſcandalum oriatur, ne ſeditio excreſcat.

Ulterius, quod etiam ſi Prouincia Sancti Laurentij huius Inſulæ, expresè in literis Uicarij generalis nominata eſſet; adhuc non poſſent ex-

pediri



pediri prefatæ literæ viſitationis huius Conventus, nec expeditæ, nunc obtemperandę, minuſque exequendæ, hac (inter alias) potiſſimum iuris ratione: quia mortuus iam tunc temporis erat Magiſter Generalis, qui prædicto Vicario iuriſdictionem mandavit. Iuris enim ſententia eſt, quod delegatio, ſiue commiſio, mortuo delegante, vel eo qui iuriſdictionem mãdauit, ante quam res ab eo geri ceperit cui mandata eſt, ſpirat 10.

Nec obſtat quod á prætẽſo aſſeritur Viſitatore: hoc eſt, quod quando commiſio datur ad vniuerſitatem cauſarũ, vt eſt facultas illa, ſiue commiſio prædicto Vicario Generali data; tunc habetur pro ordinaria, nec ſpirat morte concedentis iuriſdictio. 11. Sunt expreſa verba Clementis quarti Pontificis Maximi, ita, 12. *Legatos quibus in certis Prouincijs committitur legationis officium, vt ibidem euellant & diſipent, edificent atque plantent; Prouinciarũ ſibi commiſarũ, ad inſtar Proconſulum, cæterorumque Præſidum, quibus certæ ſunt diſcretæ Prouinciæ moderandæ, ordinarios reputantes, præſenti declaramus a dicto, commiſſum ſibi á prædeceſſore noſtro legationis officium, nequaquã per ipſius obitum ſpiraſſe.* Nã reſpondebant, hoc poſſe intelligere re nõ integra, vt ſuperiùs, & gloſa tangit marginaria: vel ſaltem quo ad aliquos iuris effectus, non vero quo ad hunc. Textus enim non dicit, Ordinarios eſſe, vt neceſſum erat ad ſubſtantiam, realitatem, & proprietatem denotandam 13; ſed *Ordinarios reputantes*, ideſt ſimiles, habentur pro ordinarijs. Solius enim Principis eſt ordinarios creare 14. Hinc, vt in decreto explicatur, *Ordinarij vero ſunt, qui ab Apoſtolico, vt Eccleſiaſtici; vel ab Imperatore, vt pote Seculares, legitimam poteſtatem accipiunt.*

Omitimus diſputationem, an Magiſter Generalis, vti Religionis Princeps, Vicarios Generales Ordinarios, in Regnis Mexicano & Perubico, tamquam ordinarios, creare poſſit: & Definitorum iuditio in Capitulo generali creati; an á Definitorio, an vero

á Ge-

á Generali Magiſtro, qui literas expedit, habeant iuriſdictionem: & ſimiliter an Ordinarij, an autē delegati ſint. Trāſeat nominis ſignificatio, qui Vicarij cum appellentur & ſint, viceſque Generalis gerant, nomine & vice eius man datam exerceant iuriſdictionem 15: non ordinarij Iudices, ſed delegati credantur 16. Concedamus ordinarios eſſe. Quid commune habet in præſentiarū, Vicarius Generalis Nouæ-Hiſpaniæ ordinarius, cum hoc interino, delegato, & extraordinario? Ille, nominatus ad omnes Prouincias, & expreſſim ad prę fatā noſtrā Sancti Laurētij: hic non ad omnes. Ille, ritè & rectè á capitulo & in capitulo creatus: hic, non ita, cum extra capitulum, & citra Difinitorum conſenſum á Magiſtro tantum Generali nominatus ſit. Cui lex noſtra, virtute Schedulæ, anni 1622. ita præcipit. *Que el General de la Merced, no nombre Vicarios generales para las Indias: ſino Viſitadores, por tiēpo limitado, como al Conſejo pareciere* 17.

Minus obſtat quod á Viſitatore aſſeritur: nempè, Magiſtri Generalis mortem, nominationemq́ ſucceſoris in locum dicti Palma in officio, ſiue Uicaria Nouę-Hiſpaniæ, nullum poſſe impedimētum adferre, vt ex eo admiti nequeat ad exercitium ſuæ commiſionis in hac Prouincia, cum mors dicti Generalis, re non integra contigerit; hoc eſt, exiſtente iam in poſſeſsione, & exercitio ſui Vicariatus. Et quo ad ſucceſorem, diſponit Bulla Urbani Octaui, confirmatoria conſtitutionum ordinis, quod. *Quicumque Vicarij Generalis officium, ſiue in partibus Indiarum, ſiue in qualibet alia Prouincia exercuerint, inde recedere non audeant, abſque Magiſtri Generalis licentia, quam ipſe non concedat, donec illi ſucceſoribus rationem exactā ſuorum officiorum, & geſtorū reddiderint; teneanturque ſubditi, illis pariter obedire, donec alij in officio ſucceſſerint* 18 Et Regia Indiarum lex 19. *Que los Vicarios Generales que fueren a las Indias, no dexen ſus officios, haſta que lleguen ſus ſuceſores, ni ſe vēgan ſin dar reſidencia.*

Rel-



Reſpondetur; illum Uicarium Generalem, minimé fuiſſe legitimum, ex ſupra dictis: & dato quod fuiſſet in Noua-Hiſpania, non tamen in hac Prouincia, quæ nec in literis commiſionis ſuę Vicariæ, nominata eſt, nec in ea vllum habuit exercitium, poſſeſſionemve prædicti ſui officij. Mors ergo Generalis Magiſtri, quando, aut quomodo re non integra accidere potuit? Tum quia verba Bullæ, & leges Indiarum; in Vicario Generali ordinario & legitimo, locum habere poſſunt: non vero in illegitimo & extraordinario, vt ille. Vnde verbum *ſucceſſor*, nō intelligēdū reſpectu ipſius Vicarij Palma, ſed reſpectu Fr. Pauli de Soto, defuncti. Et ſi etiā interinum fateamur dictū Palma: notum eſt interinos, nec ſuccedere, nec ſuceſſores habere. Vlteriús; quonam modo in officio ſucceſſorem habere poteſt, qui invalidū, nullumve exercuit officium? Et quomodo *recedere* poterit á noſtra Prouincia; qui nec ad eam venit, nec in ea iure, actuve intravit? *Ceſſori m* etiam *rationem*, quonam dabit modo ſucceſſori, qui nihil geſſit? Aut quorſum *ſucceſſor* cum anteceſſor nec ſit, nec in Provincia extiterit, á quo rationē exigere valeat? Nullę quidē ſūt qualitates nō entis, 20.

Tandem aſſerebant, quod etſi comprehenderetur dicta Prouincia in commiſione prędicto Vicario Generali data; adhuc illius minimé poſſet ſubſtituere, vel delegare iuriſdictionem cum; hac careat facultate: vti ex oculari inſpectione commiſionis Magiſtri Generalis, manifeſtē cōſtitit: & in huiuſmodi qualitatis literis, nihil plus mandatum permiſumque, quam quod in eis expreſſum reperitur, vt prædiximus. Et etiam, quia cum ipſe Vicarius delegatus, vices Generalis in iudicando fungatur; propriam quam non habuit iuriſdictionem, delegare minime potuit 21. Nec obeſt lex, quam pro ſua viſitationis commiſione confirmāda, allegat, dū ait. 22. *Que ſe guarden en las Indias las ordenaciones del Vicario General de la Merced, para el govierno de ſu orden.* Nam intelligitur de Uicario Generali ordinario & legitimo; nō

H

vero

vero de nullo, & extraordinario, qui nec de facto ad hanc Prouinciam creatus eſt, nec de iure potuit [ex ſupra adductis] creari: & ita lex prædicta accipienda, *Que el General de la Merced, no nombre Vicarios Generales para las Indias.*

Ex quibus, & alijs maturo diſcuſsis examine, cogitanteque inſuper Senatu, Monachorum ſimultatibus Reipublicæ ſtatum infirmari, ſcandalaque nec minima exordiri poſſe: cum Regis noſtri, Chancellariarumque in Indijs [ipſius nomine] ius peculiare ſit publicas ſedare perturbationes, ad huiuſmodiq́ finem, Regiam ſuam interponere authoritatē 23; quaſcumque etiam Bullas, literas, ſiue reſcripta minus iuſta, vel in tertij damnum expedita, 24, aut quæ aliquod publicū adferre poſſunt nocumētum, retinere. 25. Decreuit, die vigeſsima Maij, anni 1653. *Retenganſe las patentes, y por agora ſe ſobreſea en la execucion de eſta viſita. La parte del Convento vſe del recurſo de ſu appelacion, para ante ſu ſuperior, como mas le combenga* 26: *y lo acordado.*

1. EX vulgato *can. Regum officium, 23. quæſt. 5.* & præcipit *Schedula Regia Montiſoni expedita, die 25. Februarij, Anni 1626.* quæ recopiliata extat, *in l. 37. tit. 10. lib. 1. Indiarū; ita.* Que los Virreyes remedien las inquietudes que ſe ofrecieren en las elecciones: embiando á eſtos Reynos á los que le pareciere combeniente. Et ad hoc etiam reſpicit. *l. 30. eiuſdem tituli.* Que en los Capitulos que las Religiones hizieren, ſe halle el Virrey, ó Governador de la Provincia: y no ſiendo donde èl aſſiſte, les eſcriva lo que le pareciere combeniente al buen govierno, y paz de la Religion, y execucion de lo q̃ ſobre ello eſtá ordenado.

2. *Conſtit. ordin. ſecundæ diſtin. cap. 5. de officio Magiſtri Generalis, poſt. princip.*

3. *L. cum prætor 12. ff. de iudicijs, vbi Gotofred. lit. I. & gloſa etiam, verbo* videtur.

4. *D. conſtit. Ordin. d. cap. 5.*



5. *cap. cum dilecta 22 & cap. Rodulphus 33. de reſcriptis*, cum alijs *per Solorzanum, lib. 4. ſua polit. cap. 6. fol. 535. verſ.* Añadele; *& verſ.* lo tercero, *fol. 537.*

6. *Cap. P. & G. 40. de officio iudicis delegati, Maranta, de Ordin. iuditior. p. 4. diſtinct. 5. iudicium ordinarium, num. 34.*

7. *Dicto cap. 5. Conſtitution. ordin. tit. de offic. Magiſtr. General.*

8. Id quod ius Regium ſtatuit, *in l. 1. & l. 6. tit. 14. lib. 4. recopillat.*

9. *L. ſi donationem 5.* vbi gloſa *Cod. de reuocand. donation. l. nec auus 4. Cod. de emancipation. gloſ. in l. in ciuile 12. Cod. de rei vendicatio. l. de contractu 3. Cod. de reſcinden. venditio.*

10. *L. & quia 6. ff. de iuriſdictio. omni. iud. vbi Gotofredus. cap. relatum 19. cap. gratum 20. cap. licet vndique 30. de officio delegati, Morla in empor. iuris, tit. 2. de iuriſdictio. n. 92. & ſequent. Solorzan. polit. lib. 4. cap. 26. fol. 731 verſ.* y la primera, *ex Caſtillo controuerſiar. 2. cap. 29. cum alijs.* Quod etiam procedit in delegato Principis, ſi ad vnam tantum cauſam datus eſt; & generaliter in literis iuſtitiæ, ſecus in literis gratiæ, *Morla vbi ſupra, n. 106. & ſequent.*

11. *Ad Solorzanum, polit. d. lib. 4. cap. 26. fol. 732. verſ.* y aun quando, *Morla d. tit. 2. de iuriſdict. n. 104.*

12. *Cap. legatos 2. de officio delegati in 6.*

13. Ex ea quæ adduximus, *in Scholijs ad Commend. ſiue depoſiti inſtrument. clauſ. 28. n. 9. & 10.* ſed ad hos iuriſdictionis effectus, idem eſt reputari, quod eſſe.

14. Meminit *tex. in authentica, vt nulli iudicum, in princip. Speculator ad tit. de officio ordinarij, §. videamus, n. 5. can. à iudicibus, §. quod de arbitris, 2. quæſt. 6.* & conſonat *l. 21. tit. 4 par. 3.*

15. *Ad l. etſi prætor, ff. de officio eius, can fin. 93. diſtinctio. can. 1. diſtinct. 94. cap. ſane 11. de officio iudicis delegati.*

16. *L. 1. §. qui mandatam, d. l. etſi prætor 3. ff. de officio eius.*

17. *L. 36. tit. 10. lib. 1. recopill. legum Indiarum.*

18. *Incipit.* In ſupremo Apoſtolicæ Sedis dignitatis ſolio. *Anni 1628. pag. 141.*

19. *L. 28. tit. 10. lib. 1. recopillat. legum Indiarum.*

20. *L. eius qui in Prouincia 41. in fine, verſ. quoniam, ff. ſi certum petatur.*

21. *L. more maiorum 5. ff. de iuriſdictio. omni. iud. l. à iudice 5. Cod. de iudicijs.* At Uicarius Generalis legitimè creatus, delegare poteſt: nam ſi à capitulo, vel à lege [hoc eſt, à conſtitutione Religionis] creatur, ordinarius eſt, & iure delegat. Si à Magiſtro Generali in capitulo virtute conſtitutionis; itidem: quia Religionis Princeps, & quia ad vniuerſitatem cauſarum datus Vicarius, *vt ſupra, & vigil. 25. infra.*

22. *L. 25. tit. 10. lib. 1. recopillat. legum Indiarum.*

23. *Salgado de ſupplication. à liter. Apoſtolic. & de retentione bullar. par. 1. cap. 4. per totum, & n. 14. & 47. cum ſequent. & cap. 16. n. 41. & 87. & par. 2. cap. 11. n. 105. Solorzan. lib. 5. polit. cap. 3. verſ.* lo decimo. *fol. 766. & ſequent.* cum alijs per ipſum.

24. *Salgado de retentio. bullar. par. 1. cap. 7. per totũ,* maximè *ex n. 43. & 48.* Omnia quidem, nedum in tertij præiudicium, ſed & contra ius elicita reſcripta, vel per mendacium obtenta; nullatenus exequendã. *l. reſcripta 7. l. nec damnoſa 3. Cod. de precibus imperat. offert. l. preſcriptio. 6. Cod. de operib. publicis, l. iubemus 10. verſ. quod etiam Cod. de Sacroſanc. Eccleſ. l. vniuerſa 7. Cod. de diverſ. reſcriptis l. etſi precibus 5. Cod. ſi contra ius, cap. ſuper literis 20. de reſcriptis, l. 1. & 6. cum alijs tit. 14. lib. 4. recopillat.* Hinc Alexander Tertius, *Rauenati Archiepiſcopo reſcripſit.* Patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris quod prava nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum, *in cap. ſi quando 5. de reſcriptis, & cap. 2. eodẽ titulo,* Clauſulam, ſi preces veritate nitantur, ſemper intelligendam, aſſerit. *Adharet Solorzano, polit lib. 3. cap. 9. fol. 311. verſ.* la tercera. Et quod inſolitis Principũ reſcriptis parcendum non ſit *Salgado, de retentio. bullar. par. 1. cap. 6. n. 23. & 24. cum alijs, ad n. 34.*

25. *Ex proximè adductis à Salgado.*





26. Hoc vtitur decreto; *Salgado, d. par. 1. cap. 16. n. 57. & 58. & cap. 2. ſectio. 1. n. 83.* à quo intra triduum ſupplicari poteſt; non vero ſecũda admiti ſuplicatio. Secus autem in alijs cauſis recurſus, por via de fuerza, à quorum decretis, nullatenus ſuplicatur, *Salgado d. cap. 16. n. 87. & 89. cum Monterroſo, in ſua pract. tract. 5. tit.* proceſo ſobre retencion de Bullas, *fol. 84. col. 2.*

# Pſephiſmatis XXIII.

# VIGILIA VIGESSIMA TERTIA.

## *DE CRIMINVM, POENARVMVE remiſionibus.*

CRIMINVM REmiſiones, ſtrictè interpretandæ, cum contra iuſtitiæ bonũ ſint, & non minimum Reipublicæ adferant nocumentum impunita relinquere delicta 1. Semper enim ſcelera, dum non reſecantur, increſcunt, 2, & in augmenta facinorum proſilitur, quotiens ſecura impunitate peccatur. Quid ſine vltione eſt prohibere, niſi tacite permittere? 3. Ideo delinquendi tollere ocaſionem, ſeveritate ſuplicij, pro viribus debemus 4; vt alij terreantur; vt deſinant peccare mali, formidine pœnæ 5; vt quod ſuum eſt tribuatur iuſtitiæ, eã que integrè exerceamus: quę cum virtutum omnium perfectiſsima ſit, & primum inter eas ſibi vendicet locum 6: auidiùs quidem amore proſequenda. Ad iram certè Divinæ Maieſtatis potentiam prouocamus, quotiens ea de quibus Deus vehementer offenditur, inſequi, vlciſcique dif-

differimus 7. Nec vlla maior victima, quam iniquus reus punitus, Deo offeri poteſt 8. Miſericordes nos vult eſſe Deus 9, ad hoc vt pœnas mitigemus 10: non vt remitamus, in ſtat⁹ publici perniciē, proborumque hominum meſtitiam, iniuſtam exercentes miſericordiam 11. Rigori enim præferenda hæc eſt 12: ſed has inter virtutes, amplectendum medium 13, ne extremorum veneno vtentes, ad vitia reducantur, quibus cum, læthales inferamus Reipublicæ morbos, 14.

Ex iuxta tamen magna cauſa, Princeps (cuius pecculiare ac privatibum regaliæ ius eſt, 15) aliquorū crimina remittere ſolet: vt cū ſtrenuus Miles, Principi ſuo aliquod ſpeciale magnum impendiſſet ſervitium, vel multos aprehendiſſet latrones, aliudve memorabile facinus, in Regis, aut Reipublicæ egiſſet vtilitatē, 16. Aut ſi homo inſignis, propter particularem fortitudinem, vel alicuius ſcientiæ, & artis eminentem ſapientientiam, pœnæ indulgentiam meruiſſet, 17. Vel remitendi crimina præbuiſſet occaſionē, dies lætitiæ magnæ, veluti partæ victoriæ, Principisve natalitij, ſiue in augurationis ad Regnum 18. Præmiſſa adhuc partis leſæ ſatisfactione, aut remiſione, 19.

Verum tamen, non faciliter concedenda delictorum indulta, ne peccandi cauſam [vt diximus] veniæ facilitate præbeatur, 20. *Porque el perdon que de ligero ſe haze* (ita lex noſtra) *da ocaſion à los hōbres para hazer mal.* Magna peccandi illecebra, impunitatis ſpes 21. Et quemadmodum aliorum ſuplicium, alios ſalvos facit; ita aliquorum impunitas, morti & exitio multos traddit alios, 22. Hinc Imperatores Dioclezianus & Maximianus. *Cum non remiti pœnam facilè, publicè interſit, ne ad maleſicia temerè quiſquam proſiliat* 23. Et decretum Gratiani 24. *Non ne cū vni indulget indigno, plurimos facit ad prolaptionis cōtagium prouacari? Facilitas enim veniæ, incentiuum præſtat delinquendi.* Si mortis olim libera electio, vel generis mortis optio, reis præſtari ſolita 25, nullam, adhuc minimam, delinquendi compeſcuit audatiam [immò peccandi auxit ſtimulū] vt magnus ille Rethor noſter 26, Magiſtratibus ſuadere conabatur, dum dixit. *Hoc tamen ab affectibus veſtris, omnium mortalium nomine peto, ne cui nocenti, pœna præſtetur arbitrium: infinitam, Iudices, ſceleribus aperitis audaciam, ſi pœnam licet elligere condemnato; nec iam vllam mortaliū innocentiam trepidatione contineas, ſi patitur deprehenſus quiſque quod maluit.* Quid ergo vbi omnis remititur pœna? Malum quidem hoc; ſed peſsimum cum pecuniæ pretio comparatur indultus; de quo paſsim Sancti, & Doctores conqueruntur, nam creſcit multitudo peccantium, cū redimendi ſpes datur, & facilè itur ad culpas, vbi eſt venalis ignoſcentium gratia 27.

Etſi enim beneficium (vt aſſerit Iabolenus. 28) quod à Diuina Principis indulgentia proficiſcitur, quam pleniſsimè veniat interpretandum; & latiſsimè accipiēda indulta, in favorem eius qui recipit gratiam 29: vbi tamen tertij detrimentum adeſt, ſtrictiſsimè erunt proſequenda 30. At cum non minimum ſit Reipublicę damnū, ſcelera impunita relinquere, hac parte, nō ſolū ſtricta ſe huiuſce pręhbent reſcripta, vt tantū cenceſſum, quātum in eis expreſum credatur; & facilè negata, ſiue ocultata veritate anulletur 31. Verum vt negociū adeò præiudiciale & maximè periculoſum, modus certus & forma expeditioni illius gratiæ imponitur. Veluti, quod ſi pars læſa adeſt, ipſius neceſtariò interveniat remiſio. Itē quod fieri nequeat de morte proditoriè, cordatè, vel ſub ſecuritate commiſſa. Quod delictū ob quod venia petitur, in Regis curia factum non ſit: nec homicidium, igne, vel ſagita perpetratum: & quod poſt facinus huiuſmodi executum, reus in dicta Regis curia ingreſus non ſit, circumque eam quinque leucarum ſpatio. Alias enim, remiſionis delicti reſcriptum, nullum eſſe, ſtatuit Regia lex. Formam etiā exprimit: nempè, vt diebus veneris Sancti, annuatim (niſi aliud neceſitas expoſtulet) gratiæ huiuſmodi cc n eć antur, ad numerum viginti, tantum: & quod in literarum dorſo,

dorſo, conſiliariorum, vel perſonarum ad id deputatarum, nomina inſcribantur. Alias, nec literæ expediantur, nec expeditæ ſi fuerint, valeant: etiam ſi expreſſa legũ huiuſcę revocatio, & ad literam mentio fiat: & reus impetrans, careat impetratis, remiſionemq̃ amplius obtinere nequeat, habeaturque pro convicto, & confeſo, vt ex in omni iuris rigore adhibito, in eum procedatur, 32.

Hoc inſuper efficit delictorum odium, vt etiam ſi ritè impetretur remiſio, minimè tamen graſantium, flagitiave perpetrantium aboleatur infamia; vti Regia lex notat. *Fueras ende quanto à la fama de la gente, que gelo retraeràn, mager el Rey lo perdone.* Et Imperatores Valentinianus, Valens, & Gracianus. *Indulgentia, Patres Conſcripti, quos liberat, notat; nec infamiam criminis tollit, ſed pœnæ gratiam facit.* 33. Infamia enim iuris (quam incurrit delinquens, & iuditio publico damnatus) etſi reſtitutione integra ad priſtinum ſtatũ obtenta, ob iuris remedia, vel Principis expreſam ſpecialẽ gratiam [ſecus ſi generalis ſit, 34] aboleatur, & antiqua recuperetur fama, etiam quo ad munera & honores 35. At tamen, illa facti infamia, quæ ex tupitudine vitæ, morumq́, & quæ ex ſcelerum coinquinatione contrahitur [cum tã deteſtabile hoc ſit, apud nobiles, probos, & honoratos viros] nullo modo tolli poteſt 36. & impoſsibile eſt factum non eſſe, quod adeò villiſsimè factum eſt

Diſcuſſum in cauſa Regij Fiſci, cõtra quęndam M. Nuñez, Hiſpali olim hauitatorẽ, nunc verò in hac Ciuitate S. Dominici, qui diuerſorum, & maximorum quidem ſcelerum à ſe perpetratorum; remiſionem cum obtinuiſſet [quando cœteri infœlices ſui ſocij, plagiarij, furca ſuſpenſi fuere] eamque in proceſſu pręſentaſſet; nõ fuit ſuperſeſſum in teſtium receptione, ad probandam illius delinquẽdi conſuetudinem, inquietumq́ animum: & etiam ad manifeſtanda [& punienda] alia atrocia delicta, conſultò [vt ferebatur] ab eo commiſſa, & omiſſa in narratione facta ad impetrandum à Domino noſtro

ſtro



ſtro Rege, indultum: & quia pœnæ facta remiſio, regulariter procedit & intelligitur, de ſemel commitente crimen, non de reiterante 37. Ex qua obrreptione, & ſubrreptione; & ex alijs defectibus aparentibus, contra formam & ſubſtantiam prædictarum Regni legum, ad vlteriora proceſſũ eſt. Et ſpecialiter, nullius effectus iudicatum, ad illud exequendum, quia obtentum, & expeditum à Regio Supremo Cameræ Conſilio Regnorũ Caſtellæ, qui ius aliquod in ijs Indiarum Regnis gubernandi, aut Iudicibus, alijsve perſonis præcipiendi, minimè habet. quodlibet enim Regium Conſilium, ſua vtitur facultate, Regio nomine, diſponendi, gubernandi, iuriſdictionemque exercendi, reſpectu Provinciarum, vel Regnorum ſibi addictorum. Extra quæ, cum aliorum Conſiliorum ſint territoria, ſi quid iuſerint; impunè iubentibus non paretur 39. Etſi ergo Princeps ſit qui præcipit; idẽ etiã Princeps eſt qui nec exequitur, nec obtemperat. Vnde Dominus noſter Rex, varijs expeditis Schedulis, in antiquarum corroborationẽ [ex quibus duę fuerunt recopillatæ Indiarum leges] ſtatuit 40. *Que no ſe cumplan en las Indias las provisiones que no fueren firmadas, ni las cedulas que no fueren ſeñaladas de los del Cõſejo de ellas.* Et alia. *Que no ſe cũplã, guardẽ, ni executen en las Indias cedulas, ni otros deſpachos de Conſejo, ni Tribunal alguno, ſin ir paſſadas por el Conſejo de ellas.* Senatus annuit, die vigeſsima ſecunda, Menſis Septembris, Anni 1654.

1 AD *l. ita vulneratus, circa fin. vbi etiam Acurſ. & gloſ. margin. ff. ad legem Aquil. l. locatio 9. §. quod illicita, in fine, ff. de publican.* cum vulgatis.

2. Ita Divus Chriſoſtomus, *in ſermone de Abſalone.*

3. Aſſerit ſic Tertulianus, *lib. 1. contra Marcion.*

4. *Ad l. 1. in prin. vbi gloſ. verbo, daretur, ff. nautæ caupones. gloſ. in prohem. digeſtor. § illud verò, verbo, crimina, l. ſi legationis 25. in fine, vbi gloſ. ff. de iudicijs & gloſ.*

*in*

in l. 1. verbo liberauit, ff. de iure iuran. & cum alijs, Coſtit. 60. Leonis Imperator. tit. quæ pœna caſtratores, poſt prin.

5. L. quicumque 8. §. vniuerſi 3. in fine Cod. de hæreticis, l. ſi operis 14. Cod. de pœnis, Cōſtitutio Leonis Imperatoris 105. tit. ſi Magiſtratus, &c. can. loci 35. in fin. q. 9.

6. Auth. vt omnes obediant iudici. in prin gloſ. in auth. de referendarijs, verbo iuſtitia.

7. Ita Divus Auguſtinus, cap. 22. in Ioſue, relatus in can. 11. 23. quæſt. 4.

8. Can. fin. 23. quæſt. 5. & l. 35. tit. 2. par. 3.

9. Lucæ, cap. 6. verſ. 36.

10. Ad l. proſpiciendū, 11. ff. de pœnis, Cōnſtit. 67. Leonis Imperator. tit. de ijs qui ad hoſtes transeunt, & d. Conſtit. 105.

11. Gloſ. ſupli ium, in auth. de mandat. princip. cap. 6. can. ſed illud 17. 45. diſtinct. can. abſit, 26. diſtinct. 50. can. eſt iniuſta 23. quæſt. 4. can. loci 35. queſt. 9. gloſ. penultim in can. pulchra 18. diſtin. 86. gloſ. margin. in d. l. proſpiciendum.

12. Ad cap. licet, 6. 45. diſtin. can. alligant, 12. in fine 26. quſt. 7. can. penderet 14. in fine, 50. diſtinct. & ibi gloſ. fin. & gloſ. in can. exigunt, 1. quæſt. 7.

13. Ad l. ſi quid 18. in fine principij, ff. de ædilit. ædicto, l ſi bene 33. ff. de vſuris, l ſolet §. 3. ff. de offic. Proconſ. Conſtit. Leonis Imperat. 65. in prin. tit. de plagio, d. Conſtit. 67. de ijs qui ad hoſtes. Caballin. ad Conſtit. ægidian. lib. 2. cap. 1. gloſ. æquitatem Tiraquell. ad l. 15. Connubial. n. 6. Carranza de partu. cap 20. à n. 18. D. Auguſtin. Epiſt. 82. Horatius ad Lollium Epiſt. 18. Ariſtot. etic. lib. 2. cap. 6.

14. Exemplum, in vipera; cuius extrema, noxia valde, & illius venenum, cœtera excedit venena. Sed media, adeò ſolutifera, vt adverſus omnia venena, maximum ſit efficaciſsimum remedium, Buſtamante (Medicus) lib. 3. cap. 3. Martin. Roa (Ieſuita) tom. 2. ſingular. lib. 2. cap. 10. pag. 231.

15. L. 1. in fin tit. 32. par 7. ad l. regulati 4. in fine, l. diui fratres 27. & l ad beſtias 31. cum alijs, vbi Gotofredus, ff. de pœnis, l. 1. in fine ff de quæſt.



quæſtion. In ijs Indiarū Regnis, ex particulari conceſione, Proregibus permititur, in caſibus; ſolummodo, belli aut rebellionis, l. 32. & 33. tit. 3. lib. 4. recopillat. legum Indiarum.

16. Ad l. non omnes 5. §. fin. ff. de re milit. l. 1. §. cum quis 26. verſ. ſed neque paſsim ff de quæſ. gloſ. in l. & conſentaneum 5. Cod. ſi contra ius, l. 1. & fin. tit. 31. par. 7.

17. L. ad beſtias 31. ff. de pœnis, d. l. 1. tit. 32. par. 7. vbi Gregor. Lopez, gloſ. 4. & 5. Iudicē tunc ſuperſedere poſſe in executione ſententiæ (non verò pœnam remitere) vſque quo Principe conſulto, ab eo conſequatur indulgentia, aſſerit.

18. D. l 1. tit. 32. par 7. vbi Gregor. Lopez gloſ. 1. l. abolitio 8. cum ſequent. l. ſi interveniente 12. vbi Gotofred. ff. ad S. C. Turpillia. liter. d. a. & b. De alijs cauſis ad delictorum remiſionem concedendam, Lucas de Penna, ad l. ſi aparitor. col. 7. Cod. de cohartal: lib. 12. Docte Larrea, deciſ. Granatens. 25.

19. L. 1. ibi Perdonando los enemigos, & l. 3. tit. 25. lib. 8. recopill. l. fin. ff. ad S. C. Turpillian. l. 3. Cod. de abolition. ſentit d. l. 32. in fine tit. 3. lib. 4. recopillat. Indiarum. Larrea deciſ. Granatenſ. 26. At cum magna adeſt cauſa, poſſe Principem pœnam remitere reo, etiam in tertij præiudicium, refert Gregor. Lopez, ad d. l 1. tit. 32. par. 7. gloſ. 6. per Anto. in cap. niſi ſpecialis, de officio de legat. Et quando Princeps ex iuſta cauſa ius tertio quæſitum tollere poſſit: videndus Couarrub. de matrimon. 2. par. §. 9. in fine, n. 11. Ant. Gomez ad l. 50. Tauri n. 39. verſ. quinto facit, Suelves, Conſ. 16. num. 11. ſemicent. 1. Suarez, allegat. 12. ex n. 57. Matienzo, dialog. relator. par. 4. cap. 12. ex n. 2. Dixi ego, en el diſcurſo politico del derecho y diviſion de preſas y deſpojos §. 133. al fin. & infra vigilia. 47.

20. Inquit l 2. in prin. tit. 25. lib. 8. recopil. l ſi operis 14. Cod. de pœnis can. eſt iniuſta 23. quæſt. 4. can. loci 35. quæſt. 9. cap. 3. & cap. 5. in prin. de pœnitent & remiſſio. in extrauag. com. Forus Aragoniæ. incip. Como de pocos dias' tit. de crimine falſi, & Forus,

*ex eo, tit. de Appellitu.*

21. Ita ſcriptum, refert, inter alias ſententias, in Sacello Palatij Ducis Florentiæ, *Georgius Drandius, in notis ad Solini memorabilia, cap. 9. fol. 433. M. Tul. Cicero, in Oratio. pro Milone.*

22. Sic gloſa, *in cap. 6. authen. de mandatis princip. verbo ſupplicium.*

23. *In d. l. ſi operis 14. Cod. de pœnis.*

24. *In d. can. eſt iniuſta, in fine, 23. quæſt. 4.* Et quod Princeps pœnam atrocis criminis remitere & indulgere non debet, cum ex ea indulgentia grave damnum & prę-iudicium Reipublicæ inferatur, *ait Divus Thomas, 2. 2. quæſt. 64. artic. 4. & Gregor. Lopez, ad l. 22. tit. 1. part. 7. & l. 1. & 2. tit. 25. lib.* 8. *recopil.* Que ningun perdon aũque ſea del Rey, no aya lugar, ni ſe obſerve en los delictos enormes.

25. *Ad l. aut damnum 8. § 1. verſ. proinde, vbi Gotofredus, ff. de pœnis.*

26. Hiſpanus noſter *Quintilanus* [ex Ciuitate Calagurritana, ſecundum Euſebium, *ab Ambroſio Calepino relatũ*] *Delamatio* 1 *in fine, vt per Gotofredum, vbi proximè. Nouel. 8. in fine præfation.*

27. *Ita Arnobius, lib. 7. adverſus gentes.*

28. *In l fin. ff. de conſtit. princip.*

29 Vt cum alijs refert *Larrea, deciſ. Gonatenſ. 27. num.* 12.

30. *L. 2. §. ſi quis á Principe 16. ff. ne quid in loco publico, l. ſed cum ab hærede* 12. *ff. ad Trebel. l. nec avus 4. Cod. de emancipat. liber Larrea deciſ. 26. n.* 12.

31. *L. 38. in fine, tit. 18. part. 3. & ibi Gregor. Lopez, d. l. 2. in prin. tit. 25. lib. 8. recopil cap. ſuper literis, de reſcriptis, l. vniuerſa. 7. Cod. de diuerſ. reſcrip. l. 2. l. etſi 5. Cod. ſi contra ius, Roland. Cõſ. 34. n. 5. vol. 1.*

32. *L. 1. 2. &* 3. *d. tit. 25. lib. 8. recopil.*

33. *l. 2. tit. 32. part. 7. l. 3. Cod. de generali abolitio.* Vbi gloſa, *illud Ouidij de Ponto*, adfert.

Pœna poteſt demi, culpa perennis erit.

*& l ad tempus* 6. *Cod. de ijs qui notantur infam.*

34. *L. generalis indulgentia 7. l. ſi pater 9. Cod. de ſententiam pacis, l. Lucius* 17. *ff. ad S. C. Turpillian.* Aliter in caſu *l. 10. tit. 33. part. 7. ibi.* En cara que diga que dà ſu gracia à alguno, ò que le perdona, ò le reſtituye lo ſuyo todo, ſe entiende, que debe cobrar todo lo que le avià tomado, è aun la fama, è la honra que ante abia.

35. *L. 1. Cod. de ſententiam paſſis, l. 1. §. de qua 10. in fine, ff. de poſtulando, d. l. 2. in fine, tit. 32. part. 7. d. l. 10. tit. 33. part. 7. l. & qui originem 3. §. ſi in metallum 2. ff. de muner. & honor.*

36. De qua infamia Dixi *in Scholijs ad Commandæ, ſiue depoſiti inſtrum. clauſ. 39. ex n. 27. & ibi additio,* Amici mei D. D. Ioſephi de Niño, Meritiſsimus Sardiniæ Regni, Regens Cancellariam.

37. *Ad l. 3 in fine, Cod. de Epiſcopal. audient.*

38. Nullum fuit indultum; nec [lege Indiarum ſpeciali] meruit executionem, *l. 30, tit. 1. lib. 2. recopil. ibi.* Que las Cedulas en que conſtare que huvo obrrepcion, ò ſubrrepció, ſean obedecidas, y no cumplidas.

39. *Ad l. fin. ff. de iuriſdictio omnium iud. l. 1. Cod. ſi á nõ competen. iudice, l. duum virum 53. Cod. de decurion.*

40. *L. 28. & 29. tit. 1. lib. 2. recopil. leg. Indiarum.*



# Pſephiſmatis XXIV.

# VIGILIA VIGESSIMA QVARTA.

## *DE BENEFICIO, ET EXCEPTIONE cedendarum actionum.*

CEDENDARVM actionum beneficiũ, ius noſtrum propriè condedit debitoribus ijs, quibus ſoluto proprio debito (alterius tamen intuitu, vtilitateve contracto) nulla remanet actio, qua ſolutionis dam-

damnum reportatum, valeāt
reſarcire. Hinc, ſi mandatu
meo, Meuio [ponamus] cer-
tam pecuniæ quantitatē cre-
dideris, mandatique mecum
egeris; non aliter condemna-
ri debeo, quam ſi actiones
tuas quas adverſus Meuium
habes, mihi præſtiteris. 1 Ra-
tio: quia cum mihi nulla in
Meuium ſit actio, aut manda
ti, aut negociorum geſtorum;
æquum, ſtatuit ius, me præ-
fato vti beneficio, vt manda-
tarius creditor, mihi adver-
ſus debendi reum principalē,
acciones cedat. Quas ſi cede-
re renuat, audiendus non eſt
debitum mihi petendo, & re-
pellendus exceptione cedē-
darum actionum 2. Alia itē
æquitatis ratio, ne ſolvente
me, iteratò debitum à Meuio
exigat. Mandatorem ſiquidē
ſolventem, ipſo iure reum nō
liberare, teſtatur Papinianus.
Propter mandatum enim (in
quit) ſuum ſolvit, & ſuo no-
mine 3.

Non idem in fideiuſore,
qui ſolutione ſua, ſe, reumq̄
pro quo fideiuſit, ipſo iure li-
berat 4; cum non tātum ſuo,
quam alieno nomine ſolvat.
Nec diſpar in fideiuſore ra-
tio, quo ad ſuos confideiuſo-
res [ ſecluſo diuiſionis benefi-
cio inter omnes, ex Epiſtola
Diui Adriani, fideiuſoribus
fauorabili 5, dum renuntia-
tur 6, vel minimè apponi-
tur 7, ] qui cum ex ſua ſolutio
ne liberet omnes, & pro debi-
tore, non pro confideiuſori-
bus creditori ſolvat, adverſus
quas nullam mandati habeat
actionem; æquum, ei ſolven-
ti ſubvenire, cedendarum ac-
tionum beneficio, ne pericli-
tetur, 8; [ fieri enim poteſt,
vt alias inutilis, aut periculo-
ſus ſit adverſus debitorem fi-
deiuſoris regreſus, virtute a-
ctionis mandati, vel negotio-
rum geſtorum ] ad quorum
ceſionem, compellēdus cre-
ditor, vel exceptione pręfata
repellendus, ſi vni ex fideiu-
ſoribus ſolidum petat, 9. *Fi-
deiuſoribus* [ inquit Iulianus ]
*ſucurri ſolet, vt ſtipulator cō-
pellatur ei qui ſolidum ſolvere
paratus eſt, vendere cæterorū
nomina.*

At beneficiū huiuſmodi ex
tendere, vt fideiuſori cōpetat
adverſus creditorē agetē; ita
vt ſi non cedat actiones con-
tra debitorē pro quo fideiu-
ſit, removeatur exceptione
ce-



cedendarum actionum: ne-
quaquam eſt ſimili æquitate
munitum. Quandoquidem
fideiuſori expreſa, iuridica, &
efficax, competit actio man-
dati, aut negotiorum geſtorū
contra debitorem, ad reſar-
ciendam ſolutionem, nomi-
ne eius creditori factam 10. Et
dum remedium ſuppetit or-
dinarium, ad extraordinariū
quare recurrendum? 11.

At tamen nec deſtituta eſt
æquitate opinio, vt etiam fi-
deiuſori competat, dum abſ-
que creditoris diſpendio fieri
poſſit 12. *In creditore qui pig-
nus vendidit* (inquit Vlpia-
nus) *tractari poteſt, an re eui-
cta, vel ad hoc teneatur ex em-
pto, vt quam habet adverſus
debitorem actionem, eam præ-
ſtet. Habet autem contrariam
pignoratitiam actionē. Et ma-
gis eſt vt præſtet: cui enim nō
æquum videbitur, vel hoc ſal-
tem conſequi emptorem, quod
ſine diſpendio creditoris futu-
rum eſt.* Quod inquam inco-
mueniēs, in eo quod prodeſt
mihi, nec alteri nocet? Igitur
communis videtur Doctorū
ſententia, vt creditor adver-
ſus fideiuſorem agens, nec ei
actiones cedens, exceptione
cedendarum remoueatur; eo-
dem modo quo repellitur dū
contra mandatorem, vel vnū
ex pluribus fideiuſoribus [ in
ſolidum ] agit, vt ſupra, 13. Id
que firmant Imperatores Dio
clezianus, & Maximianus: *Sicut
elegendi* (aſſerunt 14.) *fideiu-
ſores creditor habet poteſtatē,
ita interceſorem poſtulantem
cedi ſibi hypotecæ, ſiue pignoris
obligata iure, non prius ad ſolu-
tionem (niſi mandata ſuper hac
re fuerit perſecutus) cōuenit vr
geri.* Et nedū actiones, ſed & in
ſtrumenta traddere fideiuſo-
ri, creditor ſimiliter tenetur
15: etiam inſcio & inuito de-
bitore, 16.

Quid ſi in eficaces creditor
reddat actiones? Diſtinguē-
dum 17. Aut ipſo iure, facto
ve inutiles ſunt; aut creditoris
facto. Ipſo iure: quia debitor
pro quo fideiuſit, iam à prin-
cipio ſolvere nō poterat, quia
pauper. Aut interceſit pro pu
pillo, vel alio naturaliter tan-
tum obligato 18. Quibus ca-
ſibus ſuæ ſatisfacit creditor
obligationi, ſi actiones fide-
iuſori cedat, tales, quales, etiā
ineficaces. Imputet namque
ſibi, qui tam incautē fideiuſit,
Siquidem pro illis naturaliter
tan-

tantum obligatis intercedendo; videtur cedendarū actionum beneficio tacitè renuntiaſſe 19. Sin autem creditoris facto inutilis reddantur actiones, vt quia perſonale pactum de non petendo cum debitore fecit: adhuc non poterit ſe exceptione cedendarum fideiuſor conuentus tueri, tamquam ineficaces creditor facto, & culpa ſua, actiones reddidiſſet. Nihil enim ei imputari debet: nec iniurioſus quidquam agit, dum iure ſuo vſus eſt, 20, Niſi id dolo feciſſet malo, amiſſæque apparerēt actiones, intētione lædendi (neutiquam eſt malitijs indulgendum 21.) veluti, ſi poſt petitam ceſſionem, pactum de nō petendo à debitore initum oſtenderetur; vel aliàs de praua creditoris conſtaſſet intentione 22: vt puta, ſi petere diſtulit, dum exigere potuit, & debuit, ne ſua culpabili dilatione, cedēdæ evaneſceret actiones 23. *Dolo eſt,* [inquit Vlpianus] *ſi quis nolit perſequi, quod perſequi poteſt: aut ſi quis nō exigerit, quod exigere ſolet.* Vtraque ergo exceptionem, & doli, & cedendarum actionum, hoc in caſu, fideiuſorem opponere poſſe, credimus 24.

Tertio autem poſeſſori, hypotecaria convento, huiuſmodi cedēdarum actionum exceptionem [fideiuſoribus datam] non competere, aut ex contractu præambulo, aut ex iuris rigore, fatemur. Diſpar enim ratio. Magis ſiquidem ſuccurritur fideiuſori, qui cōtemplatione beneficij cedendarum interceſſit, quam ſimplici poſſeſſori convento hypotecaria, qui poſſeſſionem non accepit hac mente, vt ſibi iura cederentur, ſed potius extra conſiderationem venit intellectus 25. At tamē ei ex ęquitate competere, humanius iudicatur. 26.

Quid & alijs, contra mulierem dotem repetentem? Anaſtaſius Imperator. *Iubemus* (inquit, 27.) *licere mulieribus & pro vno contractu, vel certis contractibus, ſeu pro vna vel certis perſonis ſeu rebus, iuri hypotecarum ſibi competēti, per conſenſum propriū renuntiare: quodque ita geſtū ſit, hac authoritate noſtra firmum illibatum cuſtodiri.* Ex quibus inferunt aliqui: quod ſi mulier contra tertios agat

poſſe-



poſſeſſores de reſtitutione bonorum mariti (quorum hypotecæ non renunciavit) obijci cedendarum actionū exceptionem, minimè poſſe. 28. Sed lex prædicta hoc nequaquam afirmat. Procedere tamen iudicaremus, in tertio bonorum poſſeſſore; non vero in fideiuſore, vel dotis reſtituendæ correo [ex proximè adlata ratione] in quorū perniciem, iuri hypoticario mulier renuntiare nequit, alienationi factæ conſenciens: ideoque, cedendarum actionum exceptio obſtabit ei, 29, cum non poſſit cedere actionem realem, quam à ſe, culpa ſua (alienatione, & renuntiatione) abdicavit. *Si creditor* [aſſerit Papinianus. 30.] *à debitore culpa ſua ceciderit, propè eſt, vt actione mandati nihil à mandatore conſequi debeat, cum ipſius vitio acciderit, ne mandatori poſſit actionibus cedere.*

Verum ſi mulier doloſè liberaſſet hypotecam [promptiores quidem ad fraudes fœminæ ſunt 31.] vt actionem cedere non poſſet: magis eſt illi tertio poſſeſſori ſuffragari, vt [convento] cedendarū actionum exceptione defendatur; ne dum ſi hypotecarum liberatio à muliere facta, poſt litē accidat conteſtatam [tunc enim ius, & factum ipſum, dolū manifeſtant, & improbant] verum etiam ſi ante, dum de fraude appareat 32. Et apparebit ex ipſo quod omnes hypotecas remiſsit 33, vel maiorem earum partem, 34. Ergo actiones vtiliter cedendæ: alias idem eſſet non cedere, ac cedere ineficaces, aut ineficaciter 35. Nam is (dicente Gaio) nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam adverſarij inanis actio eſt.

Senatus tandem, in cauſa Dominæ Ioannæ de Caſtro, contra Gaſparem Coſtilla, pro dote illius pronuntiavit; ne agēdo repelleretur exceptione cedendarum, ob aliquas pignorum hypotecarumque liberationes, ab illa, mariti alienationibus, conſentiendo, factas. Die ſeptima Menſis Septembris, Anni 1651.

Sed in gradu ſupplicationis proſequuta cum herede prędictæ mulieris, inſtantia; contrarium deciſſum. Ait quia de quali quali conſtitit fraude.



de.

de. Aut quia dotis privilegiũ illi competens, ſi in prima inſtantia [dum viueret] locum habuit; in ſecunda tamẽ ſubſiſtere neutiquã potuit. Privilegia namq̃ dotis, vti perſonalia, ad heredes minimè trãſeũt 36. niſi filij, aut eorũ ſint deſcẽdentes 37. Die dezima Menſis Februarij, Anni 1652.

1. ITa I. C. *Gaius*, *in l. ſi quis alicui*, 27. *§. ſi mandatu*, 5. *cum l. ſequet. ff. mandati*, & ſimiliter expreſe I. C. Iulianus, *in l. ſi mandatu*, 13. *ff. de fideiuſoribus.*

2. *L. ſtichum, aut Pamphilum* 95. *§. ſi mandatu* 10. *& §. ſi creditor*, 11. *ff. de ſolutionibus.*

3. *L. Papinianus* 28. *ff. mandati*, conſonat, *l. ſi quid poſſeſſor*, 31. *in prin. ff. de petitio. hæredit. d. l. ſtichum, §. ſi mandatu.*

4. *Ad prin. Inſtit. quibus mod. tol. obligatio, l. cum is* 36. *ff. de fideiuſoribus, l. in omnibus* 43. *d. l. Stichum, §. naturalis obligatio, ff. de ſolution.*

5. *§. ſi plures* 4. *Inſtit. de fideiuſor. l. fideiuſor* 10. *§.* 1. *Cod. eod. tit. l. inter fideiuſores* 26. *l. ſi plures* 27. *in fine, cum l. ſequent. ff. de fideiuſor.*

6. Poteſt quidem renuntiari diuiſionis beneficiũ *Bar. in l. ſi teſtamento* 49 *§. penult. ff. de fideiuſor. per tex. in l. quod favore, Cod. de legibus, & l. penult. Cod. de pactis, l.* 70. *tit.* 18. *par.* 3. *ad Pichardum*, cum alijs latè *in d. § ſi plures ex n.* 13.

7. Beneficium hoc, non ipſo iure, ſed ope exceptionis competit, *d. l. inter fideiuſores, l. ſi contendat* 28. *vbi Gotofredus, ff. de fideiuſor. d. § ſi plures* 4. *Inſtit. eodem.* Ideo ſi antequam petatur, factus ſit confideiuſor non ſolvendo, pars eius ad cœterorũ onus reſpiciet. *d. l. inter fideiuſores* 26.

8. *Ad l. in creditore* 38. *vbi Gotofredus, ff. de euiction. l. mulier in dotem* 19. *ff. qui potior. in pignore.* Nec enim danda actio, nec agere adverſus cõfideiuſores ſuos poteſt, niſi ipſi ceſa fuerit actio á creditore, *l. vt fideiuſor.* 39. *ff. de fideiuſ. l.* 2. *l. cum alter* 11. *Cod. eodem, l* 11. *tit.* 12. *par.* 5. *vbi Gregor. Lopez.*

9. *L. fideiuſoribus* 17. *l. cum is qui* 36. *l ſi fideiuſores*, 41. *§. idem reſpondit, ff. de fideiuſor. d. l. cum alter* 11. *d. l. Stichum, §. ſi mandatu*, 10. *ff. de ſolution. l. ſicut eligendi* 21. *Cod. de fideiuſor. l. mulier* 19. *ff. qui potior. in pignor. l. his conſequenter*, 18. *§. ſi filius familias* 5. *ff. famil. herciſcundæ.* Et licet priuſquam ceſæ fuerint actiones, ſolvat (& ſolutione ipſo iure tollatur, ſiue extinguatur obligatio) non tam data in ſolutum creditur pecunia, eo caſu, quã in pretium venditionis, vel ceſionis iuris, maximè ſi hac intentione conuẽtũ actumve fuerit *ad l. Modeſtinus* 76. *ff. de ſolution. d. l. cum is qui* 26. *ff. de fideiuſoribus.*

10. *L. poteſt* 4. *ff. de fideiuſor. § ſi quid autem*, 6. *Inſtit. de fideiuſor. l. idemque* 10. *§. fideiuſores* 11. *l. ex mandatu* 20. *§. fideiuſori, ff. mandati, l.* 2. *l.* 3. *in fine, l. ſed videamus* 4 *ff. de negotijs geſtis, l. ſi negotium* 16. *Cod. eodem tit. l. indebitam* 47. *ff. de condit. indebi.*

11. *L quædam* 9 *in prin. ff. de edendo l in cauſæ* 16 *ff. de minoribus.*

12. *Ex ratione l. in creditore* 38 *ff de euiction. d. l.* 11. *tit.* 12. *part.* 5. *vbi gloſa* 3.

13. *Et ex Nouel. Iuſtini.* 4. *de fideiuſor. collat.* 1. *poſt prin.* quæ omnes æquat, interceſorum, mandatorum, & fideiuſorũ conditiones, *Bart. Bald. & Doctores, ad leges ſupra, n.* 10. *Pichard. ad §. ſi quid autem, Inſtit. de fideiuſor. n.* 3.

14. *L ſicut* 21. *Cod. de fideiuſoribus.*

15. *L fin. Cod. ad exhibẽdum, l. ſolutione* 18. *ff. eodem, vbi Gotofredus, lit. E. l d ſolutæ* 2. *Cod. de conditio. ex lege Suelves, Conſ.* 46. *n.* 3. *centur.* 1. & expenſis cedẽtis, *vt afirmat.*

16. *Ad l. qui poteſt* 26. *ff. de regulis iuris, & l.* 1. *Cod. de nouation.*

17. Diſtinguit etiam *Ant. Gomez, tom.* 2. *cap.* 13. *de fideiuſoribus, n.* 9. *videndus.* Sed nos aliter.

18. Vt in ſpecie *l. Marcellus, ff. de fideiuſor & l. ſi pupillus* 127. *ff. de verbor. obligation.*

19. *Bar. in l niſi hoc actũ, ff. de pactis*, in prima æditione, *Alexander, in l & hæredi, §. in hys, ff de pactis, n.* 2.

20. *Ad d. l. niſi hoc actũ*

 22. *l.*

22. l. Proculus, ff. de damno infecto, l. nullus 55. ff. de regul. iuris.

21. L. in fundo 38. ff. de rei vendic. l. fin. Cod. per quas perſonas.

22. Ad l. 3. §. quod ait 7. ff. de incendio, d. l. ſtichum 95 §. penult. ff. de ſolution Bal. Conſ. 189. n. 4. lib. 3. Fortius Felin. in cap. de cauſis 4. de offic. iudic. delegat. ita. Limita tertio, quia in præiudicium tertij, prorrogatio non dicitur idem tempus. Pone. Tu cōtrahis cum Sempronio, ego fideiubeo pro eo: venit tempus quo ille debet ſolvere: tu creditor, prorrogaſti tempus vſque ad tempus Paſchatis: poſtea finito tempore, vis exigere à me fideiuſore, quia ille interim effectus eſt pauper; non potes, quia imputabitur tibi, qui prorrogaſti tempus. Hæc ille.

23. Argumento l. vel ei 3. §. geſta, ff. quæ in fraud. creditor. Geſta fraudationis cauſa (ait Vlpianus) accipere debemus, non ſolum ea quæ cōtrahens geſſerit aliquis, verū etiam ſi fortè data opera ad iudicium non adfuit, vel litem mori patiatur, vel à debitore non petit, vt tēpore liberetur, &c. l. ſed etſi lege, §. quod ait Senatus, ff. de petitio. hæredit. ibi. Et ideo ab eo qui ab alio non exigit, vel a ſemet ipſo, ſi tempore eſſet liberatus, peti hæreditatem poſſe: hoc vtique, ſi exigere potuit. l. dolus 44. ff. mandati, ad l. 3. Cod. de probation. Gaill obſervatio. 30. n. 11. lib. 2.

24. Tenet Heringius, tract. de fideiuſoribus, cap. 20. §. 15. à num. 15.

25. Ijs vtitur verbis Baldus, in l. iubemus, Cod. ad Velleian. per tex. in l. Titius Seya ff. de fideiuſor. & ibi etiam tenen Bar Salicetus, Caſtrens. & alij. Idem Caſtrenſ. in l. ſi ſtipulatus, §. duobus, ff. de fideiuſor. Bal. Conſ. 109. quilibet iuſtus poſſeſſor, lib. 3. Aflictis, deciſ. 343. n. 4. Tuſcus, concluſ. 210. n. 9. lit. C.

26. L. mulier 19. ff. qui potior. in pignor. d. l. in creditore 38. ff. de euiction.

27. D. l. iubemus 21. Cod. ad Velleyan.

28. Tenent Bar. Bal. & communiter Doctores, per d. tex. in l. iubemus, & etiā Bar. Caſtrenſ. & alij, in l. Mævia, §. fundum, ff. ſoluto matrimonio.



nio. Socin. Conſ. 200. lib. 2. Bal. Conſ. 189. n. 4. lib. 3. Roman. Conſ. 187. Aflictis, d. deciſ. 343. Tuſcus, dict. concluſ. 210. n. 67. lit. C. & concluſ. 387. n. 2. lit. E Neguſantius, de pignoribus 5. p. 3 membro, n. 31 Heringius, 3. p. cap. 27. n. 26. in eodem tract. de fideiuſor.

29. Bal. ad d. l. iubemus, cum alijs ſupra, n. 25. Socinus ad d. l. 1. col. n. 1. verſ. & pro iſta parte.

30. D. l. Stichum 95. §. penultim. ff. de ſolutionibus.

31. Gloſa margin. in l. omnes 2. Cod. de ijs qui veniā ætat. Dixi in Scholijs ad Commādæ ſiue depoſiti inſtrumēt. clauſ. 30. n. 61. & 62.

32. Alberic. in d. l. iubemus, Speculator, tit. de ceſſione action. verſ. Sed pone habeo debitorem, Bal. Conſ. 189. n. 4 lib. 3. ita. Fallit, quādo dolo malo renunciavit in necem poſſeſſoris, cui ſciebat ſe debere iura cedere, agendo contra eum hypotecaria: nam tunc fortè repellitur, quia dolus & factum, alteri nocere nō debet. Argum. de iuris & facti ign. l. iniquiſſimum. Tuſcus d. concluſ. 210. n. 71. Aflictis, deciſ. 343. n. 5. & 6. & ibi Cæſar Vrſil. n. 1. & quæ ſupra, num. 22.

33. Argum. l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraudem creditor. iuncta gloſa ibi, verbo Vniverſa, & gloſ. in §. item ſi quis in fraudem, Inſtit. de actionibus, vbi Iaſon n. 34 Gregor Lopez, per tex. in l. 7. tit. 15. part. 5. verbo. Todos, Matienzo ad l. 2. gloſ. 1. n. 5. tit. 19. Corneus Conſ. 29. n. 21. vol. 3. Menoch. Conſ. 326. num. 111. lib. 3.

34. Ex gloſ. verbo omnis ſubſtantia, in l. nomen, §. filio, ff. de legatis 3. vbi Bar. n. 2. & in l. poſt contractum, ff. de donation. Maſcard. de probatio. concluſ. 559. n. 2. Gregor. Lopez, & Matienzo, vbi proxime, argumento l. propter litem, ibi. Niſi fortè de omnibus bonis, aut plurima parte eorum controverſia ſit. ff. de excuſatio. tutor. & §. item propter litem, Inſtit. eodem tit.

35. L. quamuis, §. Marcellus, ff. ad S. C. Velleyan. l. nam is 6 ff. de dolo malo, ad hoc Marcialis, iocosê, lib. 2. epigram. 3. ita.

Sexte nihil debes; nihil debes Sexte fatemur.

Debet enim ſi quis ſolvere, Sexte, poteſt.

36. *Ex l. vnica, de priuilegijs dotis, §. fuerat autem 20. in fine, Inſtit. de actionibus,* communem ſententiam tenent plures relati á Gutierr. *allegat. 11. n. 3. Petrus Barboſa, in l. 1. p. 6. n. 13. & 14. ff. ſoluto matrimon. Iaſon in l. ſi conſtante, in fine, ff. eodẽ titulo.*

37. *Anton. Gomez ad l. 50. Tauri, n. 45. Pichard. ad §. fuerat autem, Inſtit. de action. n. 48. Surdus Conſ. 131. á n. 29.* cum alijs per Suelves, *Conſ. 13. n. 24. ſemicenturia 2*

# Pſephiſmatis XXV.

# VIGILIA VIGESSIMA QVINTA.

## *De IVRISDICTIONE LOCVM TEnentis Gubernatoris Prouinciæ: & de appellationibus á delegato vel ſubſtituto, ad delegantem vel ſubſtituentem.*

GUBERNATOR Prouinciæ de Venezuela, quærellã quãdam criminalem ſibi á parte oblatam, ſuo remiſſit Locum tenenti: qui poſtquã aliquantulũ proceſſit in cauſa, eam [quia iuris peritus nõ erat] advocato cuidam, qui tunc temporis iudex ordinarius erat [hoc eſt, *Alcalde*] commiſſit. Hic, ſententiam in cauſa protulit difinitiuam. Appellavit actor ad Regiam Chancellariam. Reus petijt, cauſam appellationis, Gubernatori, vt iudici legimo ad quem, remitendam eſſe. Iudex appellationi detulit actoris. Cauſa ab eo introducta in Regia Audientia, oppoſitum fuit de nullitate ſententiæ, ex defectu iuriſdictionis, iure nec ſervato, & maximè de legitimo



gitimo appellationis recurſu [reo contrarium aſſerente] allegatum, ex ſequentibus.

Locumtenentes, vicarios, ſubſtitutos, & vices gerentes omnes, qui ſint ordinarij, & ordinariam exerceant iuriſdictionẽ, ſolus Princeps creare poteſt, per ſe, vel per miniſtros, quibus huiuſmodi fuerit impartita poteſtas, vt ſubſtitutos, aut locumtenentes ſibi iudices nominent ordinarios 1. Duobus etiam caſibus ordinarius iudex, iure, iuſteque, ſubſtitutum ordinariũ iudicem creat: nempe infirmitatis, & iuſtæ abſentiæ. Quod & facere poſſunt [vti tales] Correctores Ciuitatũ, Gubernatores, & Prouinciarum Præſides. Extra quos tamẽ caſus, ſi locumtenentem, per ſe, faciant; non ordinariũ, ſed potius iudicem creabunt delegatum, etiam ſi ad vniverſitatem cauſarum 2. Locumtenens ergo Gubernatoris [qui ad Legati Proconſulis Prouintiæ inſtar, nunc conſiderari poteſt] non iudex ordinarius, ſed delegatus erit 3: quia nec lex ei defert iuriſdictionẽ, nec expresè Princeps; ſed eam à Gubernatore habet mandatam, cuius fungitur vices 4, & ipſius nomine ſentẽtiam profert 5. (*Solet Prætor* aſſerit Vlpianus) *iuriſdictionem mandare: & aut omnem mandat, aut ſpeciem vnam, & is cui mandata iuriſdictio eſt, fungetur vice eius qui mandavit, non ſua.* Et Pomponius. *Legati Proconſulis nihil proprium habent, niſi à Proconſule eis mandata fuerit iuriſdictio.* Papinianus item *Qui mãdatam iuriſdictionem ſuſcepit* [idem eſt mandatam, quod delegatam 6.] *propriũ nihil habet, ſed eius qui mandavit iuriſdictione vtitur.*

Nec obſtat quod Locumtenentes à Principe confirmentur, in Supremo Conſilio, ſiue in Regia Chancellaria, ex legum Regni, Indiarumque diſpoſitione, 7, vt ex eo iuriſdictionem propriam à lege, vel à Principe habere credamus. Aliud enim eſt deferre principaliter iuriſdictionem: aliud vero mandatam ab alio confirmare. Qui confirmat, nõ dat quidem principaliter, vt oportet; cum non ſit prima & immediata cauſa: *quia* (inquit Paulus) *nec principaliter ei iuriſdictio data eſt, nec ipſa*



*lex*

*lex defert, ſed confirmat mandatam iuriſdictionem* Minor ergo valde eſt à lege confirmata iuriſdictio, quàm principaliter lege data 8. Vnde cum propriam nó habeat iuriſdictionem 9, eam Locumtenens prædictus, ſubdelegare minimè poterit. A iudice iudex delegatus [aſſerit Gordianus Imper. 10.] iudicis dádi poteſtatem non habet, cũ ipſe iudiciario munere fungatur: niſi à Principe iudex datus fuerit. Et I. C. Iulianus 11. More maiorum [ait] ita cóparatum eſt, vt is demum iuriſdictionem mandari poſſit, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio habet.

Nec contra verba prædicta, *iudicis dandi poteſtatem non habet*, ſunt quæ Paulus profert, dum aſſerit 12. *Legatus mãdata ſibi iuriſdictione, iudicis dandi ius habet.* Et alibi: *Js quoque cui mandata eſt iuriſdictio, iudicem dare poteſt, vt ſunt legati Proconſulum.* Nam (Acurſij inſuper habita ſolutione, qui in alijs codicibus verbum negativũ *non*, adeſſe adſeverat) reſpódetur, ſpeciale hoc eſſe in Proconſulis Legato, vt vnam aut aliam tantum cauſam [& etiã tamquam ad vniverſitatem cauſarum delegatus] poſsit ſubdelegare 13. Non dicam *mandare*, vel *demandare*, vt aſſerit Gloſa. Siquidem is ſolummodo mandat, qui propriam habeat iuriſdictioné, non qui eam non ſuam habet ſed [vt ſuperiùs dictum] vi° ces in ea fungitur mandantis.

Ex quo elucet ratio, quare mortuo Correctore, aut Gubernatore, finiatur etiam Locumtenentis iuriſdictio: quia cum non ſuam habeat, ſed alienam, mortuo delegante, ſpirat etiam delegatus ab illo dependens 14; & cum reſolvatur, ſiue reducatur ad non eſſe dantis ius, ad ipſum quoque & accipientis reducetur. Abſurdum quippe videretur, minus validum, maiori prędìtum eſſe diuturnitate, magisq́ validum, duratione, ſuperare 15. Igitur mãdata iuriſdictio, mandantis morte extinguitur 16: quidquid aliqui reclament 17; quorum opinio [etſi ſuo caſu locum habere poſſit] vltra prædicta, ex ipſamet, quam allegant, legis Regni diſpoſitione, refellitur. Nam ſi vacante Correctoris

ris



ris officio, eius Locumtenens, nova ex lege indiget commiſione ad iuriſdictionem exercendam: ergo abſque ea, nullatenus poterit exercere.

Hinc eſt, quod Proconſul, vel Gubernator Provinciæ, qui propriam iuriſdictionem Legato, aut Locũtenẽti dedit, ſiue delegavit; vt & liberum ei fuit illam non mandare, ita etiam datam adimere, poteſt, teſtante Papiniano 18; cui lex noſtra Indiarũ adherere videtur, dũ aſſerit *Que los Governadores nombren los Tenientes que huvieren de tener: y los puedan quitar y remover, ſin que las Audiencias ſe entremetan en ello, ni ſe lo impidan, ni buelvan à poner.* Delegare enim eſt, ad vſum concedere, ſicut delegata dicitur pecunia. Et iuriſdictio delegata (vti præcaria) ſolo concedentis placito ſuſtinetur. Ideo mandantem illam, ius ipſum retinere, patet: nam ſi transferret, nihil amplius reſervatum haberet, cuiꝰ virtute, iam ſemel datam revocaret 19. Quid ergo mirum ſi Legatus, etſi iudicem det, vel ad vnam tantùm cauſam ſubdeleget; nequeat tamen alienam [non ſuam] mandare iuriſdictionem.

Enim vero, non medica ineſt diferentia, inter inter *mandare iuriſdictionem*, & *iudicem dare* (etſi communi aliquo errore confundi ſoleant 20:) nã illa ſtrictior; hęc amplior facultas eſt. Mandat iuriſdictionem, qui iudex eſt, vel Magiſtratus [ordinarius 21] & propriam eam habet, quam delegat omnem, vel ſpeciem aliquam, ipſiusve loco aliquem cauſarum generali cognitioni præponit. Iudicem vero det, qui vnam aut alteram ſpecialem cauſam, ex ijs quæ ipſius ſubſunt cognitioni, alicui committit, aut delegat: attamem iuriſdictionem minimè transfert, quam propriam non habet; ſed cauſam (quæ iã eſt in eſſe) apud datum iudicem, excitat, aut proſequitur 22.

Nec ſimiliter obſtant ab aliquibus traddita. Aſerunt enim, hos Locumtenentes, nó delegatos, ſed ordinarios iudices eſſe 23. Nam contrarium, ſaltem de iure, ex prædictis, & aliorum Doctorum authoritate 24, veriùs apparet: nullaque Regni lex id expræſs ê

præſs ê

præſsè præcipit, aut abſoluté declarat. Verba ſiquidem illa [quibus adhęrent] *Se les mãde, y encargue de nueſtra parte, que tomen, y tengan conſigo Tenientes Letrados, de ciencia y experiencia* 25. Non iubet Correctoribus, vt Locumtenentes nominent; ſed quod (vbi nominandi fuerint) ſint literati, ſcientia & experientia præditi. Vnde præceptũ non eſt de nominando, ſed de qualitate in Locumtenente interuenienda, hoc eſt, *Letrado de ciencia y experiencia.* Alia item lex, ibi. *Emperadores, ò Reyes que han poder de poner aquellos que ſon llamados ordinarios. E eſtos tales non los puede otro poner, ſi nõ ellos, ò otro alguno, à quien ellos otorgaſſen ſeñaladomente poder de lo facer por ſu carta, ó por ſu priuillego.* Non aſſerit quod Locumtenentes, ordinarij iudices ſint: ſed quod ij quibus facultas datur per reſcriptum, vel Principis priuilegium, ſpecialiter, iudices cõſtituendi ordinarios; poſsint eos creare. Ergo Gubernatores & Correctores, quos creãt *Tenientes*, iudices poſſunt facere, & faciunt ordinarios? Peſima dialectica.

Inſuper etiam aſſerebat pars, Gubernatorem non potuiſſe, nec poſſe Locumtenẽti ſuo (quemadmodum, nec Proconſul Legato, nec iudex etiam ordinarius) merum Imperium, criminales cauſas, & gladij poteſtatem commitere: quæ nec in generali delegatione cõprehendi, nec particulariter delegari poſſunt (duobus illis exceptis caſibus ſupra adductis 26.) Ad quod Papinianus 27. *Veriús eſt enim more maiorum, iuriſdictionem quidem trãsferri, ſed merum Imperium quod lege datur, non poſſe tranſire. Quare nemo dicit animadverſionẽ legatum Proconſulis habere mandata iuriſdictione, Paulus notat.* Itidem Ulpianus, & aſſerit. *Nec enim poteſt quis gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuius alterius coercitionis ad alium transferre: nec liberandi igitur reus ius (e[illegible] a[illegible]us) habet, cum accuſari apud eum nõ poſsint.* Poſſunt tamen prædictæ delegari cauſæ, vt eas Locumtenens vel Legatus audiat tantum, non vero vt iudicet, aut difinitiue pronuntiet: ſed vt in ſtatu ſententiæ ad ordinarium



narium ſuperiorem delegantem, remitat iudicandas 28. Ita Conſtantinus Imperator. *Legati non ſolum ciuiles, ſed etiã criminales cauſas audiãt: ita vt ſi ſententiam in reos ferendam prouiderint, ad Proconſules tranſmitere non morentur.* Et Venuleius. *Si quid erit quod maiorem animadverſionem exigat, reijcere legatus apud Proconſulem debet, neq; animaduertendi, vel atrociter verberandi ius habet.* Igitur Locumtenens prædictus, nõ iudex ordinarius, ſed delegatus eſt: cui ſi Gubernator cauſam criminalem, iuditio ſuo decidendam commitere non potuit; a fortiori nec ipſe Locumtenens, legatus, & delegatus, præfato advocato cauſam illam iudicandam commitere, vel ſubdelegare potuit, abſque incurſu clariſsimæ nullitatis. *Ca ſi ellos* [inquit lex Regia 29] *por ſi non los pueden librar, non avrian poder, de mandar á otro que los libraſſe.*

Uerum quo ad appellationem fatemur, in ſubdelegato cauſæ particularis (quando ſubdelegari poteſt, & quando abſq̃ reſervatione aliqua, vt in preſẽtiarũ delegata eſt) non appellari ab eo, ab ſubdelegantem; ſed ad primum delegantem 30. Et à delegato iudicis ordinarij in cauſa particulari, ad ipſum iudicem ordinarium delegantem 31. Si autem ab eodem delegatus eſt iudex ad Vniverſitatem cauſarum: tunc non ad ipſum ordinarium appellatio interponenda, ſed ad ſuperiorem ordinarij iudicem 32. Sic Iuriſconſulti Vlpiani intelligẽda verba, *Ab eo cui quis mãdavit iuriſdictionem, non ipſe prouocabitur. Nam generaliter is erit prouocandus ab eo cui mandata eſt iuriſdictio, qui prouocaretur ab eo qui mandavit iuriſdictionem.* Vbi verba illa, *mandavit* & *mandata iuriſdictio*, ſupponunt textum non loqui [vt perperam ſentit gloſa] de legati ſubdelegato, ad vnam cauſam; ſed de delegato, vt eſt Locumtenẽs Gubernatoris, in omni Prouincia: aliâs enim, impropriè dixiſſet lex, in prædicto delegato, *mandavit iuriſdictionem*, cum [vt iam ſepè dictũ eſt] ſolummodo is poſſit eam mãdare, qui propriam habet: nõ vero qui delegatam. Ergo à Lo

Locumtenente Generali ad Gubernatorem appellari non poteſt, 33.

Non obſtat textus Venuleii Saturnini Iuriſcõſulti; *Appellari (ait) à legatis Proconſul poteſt: etſi multam dixerit, poteſt de iniquitate eius Proconſul cognoſcere, & quod optimum putauerit, ſtatuere* 34. Nam ſpeciale hoc in huiuſmodi Legatis [præter iura prædicta] in illo, & alijs caſibus: non in omnibus, nec regulariter 35. Et ſimiliter nõ obſtat, quod à iudice *(Alcalde)* ordinario, ad Correctorẽ Ciuitatis appelletur, ex diſpoſitione permiſſiua legis Indiarum, aſſerentis 36. *Que los Alcaldes mayores no conozcan de lo que los Alcaldes ordinarios huvieren començado à conocer, ſino por appelacion.* Itaque, ſi in iudice ordinario hoc, melius in Locumtenente delegato, & faciliùs in ſubdelegato prædicto. Nam reſpondetur: etſi hoc procedere fateamur lege ſpeciali, quo ad præfatos *Alcaldes ordinarios*; iuribus relatis obſtantibus, non idem erit abſolutè dicendum de Locumtenente generali. Nec incombeniens, immo prorſus iuri conſentaneum, vt de iudice inferiori ordinario, ad alium iudicem ordinarium ſuperiorem appelletur. Vltra quod, ſicut illud conſuetudine approbatũ invenimus; ita & iſtud. Et in materia appellationũ, multum conſuetudini deferendũ 37. Cœterum, quod etſi ſupponamus iure appellari poſſe a Locumtenente [ſicuti ab ipſius alio ſubdelegato] ad Gubernatorem Prouiciæ: adhuc tamen ad prędictam Regiam Chancellariam, legitima fuit interpoſita appellatio. Cum certum ſit, tam iure Regio, quam Pontificio, poſſe omiſſo medio ad Principem (in Regijs Chancellarijs) appellari: ita Regia lex, & intelligenda ſic 38. *Pero ſi alguno quiſieſſe luego tomar la primera alzada para el Rey, ante que paſſaſſe por los otros juezes, dezimos que bien lo puede facer.* Quidquid de iure Cæſarum ſit 39.

Hæc tamen, etſi iure inſpecto communi, planiſsima habeantur, pro vt habentur, & ſunt: hodie tamen Correctorum Locumtenentes ab eis nominati, virtute Regij tituli ad



ad id expediti, non delegati, ſed ordinarij iudices reputãtur, ordinariamque exercent iuriſdictionem, quemadmodum & Correctores ipſi [pręſertim ſi iuriſperiti, prædicti fuerint Locumtenentes] nõ ſolum conſuetudine vniverſali, ſcientia & conſenſu Principis, eiuſque Supremi Conſilij: ſed & Regia diſpoſitione, legis interventu 40. Maximè ſtatuente Domino noſtro Rege Philippo Quarto, nouiori pragmatica Matriti expedita, die vigeſsima ſeptima Iunij, Anni 1632. (quæ nũc recopillata eſt 41) quod Locumtenentes Correctorũ, qui olim à Supremo Camerę Conſilio nominabantur, ſiue creabantur (ex alia pragmatica Anni 1618) poſtea ab ipſis Correctoribus crearentur. Vnde Corrector ad Regiam hanc nominationẽ ſubrrogatus, proculdubio Locum tenentem, iudicem facit ordinarium: pro indeque, ordinariæ iuriſdictionis exercitiũ illi impartitur. Inde eſt, quod deficiente Correctore, vacanteque eius officio, Locumtenentis iuriſdictio non ceſat; immo continuatur legis diſpoſitione 42, ipſa eademq́ eſt, & eiuſdem qualitatis (ordinariæ) quæ erat exiſtente Correctore, & dum ab ipſo exercebatur iuriſdictio.

Corrector ergo (iuridicè loquendo, vt ſupra) nec mandat, nec dat Locumtenenti ſuo iuriſdictionem; ſed comitem ſibi adſciſcit [electione mediante] ad eius exercitium. Ideo ęqualis iuriſdictio, ad omnes cauſas, etiam ſanguinis 43. Tribunal quoque vnum & idem, reſpectu ordinariæ iuriſdictionis: ita vt, ab vno ad alium, appellari minimè poſsit 44.

Et quamuis fateamur, Locumtenentem Gubernatoris, ſiue Correctoris, alium per ſe non poſſe creare Locumtenentem, nominare ſubſtitutum, aliamve commiſionem dare, vt iudicialia quæque agat, vel exequatur [etſi frequenter tolleratur] cum hoc ad Gubernatoris, vel Correctoris pertineat arbitrium 45. Tamen, in occurrenti caſu, remiſionem potiùs, quam cõmiſionem reputamus, illam factam per Locumtenentem, advocato iudici *(Alcalde)* ordinario: qui quomodocunque

que

que potuit, & debuit in cauſa procedere, iam remiſio, iam vero commiſio ſit. Primo caſu, iure propriæ iuriſdictionis in ſubditos delinquentes. Secundo, ipſius etiam iuriſdictionis virtute. Quippe commiſio á ſuperiore, iudici ordinario data, ad rē ſeu cauſā aliás ſuæ ordinariæ iuriſdictioni ſubiectam; ei præiudicare nullatenus cenſetur: ita quod ea in cauſa, ſemper (dum cōtrarium non ſtatuatur, ceu expreſsé appareat) vti iudex ordinarius procedere videtur 46.

Ex prædictis tandem, (& alijs ſeduló omiſis,) Senatus declaravit, nullitati locum non eſſe; bené appellatum, & malé pronuntiatum, iudicis á quo ſententiam revocando, & in melius redigendo. Die 17. Auguſti, Anni 1651.

1. *CAn. á iudicibus, §. quod de arbitris, 2. quæſt. 2.* cum alijs ſupra, *vigilia 22. n. 14. l. 2. tit. 2. part. 2. l. 1. tit. 9. lib. 3. recopill. Maranta. pract. part. 4. distinctio. 5. n. 18.*

2. *Ex Auth. de collation. §. ad hec ſancimus, in fine, & Bar. in l. obſervare, ff. de officio Proconſulis, l. prætor. 17. & ibi gloſa, ff. de iuriſdic omnium iud. l. 17. tit. 4. part. 3. Maranta, d. distinctio. 5. n. 12. 17. & 18. Gotofredus, ad Nouel. 8. cap. 4. lit. I.*

3. Refert ex Cæſar. Coſta, *variar. ambig. lib. 2. cap. 10. Morla. in Empor. iuris, tit. 2. de iuriſdictio. quæst. 15. in fine, ad Bobad. polit. lib. 1. cap. 16. num 11.*

4. *L. 1. & §. qui mandatam, l. ſi prætor, 3. ff. de officio eius, l. ſolent 16. ff de iuriſdict. o omni. iudic. l. legati 13. ff de officio Proconſulis Maranta, d. diſtinctio. 5. n. 4.*

5. *Ex Scipione Gentil, lib. 2. de iuriſdictio. cap. 23. Oſualdus ad Donel, lib. 17. coment. cap. 8. lit. K.*

6. *Gloſa în d. §. qui mandatam, per l. fin. ff. de offic. eius.*

7. *L. 22. l. 29. l. 30 & ſequent. tit. 4. lib. 4. recopill. legum Indiarum, & l. 10. & 11. tit. 5. lib. 3. recopill. Castellæ.* Hodie ex nova diſpoſitione, promulgata á Domino Rege noſtro Philippo Quarto, *Matrit. 27. Iunij, Anni 1632.*



*1632.* quæ eſt iam recopillata, *l. 26. fin. tit. 5. lib. 4. legum Caſtellæ*, ſtatuitur non eſſe neceſſariam confirmationē Locumtenentium Correctorum, ab eis nominatorum, in Regio Conſilio. Sed ſuficere, vt in eo iurent.

8. *Tex. in l. & quia 6. ff. de iuriſdictio omnium iud. ita Gotofredus, ad d. l. 6. ibi.*

9. Tenet contra Cuiatium *Oſualdus Illiger. ad Donel. d. cap. 8. líteris n. n. n.*

10. *In l. á iudice 5. Cod. de iudicijs, l. 10. in prin. tit. 4. part. 3.* Et quando á lege, vel Principe facultas iudicis dandi conceditur: is qui nominatur, ad acceptandum [perſonæ electæ habita conſideratione] compelli poteſt, *per cap. paſtoralis 28. de offic. iud. delegat.* & intellige vt *in l. vnica, Cod. qui pro ſua iuriſdictio. & gloſ. l. eum, qui 13. ff. de iuriſdict. omni iudic. Maranta vbi ſupra, n. 50. Oſualdus, ad Donel. d. lib. 17. cap. 8. litera, n. & infra vigil. 48.*

11. *L. more 5 ff. de iuriſdict. omn. iud.* Quod delegatus ad vnam cauſam, poſt litem apud ſe conteſtatam, poſſit eam commitere, & ſubdelegare, *Morla, d. tit. 2. de iuriſdictio. quæſt. 15. n. 8. ex gloſ. in l. & quia, verbo, nec in fine, ff. de iuriſdiſdict. gloſ. in d. l. á iudice, verbo, dandi, & gloſ. in l. fin. verbo* non habēt. *Cod. vbi & apud quem.* Eo modo quo poſt litis conteſtationem procurator, ſubſtituere poteſt, cum litis dominus iam effectus ſit. *ad l. quod quiſque 8. l. neque 11. §. iſi, l. nulla dubitatio, 23. Cod. de procurator.*

12. *In l. legatus 12. ff. de officio Proconſ. & l. cum prætor 12. §. is quoq; ff. de iudicijs.*

13. *Per l. 1. vbi gloſa, & Bar ff. qui & á quibus appelletur, gloſ. in d. l. legatus, cap. cum cauſam, de appellatio. cap. ſuper quæſtione, §. ſi verò, de officio delegat.* Ex comuni ſētentia relata á *Couarrub. variar. lib. 3. cap. fin. n. 11. Maranta, d. distinctio. 5. n. 27. in fine.* Non tamen omnem ſubdelegare poterit iuriſdictionem, *Oſualdus ad Donel. d. lib. 17. cap. 8. lit m ex Hoſtienſ. ad tit. de officio delegati, §. quis poſſit*, tenet *Alexander, in d. l. á iudice*, refert *Maranta, d. diſtinction. 5. iudicium ordinarium, vel delegatum, n. 55*

Et

Et ſi ad vnam cauſam eſt delegatus, hanc ſubdelegare minime poterit, *d. l. Legatus*. Niſi vt ſupra *proxime n. 11*. cum verum illud.

14. *Donelus, d. lib. 17. com. cap. 8. in fine, & ibi Oſualdus. literis, o. o. o. Couarrub. pract. quæſt. cap. 4. n. 4.* Et ſi heſitando aſſerat. Idcirco nō auderem aſſeverare, mortuo Civitatis Correctore, minimè expirare Vicarij ab eo conſtituti poteſtatem. *Infra tamen, noſtræ adhærendo propoſitioni, ita reſolutiuè loquitur.* Denique Regia lege, quæ extat inter Philippi 2. Regis noſtri Conſtitutiones, lib. 3. tit. 5. l. 7. conſtat, vacante Correctoris officio, eius Uicarios, nullam poſſe exercere iuriſdictionem, eorumque officium ceſſare, eoſque ad iuriſdictionis vſum, Regia & nova commiſſione indigere.

15. *Ad l. 3. ff. ſi vſusfructus petatur.*

16. *Oſualdus ad Donel. d. lib. 17. commentar. cap. 8. literis, ggg. & ooo.*

17. *Auendaño de exequend. mand. p. 1. cap. 3. n. 2. Anthor Curiæ Philip. part. 1. §. 4. n. fin.*

18. *L. ſolent 6. verſ. ſicut ff. de officio Proconſ. vbi gloſ. l. iudicium 58. ff. de iudicijs, conſonat l. 21 tit. 4. part. 3. Author Curiæ, d. part. 1. §. 4. num. 10. l. 29. tit. 4. lib. 4. recopill. legum Indiar.* Sed non removetur ſine iuſta cauſa, *vt latiùs ſupra vigilia 47.*

19. *Ita Oſualdus ad Donelum d cap. 8. lit. k. & lit. m. m.*

20. *Vt Oſualdus vbi proximè, lit. m.*

21. Magiſtratus appellatione, ordinarij intelliguntur iudices, non verò delegati, *l. 1. l. 3. ff. quis & à quo appel. ad l. properandum, 12. in prin. Cod. de iudicijs, Maranta, vbi proximè d. diſtinc. 5. n. 49.*

22. Notat *l. 19. verſ.* mas los otros, *tit. 4. part. 3. Couarrub. d. lib. 3. vari cap. fin. n. 11. verſ.* eſt tamen *Morla, d. tit. 2. quæſt. 15. n. 15.* Si cauſa per ſuperiorem committatur ordinario iudici [quę aliàs ad eius expectabat iuriſdictionem] nō reputabitur delegatus, ſed ordinaria illius iuriſdictio excitata *Oſualdus, d. cap. 8. lit. ggg.* Fallit, ſi in cōmiſſione iuriſdictio illa, in aliquo alterata fuerit: nam tunc non excitata iuriſdictio; ſed delegata ceſſebitur, *ad tex. in authen. vt nulli iudicum, §. & hoc vero, col. 9. & Felin. in cap. licet, de officio ordinarij, Maranta, d. diſtinct. 5. n. 77. Autor Curiæ, d. part. 1. § 4. n. 4.*



23. *Bobadilla, politica. lib. 1. cap. 16. n. 44. & cap. 12. n. 36. eiuſdem lib. 1. Couarrub. lib. 3. variar. cap. 20. n. 4. & pract. quæſt. cap. 4. n. 4. Author Curiæ d. §. 4. n. 3.*

24. *Alexander, ad rubricam, ff. de officio eius, Gregor. Lopez ad l. 2. tit. 4. part. 3. gloſ. 1.*

25. *L. 10. tit. 5. lib. 3. recopilat. l. 2. tit. 4. part. 3. recopi lata in l. 1. tit. 9. eiuſdem lib. 3.*

26. Hoc eſt, iuſtæ abſentiæ, vel infirmitatis. *per ea quæ ſupra, n. 2. Couarrub. variar. lib. 3. cap 20. num. 2. verſ. deinde ea.*

27. *L. 1. §. qui mandatam, ff de officio eius, l. ſolent 6. in prin. ff. de officio Proconſul. l. 17. tit. 4. part. 3. Maranta d. diſtinct. 5 n. 66. verſ. ſed delegans.* Qui *n. 77.* contrarium de iure canonico procedere ait *ex cap. quod ſedes, & ibi gloſa, de officio ordinarij, & gloſ. in Clementi. 1. de officio delegati.* Verum ſi vicario generali Epiſcopus cauſas cōmiſerit criminales, de eis cognoſcere poterit: & in jis, nō ordinarius, ſed delegatus iudex erit, appellabiturque ab eo, ad Epiſcopum; ac ſi Foraneus vicarius eſſet, hoc eſt, vicari⁹ in vna parte, aut loco Diœceſis conſtitutus. *De quo latè Marant, d. diſtinctio. 5. n. 14. 15. & 16. Couarrub. pract. quæſt. cap. 4. n. 8.*

28. *L. vnica, Cod. de officio Proconſulis & Legati, l. 17. tit. 4. part 3. l. ſi quid, 11. ff. de officio Proconſulis.*

29. *D l. 17. tit. 4. part. 3.*

30. Per tex. *in cap. ſuper quæſtione, §. porro, vbi gloſa, & Abbas, de officio delegati, Maranta, d. diſtinctio. 5. n. 28. ad medium,* [ vbi ſecus eſſe, *ait*, ſi partem aliquam ſibi delegatus reſervaſſet ] *& p. 6. actu 2. de appellatione, num. 378. & 380.*

31. *L. 1. in prin & l. fin. ff. quis & à quo appellet.*

32. *D l . § ab eo, ff. quis & à quo appelletur. Couarrub. pract. quæſtio. cap. 4. num 8.*

33. Nec à particularibus Locumtenentibus in Regni Caſtellani Provincijs, appel-

latur ad Præſides, vel ad Pretores; ſed ad ipſum Regem, *Covarrub. d. cap. 4. n. 8. verſ. ſed & Carolus, in fine.*

34. *In l. appellari. 2. ff. quis & à quo appelletur.*

35. *Oſualdus ad Donel. d. cap. 8. literis n. n. n.*

36. *L. 55. tit. 4. lib. 4. recopillatio. legum Indiarum.*

37. *Maranta, d. actu, 3. de appellatione, n. 374.*

38. *L. 18. tit. 23. part. 3. l. 23. tit. 9 par. 1. l. 12. tit. 5. lib. 2. recopil. cap. ſi duobus, & cap. ſolicitudinem, de apellation. can. ad romanam, 2. quæſt. 6. Maranta, d. actu 2. n. 369. Couarrub. d. quæſt. 4. n. 9.*

39. *L. Imperatores, ff. de appellationibus.*

40. *Ad l. 10. l. 11. l. 22. & l. 26. tit. 5. lib. 3. recopillat. Bobadilla, politic. lib. 1. cap. 16. n. 4. 27. & n. 44. cum alijs ſupra, vigilia 47. n.*

41. *L. fin. tit. 5. lib. 3. recopillat.*

42. *L. 7. tit. 5. lib. 3. recopillatio. notat l. 27. tit. 5. lib. 4. recopillat. Indiar Bobadilla, polit. lib. 2. cap. 16. n. 145.*

43. *Ex A i'es in cap. 4. Pretor. gloſa juſticia, n. 2. & Caſaneo in catalogo gloriæ mũdi, part. 7. conſiderat. 25. poſt prin. Bobadilla, polit. lib. 1. cap. 12. n. 6. & n. 36. & 37.*

44. Proſequitur *Bobadilla, d. cap. 12 n. 36 37. & n. 38.*

45. *Idem Bobadilla, d. cap. 12. n. 21.*

46. Faciunt ad ea, *l. 18. & l. 20. tit. 1. lib. 2. & l. 8. cũ l. 11. tit. 14. lib. 4. recopillatio. leg. Indiar. Author Curiæ, part. 1. §. 4. juriſdiccion, n. 4. & 5.* & quæ ſupra proxime adduximus, *n. 22.*

Pſe-



# Pſephiſmatis XXVI.

# VIGILIA VIGESSIMA SEXTA.

## ABSENS COMVENIENDVS, AN *præciſsè in perſona citandus; an verò defendendus?*

REVM IN IVdicio poſtulatum, nec tamen citatum, (vti indefenſum) inauditum condemnare; iniquum reputatur. Divinum enim & naturale iùs violatur 1. Niſi adhibitis iuris remedijs occurratur: nempe ſi perſonaliter nõ inveniatur citandus, aut quia latitat, vel negotijs occupat⁹, rurive, aut extra domicilij locum verſetur; tunc (premiſſa perquirendi eum diligentia) ſuficiat ad domum citatio 2. Hoc autem, ſi prima eſt: nam aliæ ſubſequentes citationes, etiam ſine prædicta rei perquiſitione, directò in ſuæ habitationis domibus, fieri iure poſſunt 3. At ſi domi nemo reperiatur; vicinis facienda denuntiatio 4. Quod & comprobat Regia lex, in cauſis executivis 5. *Dados los dichos pregones, ſea citado el deudor para el remate, en ſu perſona. ſi pudiere ſer avido, y ſino, en ſu caſa, haziendolo ſaber à ſu muger, hijos, y criados, ſi los tuviere; y ſino à los vezinos mas cercanos.* Sin autem domum non habeat conveniendus, nec ſui copiam faciat, vel ſe (maxime conſulto) abſentet; per proclama, etiam in prima citatione, citandus erit. Ita ius noſtrum 6. *Ca eſtos tales* (loquitur de abſentibus, & latitantibus) *puede ſer emplazados: non tan ſolamente en ſus perſonas, mas aun en ſus caſas, faciendolo ſaber à aquellos que y fallare de ſu compaña. E ſi caſas non hovieren, debenlos pregonar en tres mercados*

*cados, porque lo ſepan ſus parientes, é ſus amigos, é ge lo fagan ſaber que vengan a fazer derecho à aquellos que ſe querellan de ellos.*

Quid ſi conveniendus, à Regno vel Provincia abſens eſt? Diſtinguendum. Aut ſcitur vbi degit: aut ignoratur. Primo caſu, ſufficere ſi ad loca deſtinata in confinibus vtriuſq Provinciæ, citatio fiat, forma, certiſque adhibitis requiſitis, à docto quodam Authore tradditis, vt teſtatur ipſe 7. Et ſi de prædio agatur, ſuficere hoc caſu, ad prædiū ipſum citationem, vel denuntiationem fieri, tenet. Citatio que illa, eo modo exequuta, cum in dolo conſtituat adverſarium, facit vt abſens pro preſente habeatur. Secundo vero caſu, ſi longa abſentia nō eſt; præſumendum vetus retinuiſſe domicilium, citationemque ad illud faciendum eſſe. Si autem longa eſt abſentia, bonis abſētis curator dandus, qui citari poſtmodum poſſit 8. Planum enim eſt curatorem bonis dandum á iudice [ cum abſens procuratorem non relinquit, vel minus idoneum, aut perperam adminiſtrat ] proximum ſaltem conſanguineum, cui legitima inteſtati ſucceſio competit 9.

Verùm in occurrenti, iuri putamus conformem ſententiam aſſerentiū: bonis abſētis extra Provinciam, vel vltra mare (dum de proximo venire non eſperatur) curatorē defenſorē dandum, qui cauſam defendat. Quando ignoratur locus vbi abſens degit, vivus ne, an mortuus ſit: tunc enim domi [ ſi habeat ] aut per ædicta citandus, & defēſor creandus erit 10. Ita intelligenda lex noſtra, vt iuri cōſonet communi 11. Quidquid teneant alij, abſolute cōtrarium aſſerentes, quotieſcumque ſcitur, vbi abſens cōveniendus verſatur 12. Et ſiquidem non negamus, aliquo in caſu gravíſsimo, æquitate deſtitutam minimè eſſe opinionem illorum, qui tenent, perſonaliter citandum abſentem extra Provinciam, cum de loco in quo degit appareat, & ſi tunc temporis vivēs ne, an mortuus ſit, ignoretur, 13. Attamen in cauſis lebibus, vel mediocribus [ præſertim vbi expenſæ faciendæ, nimium parti gravare poſſent, aut principalem excederent cauſam 14 ) & eo etiam caſu quo actionibus tempore perituris ocurritur, abſolutè cueatorem bonis abſentis creādum eſſe; iuſtum combenieſque cenſemus 15. Imputet enim ſibi, qui procuratorem ( alterius maximè diſpēdio ] non reliquit 16.



Virtute tamen contractus obligatorij, aut inſtrumenti guarentigij, creditorem in abſentem agere poſſe, petereque ( nullis præfatis adhibitis diſtinctionibus, ac requiſitis) vt abſentis bonis curator defenſor detur: nihil mirum, cū ad id, nulla prævia citatione opus ſit; & valeat comueniri ( etiam ſi præſens, nec inveniatur ) in loco contractatus, domicilij, rei ſitæ, vel vbi ſolutionem deſtinavit 17. Citatio ſiquidem eo in caſu, vel cauſa, non requiritur, quæ invito me, expediri poteſt 18. Ea enim eſt confeſionis vis, ex inſtrumēto reſultantis, vt tāquam res iudicata reputetur 19: quæ non citationem, ſed executionem requirit 20. In cauſa Petri de Robles, virtute cuiuſdam inſtrumēti locationis, contra Ioan. de Roſales, ita iudicatum, Die decima ſexta Iunij, Anni 1652. Et alia in cauſa, contra eundē Roſales, ſuper bonorum adminiſtratione, cū comueniēdus abſens eſſet in Ciuitate Cartaginenſi, curator bonis denegatus. poſtmodum verò, per Senatum creatus, ex rationibus ſupra 21. Die, & Anno, adductis.

1. AD *l. ea quæ 7. Cod. quomodo & quando iudex, l. 1. ff. de requirendis reis, l. abſentem, ſ. ff. de pœnis. Actu. Apoſtolor. cap. 25. verſ. 16 Damhouder, in pract. ciuil cap. 54.* Dixi *in tract. de ſui perſonali defenſione, lib. 1. quæſt. 3 n. 16. & lib. 5. quæſt. 4. ex n. 4. & in additionibus ad chyrograf.* (poſt Scholia Commandæ, ſiue depoſit ) *lit. k. docte Suelves Conſ. 13. ex n.* 1 *centur. 1. Oſualdus ad Donel lib. 23. coment. cap. 2. litera A.*

2. Utex *B r. in l. 4. §. prætor ait, col. 3. ff. de damno infecto. Abbas in cap cauſam, col 1 in fine, & col. ſequent. de dolo & contumacia,* cum alijs *per Marantam, in pract.*

pract. part. 6. tit. de citatione, n. 124. & 126. Scacia, de iudicijs cauſ. ciuil. part. 1. cap. 45. n. 2. & 12. Oſual. ad Donel. d. lib. 23. cap. 2. lit. D. & E. per Bouer. ſingul. 9. n. 13. & Matheſil. ſingul. 132. Et de forma huius citationis, Ant. Fauer, in Cod. tit. de in ius vacan. defin. 1.

3. Bar. vbi proximè, Roman. Conſ. 454. col. 2. ad prin. Marant, d. n. 126. in fine Scacia vbi ſupra, Graue. ad Veſtr. pract. lib. 5. cap. 13. n. 12. & ſequent. Petr. Gregor. Syntagm lib. 48. cap. 2. n. 17. cum alijs per Oſualdum, vbi proximè.

4. Graue. vbi prox. ex n. 12. Damhouder. in pract. ciuil. cap. 59. in prin. Oſualdus, ad d. lib. 23. cap. 2. lit. b. d. & f.

5. L. 19. tit. 21. lib. 4. recopillation.

6. L. 1. tit. 7. de los emplazamientos, part. 3. & ibi Gregor. Lopez, gloſ. 5. & 6. Maranta, vbi proximè, n. 19. 99. & 101. Solemnia de citatorijs libellis, creditore latitãte, appoſitis in vrbis locis celeberrimus, vide apud Briſon. lib. de formulis, Turneb. lib. 12. cap. 9. Reuard. lib. Protribunalium, & Torrentiũ. in Suetonij Claudium, cap. 9. M. Cicero, pro Quinctio.

7. Anton. Fauer. in ſuo Cod. tit. de in ius vocando, defin. 2. per d. l. 4. § Prætor ait, ff. de damn. infect.

8. Idem Fauer. d. defin. 2. in allegatione, n. 9.

9. Traddunt Anton de Amato, variar. lib. 1. reſolutio. 33. Menochius de arbitr. lib. 2. caſu 150. n. 15. Eſcobar, de ratiocin. cap. 6. n. 50. Aretin. Conſ. 209. n. 1. Valenzueli, Conſ. 17. ex n. 2. Gregor. Lopez, ad l. 14. tit. 11. p. 3. & l. 4. tit. 29. gloſ. 2. eadẽ part. Suelves, Conſ. 19. in ſemicentur.

10. D. l. 1. tit. 7. part. 3. Decius Conſ. 575. incip. in caſu, à n. 1. Bellamer. Conſ. 30. n. 5. Bar. in l. ſi pupillus, § ſi tutor, ff. de tutellis, n. 2. cum alijs per Melch. Phæbum, decis. 42. n. 4. & deciſ. ſequent. Paz, in pract. 1. tom. 3. p. n. 6. Gutierr. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 23. n. 6. Bar. in l. ignorare, n. 3. Cod. de reſtit. milit.

11. L. 12. tit. 2. part. 3. vbi Gregor. Lopez, gloſ. 1. d. l. 1. tit. 7. gloſa in l. ab hoſtibus,



bus, ff. ex quibus cauſis maiores, per l. fin. Cod. de bonis qualiber, l. hæres abſens 19, ff. de iudicijs, vbi gloſa, & Petrus Barboſa, n. 95. & 96. Cabedo, deciſ. 197. n. 8. part. 1. Bar. in d. l. ignorare, n. 3. Paz d. tom. 1. 3. part. n. 6. Decius, d. Conſ. 575.

12. Rerfert Gama, deciſ. 15. Phæbo deciſ. 42. & 43.

13. Flores de Mena, in addition. ad Gama, deciſ. 15. in fine.

14. Expenſæ maiores, quam commodum recipiendum, fieri non debent. ad l. mediterraneæ 9. Cod. de annonis lib. 10. vbi Gotofredus, cũ alijs à me adductis, in Scholijs ad Comand. ſiue depoſit. clauſ. 26. num. 25.

15. Flores de Mena, vbi proxime, l. creditore 14. ff. de bonis Author. iud. poſſid. l. ait prætor, in fine, ff. quibus ex cauſis maiores, l. idem priuilegium, ff. de priuileg. creditor. Accurſius in d. l. ab hoſtibus.

16. L. ſed etſi 26. §. 1 ff. ex quibus cauſis maior. Oſualdus ad Donel. lib. 21. coment. cap. 5. lit. L.

17. De quo latè dixi, in Scholijs ad Command. ſiue depoſiti inſtrumentum, clauſ. 36 ex n. 32. Si proprij fori renũtiatio adſit, quamuis præſens in loco contractus non inveniatur; rectè combeniri poteſt debitor, vt ibid. clauſ. & numer.

18. Ad l. 4. §. illud. ff. de fidecomiſ. libertat, l. qui poteſt, ff. de regulis iuris, Menochius, reſponſo 4 (poſt tract. de recuperand.) n. 39. Abbas, in cap. quia Clerici, n. 4. de iure patron. Socinus, regul. 18 Peregrin. de priuileg. Fiſci, lib. 6. tit. 7. n. 6. Berart. de viſitatione, cap. 23. n. 159. Quibus caſibus citatio neceſſaria, quibus autem non neceſſaria ſit: videndus. Gotofredus, ad tit. Cod. de in ius vocando, lit. m. Minſinger obſervat. 2. cent. 2. Gaill. obſervat 48. lib. 1. cum alijs, per Oſualdum, ad Donel. d. lib. 23. cap. 2. lit B.

19. Ad l. 1 ff. & Cod. de confeſſis, l. 3. l. certum 6. ff. eodem, l. pro inde 25. §. fin. ff. ad legem Aquil. Hypolit. Maya, conſultatio. 29. n. 20 ex Maſtrillo, deciſ. 245. n. 3. & 4. cum alijs à me adductis, in additionibus ad chirographũ mercatoris, lit D. n. 5. poſt Schol. Comandæ ſiue depoſiti.

20. *L. vnica, Cod de cõfeſſis* cum alijs ſupra proximé adductis, & infra *vigilia 28. num. 18.*

21. Et in caſſu, *cũ Gama, Cabeda. Febo & alijs, Solorzano, polit. lib. 5. cap. 3. verſ.* y en terminos, *pag. 764.*

# Pſephiſmatis XXVII.

# VIGILIA VIGESSIMA SEPTIMA.

## *DE CAVSÆ CONTINENTIA NON diuidenda, ob ſocij criminis exemptionem*

IOANNES DE BArrutia, voluntarium commiſit homicidium, in perſonam Chriſtovalinæ de Leguizamo, aſſociante ſibi Sebaſtiano de Sampayo, ſignifero. Fugam inſimul arripuerunt. Citati voce preconia, proceſſum eſt in cauſa, ad eius vſq concluſionem. Re ſic peracta, Signifer prædictus *(Alferez)* in publicis carceribus perſonaliter comparuit, copiam ſui faciens. At verò militiæ alegato privilegio coram Præſide, Capitaneoque Generali, fori oppoſuit declinatoriam, & petijt, vt virtutæ Regiæ Schedulæ exemptionis à Regio Senatu, & inhibitionis in ea contentæ, cauſæ prædictæ cognitionem, & proſequutionem ſuſpenderet, remitteretq præfato Capitaneo Generali, ſuo privativo iudici.

Re in Senatu propoſita, cõſideratum diſcuſſumq hinc inde fuit. Fugiendam in primis cauſæ continentiæ diviſionem, tamquam iure prohibitam, 1. alias enim incombeniens non minimum foret, immò grave abſurdum; ſi dũ ſinguli ſuper eodem facto diſtinctos ſortirentur iudices, duas ſibi repugnantes ſuſtinerent ſententias 2. Ne tamẽ huiuſmodi imminens ſequatur inæqualitatis damnum; aliò actuata, primo debent accomulari proceſui 3. Hoc, ſi eiuſdem æqualitatis iudices: ſin vero vnus maior, eo ipſo, & ob iuris notiſſimas rationes, rei diverſi fori, coram vno omnium iudice ſuperiore combenientur 4. Uerum hoc, ſi res, ſubiectaque materia indiuiſibilis fuerit: alias ſeparationem diuiſionemve recipiens, contrarium aſſerẽdum 5.

In occurrenti tamen caſu, materia individua, & cauſa. Exemptus miles; ſuo delinquenti ſocio, dignior; & potiori gradus prerrogativa preferendus 6. Igitur trahere debet ad ſe ſocium minus dignum, ex trita iuris regula 7. Quemadmodum Clericus & laicus, dum rei ſimul ſunt; coram eccleſiaſtico iudice combeniuntur 8. Nec novũ quod quis ratione adiuncti, fruatur aliquo privilegio, quo ex ſuo ſolius capite, minimè frueretur, 9 Et ſociu, ì muneribus conſequitur vacationem, ex ſui ſocij exempti perſona 10. Socij ergo cum ſint duo, in eodem individuo delicto, participes ſimiliter eſſe debent eiuſdem exemptionis beneficio, 11.

Senatus tamen, ad ſe, tamquam ſupremum omniũ iudicem, totius cauſæ cognitionem pertinere, credebat, 12. Et quia perſonale militis privilegium, ſocio minimè ſuffragatur; cum exceptiones quæ perſonæ cuiuſque cohærent, ad alios non tranſeant 13. Et ſimiliter, quia iuriſdictio dicti Capitanei Generalis, cum delegata ſit: & odioſa, & reſtringenda 14. Regij autem Senatus iuriſdictio, cũ ſit ordinaria; & favorabilis, & amplianda 15. Hæc, naturalis. Illa, accidentalis. Ergo cedat delegata ordinariæ, & naturalis cauſa, vincat accidentalem. 16. Miles que, ob cauſæ indiuiſibilitatem, à Senatu iudicetur. Et ita factum, Die vigeſſima ſexta Ianuarij, Anni 1651, aſentiente tamen Præſide, Capitaneoque Generali. Sed an hoc iuridice ſatis; non eſt meum iam nunc propalare iudicium. Et ſi agnoſcam, militis exemptionẽ non eſſe renuntiabilem, nec Senatus iuriſdictionem, à militibus [vltrò] prorrogabile, ob expræſam illius, à Regia Sche

Schedula, inhibitionem 17. Et exempti, reſpectu ordinariorum iudicum, ſunt extranei, in quibus minimè imperium habent, tamquam in nō ſubditos 18; qui etſi vocati citatique, nec compareant; contumaciæ pœnam non incurrunt. 19.

1. L. Nulli 10. Cod. de iudicijs, Gotofredus, ad l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem iudic. lit. g.

2. Ad d. l. nulli, 10. cap. 1. de cauſa poſſeſſio. & propriet. Ferrar. caut. 12, 16. Boher. ad conſuetud. Bituricē. tit. de iuriſdictio. §. 9. Menoch de arbitr. iud. caſu 371. Gotofred. ad d. l. 1. lit. g. Fauer, in ſuo Cod. tit. de iudicijs, definitio. 1.

3. Ex Parlador. rer. quotidian. lib. 2. cap. 9. n. 1. & 3. Author Curiæ, part. 1. §. 8. num. 8.

4. Ita Oſualdus Illger. ad Donel. lib. 17. comentar. cap. 18. lit. h.

5. Paul Caſtrenſ. ad l ſi duo, in prin. n. 2. ff. ſi quis caution. & ad l. vnicam, Cod. ſi in commun. eadéque cauſ. reſtit. fuer. poſtul. n. 3. Mandoſ. tract. de inhibition, quæſt. 69. Felin, ad cap 1 de præſcriptio. n. 6. verſ. primo quod. Hinc laicus citans laicum ſimul & in ſolidum obligatum, cum Clerico, coram Eccleſiaſtico iudice; incidit in pœnam, l. 10. tit. 1. lib. 4. recopil. Defēdit Gutierrez, lib. 1. pract. q. 43. contra Barthol in l. præcimus, §. eodem obſervando, n. 2. Cod. de appellatio. verum ex qualibet cauſa leniēdam pœnam [quælibet enim etiam minus iuſta excuſat a pœna] exiſtimat, idem Gutierrez.

6. Cap. per tuas 7. vbi gloſ. de maiorit. & obedien. cap. & Apoſtolicæ 6. de priuileg. in 6 Petrus Brixienſ. in repertorio. verbo, exemptio, verſ. an Prælatus, Rota, deciſ. 12. n. 1. de præbendis, in nouis.

7. Ex cap. quod in dubijs, de conſecratio. Eccleſ. & ibi gloſa, Gaill de pace publica, lib 1. cap. 6. n. 17. & obſervat. 32. lib. 1. Fauer, d. defin. 1. in allegatio. n. 6, Maior enim cauſa (aſſerit I.C. Paulus) ad ſe minorē trahit, in l. per maiorem 54. ff. de iudicijs, cum concordantibus.

8. Bar. ad l. præcipimus, §. eadem obſervanda, Cod. de appellatio. Rebuf. de priuileg. ſcholari priuileg. 106. n. 3. & 4. Aufrer, de poteſtate Eccleſiaſt. ſuper laicis, n. 49. Verum hoc, Regio iure, nō fatemur, vt ſupra proximé, n. 5. in fine.



9. Ex l. ſi communem, ff. quæmadmodum ſervit. amit. Menochius de recuperand. poſſ. remedio, 1. n. 376. & remedio 16. n. 131. Couarr. pract. quæſt. cap. 34 Afflictis, deciſ. 112. Capicius, deciſ. 122. Gaill vbi ſupra.

10. Alexand. Conſ. 22. col. 4. vol. 4 ex gloſ. l. fin. verbo, fratibus, Cod. de muner & honor. non contin. lib. 10.

11. Ad d l 1. Cod ſi vnus ex pluribus appellavit.

12. Ita Oſualdus ad Donel. d. cap. 18. lit. h. Rei diverſi fori, coram vno omniū ſuperiore, comueniuntur.

13. L. exceptiones 13. ff. de exception. ad §. ſed quod principi, 6. Inſtit. de iure naturali, & ſupra, vigilia 1. n. 4.

14. Ex notat in cap. 1. de officio delegati in 6. Dixi in Scholijs ad Comand. ſiue depoſiti inſtrument. clauſ. 36. n. 183. Author. Curiæ, part. 1. §. 4. n. 8.

15. Gloſa in Clement. 2. de officio ordinarij, Dixi in Scholijs ad Comand. d clauſ. 36. n. 184. Author Curiæ, d. §. 4. n. 8.

16. Ad l. qui habet 3. ff. de tutelis, l. quæritur 10. vbi Doctores, ff. de ſtatu homin. vt per Chokier, de iuriſdictio. part. 1. cap. 26. num. 5. in fine.

17. Variæ ſunt Schedulæ, tom. 4. impreſar. pag. 24. & ſequenti. Et vltima expedita, die 2. Decembris, Anni 1608. Etſi enim credatur, milites á iuriſdictione ordinaria regulari exceptos eſſe in delictis (tantummodo) militaribus, de quibus, l. 2. l. omne delictum, in prin. ff. de re militari, & l. 3. tit. 29. part. 7. vbi Gregor. Lopez, quorum reſpectu, ſuis tantum Ducibus ſubiecti ſunt. Tamen in alijs communibus, iudicibus ordinarijs vti cœteri pagani ſubijcientur, ex d. l. 3. confirmata Regis noſtri decreto, ad Hiſpalenſem Senatum. Verum hoc, certius locum habere poterit, in militibus ſolummodo, collectitijs, hoc eſt, de lebas; non vero in Caſtrenſibus, & præſidiarijs. Et in omnibus, ge-

generaliter, quãdo in ovedientes, reſiſtentes fuerint Regijs miniſtris. Tunc ſiquidem, in odium tanti facinoris, in Regiæ repręſentationis, & iuſtitiæ iniuriam patrati; forum amitere milites non eſt dubium, puniendoſque eſſe ab ipſis iudicibus, quorũ authoritas, & iuriſdictio ſpreta eſt; vt in eo quod quis delinquit, puniatur. Eſt Regia Schedula Matriti, 3. *Junij, Anni 1620.* & Regij ſupremi Conſilij decretum, *26. Septembris, 1637. poſt leges, tit. 6. lib. 2. recopillatio. Caſtellæ,* ad hoc latius, *vigilia 35.*

18. Per *l. ab eo 3. §. tractemus. ff. de receptis arbitris Chokier, de iuriſdictione p. 1. quæſt. 46. n. 2. & per cap. venerabilem qui filij ſint legitimi, idem Chokier, part. 5. q. 3. n. 2.*

19. *Ad l. contumacia 53. in fine, & ibi Gotofredus, lit. n. ff. de re iudicata, Bal. in l. generaliter, Cod. de Epiſcop. & Clericis,* cum alijs per *Chokier, d. p. 5. quæſt. 3. n. 2.*

# Pſephiſmatis XXVIII.

# VIGILIA VIGESSIMA OCTAVA.

## *QVANDO FIDEIVSSOR IVSTE A DEbitore pro quo fideiuſsit, petat, vt eum á fideiuſsione liberet.*

QUAMVIS MANDATARIUS adimpleto de contrahendo mãdato, agere adverſus mandantem poſſit, ita quod neque ante ſoluiſſe opus ſit,

1. At tamen in fideiuſionis mandato, cum non ſolum actum intelligatur vt obligetur, ſed vt ſolvatur 2: hoc proprium ipſius fideiuſoris eſſe dicemus, vt non contrahedo ſolum, ſed & ſolvendo [regulariter] impleatur mãdatum. Tunc enim adverſus reum debitorem mandati actionem habebit 3. Comes igitur fideiuſionis, ſolutio; vt iam diu apud omnes tritũ eſt ſermone proverbiũ. Hęc inquam, præciſſa illius antecedentis conſequentia: ita vt conceſſa fideiuſſione, & ſolutio [tamquam illius pediſequa] ſimiliter conceſſa credatur 4. Quare, non accidentaliter; ſed prouide & admodum conſequenter, in pandectis, poſt tractatum, titulum que fideiuſorum; ſatisfactionum ſolutionumq̃ tituli conſtituuntur. Hinc caté nimis Papinianus decidit 5: cum hæredi teſtator quidam præcepiſſet, vt pro Titio fideiuberet; hæreſque, teſtatoris mandatum adimplens, fideiuſiſſet; moxque coactus ſoluiſſet: ſolutum minimè repeti. Quod ex prædicta procedere arbitramur conſequẽtia; hoc eſt, parē habere vim, tamquam ęquipollentia, verbum *fideiubeas*, quod *ſolvas*. Ideòque maritus fideiubens, adeò eo ipſo, abuti ſua dicitur ſubſtantia, ad inopiamq̃ vergere, vt dos ab eo, matrimonio conſtante, iure ac iuſtè repeti poſsit, 6. Revertamur ad viam.

Igitur priuſquam ſolvat fideiuſſor, agere nequit, vt à principali [debitore] liberetur 7. Ubi autem ſolutionem fecerit, habebit actionem; hoc eſt, ſi debitorem liberaverit, & eius nomine ipſi abfuerit pecunia, ſignificetq̃ (dum poſſit) debitori, iam debitum ſoluiſſe, ne ignarus iteratò creditori ſolvat 8.

Nec tamen perpetuũ hoc: nam iuſta adveniente cauſa; etſi nõ prius fideiuſſor ſolvat; debitorem, pro quo fideiuſſit, poterit conuenire, vt eum à fideiuſsione liberet. Nempe, ſi diu in obligatione perſtiterit, vt teſtatur Marcellus 9. *Si diu reus in ſolutione ceſſaberit.* Quod tempus, iudicis relinquendum arbitrio: etſi iuridicê *Diu* verbum, quandoque biennium, aliquando vero decennium comprehẽdat 10. Iure tamen noſtro, in iudice huiuſmodi arbitrium reſidet; quidquid noviori lege, ad annũ, tempus hoc credatur limitatum 11. Item, ſi ita fideiuſio facta, vt ad certũ

vſque

vſque diem teneatur, vel quã documque petierit fideiuſor liberandus ſit. Tunc enim die tranſacto, aut fideiuſoris ad libitũ petita liberatione; reus debitor pactioni obtemperabit, 12. Aliàs captione, pignorumque venditione compelletur, 13. Similiter, ſi reus debitor principalis, bona dilapidare incipiat: eo ſiquidẽ caſu, ne facultatibus labatur, iuſtè ab eo fideiuſor, fideiuſſionis petet liberationem, 14. Et quando reus principalis iam in iudicio, vt ſolvat, condemnatus eſt, vel fideiuſor ipſe, tam in debito toto, quam in eius parte, 15. Quim immo ſufi cere ad agendum de liberatione fideiuſoriæ obligationis (credit aliquis) ſi fideiuſor à creditore non tantum in quietetur; ſed in eo ſit, vt mox inquietandus videatur, 16. Laxa tamen nimis huiuſce opinio. Quid ſi non condemnatus, ſed pro condemnato (quod idem ferè eſt, 17.) fideiuſor habeatur: vt ſi ex gua rentigio inſtrumento obligatus, quod ſententiæ & condemnationis obtinet vim, nihilque aliud quam executio reſtat facienda; an ſuficiat vt agere fideiuſor ipſe valeat? Fatentur non nulli, cum tunc, pretextu aliquo, ſolutio differri non poſsit 18. Ampla ſimiliter huiuſmodi ſententia. Rationabilior adverſantium 19. Aliter namque, vix profutura debitori fideiuſio, ſi confeſtim ea interpoſita, de liberatione agi poſſet. Beneficiũ minimè intempeſtivè revocatur, ne inutile omnino fiat: nec decipi nos, ſed adiuuari beneficijs oportet 20. Niſi forte iam incarceratus fideiuſor eſſet, vel de proximo incarcerandus, veluti à parte iam literis ad id petitis, & à iudice expeditis 21.

In cauſa Ferdinandi Nuñez Caravalio, cõtra D. Ioan. de Montejo, pro quo ille fide iuſor erat, non ſolum *de reſidencia*, ſed etiam cuiuſdam obligationis ducatorum mille, ad finem officij correctoris Civitatis Sancti Iacobi *de los Cavalleros*, ſolvendorum. Petit, vt prædictus D. Ioãnes, à fideiuſione illum liberaret. Ex præadductis Senatus, Ferdinandi petitionem, locum non habere, declaravit. Et etiam, quia cum debitum illud ſit in diem, ante commiſ-

ſam



ſam principalem obligationem, purificatione debiti; minus iuſtè agere fideiuſorem, credidit: quæmadmodum & in evictionis fideiuſore, in eo que, qui pro tutore, vel curatore interceſsit, procedit, 22. Nec diſpar ratio in cenſus fideiuſore, qui quantumcumque in fideiuſione duret, ſolvatque pro debitore principali; ab eo petere nequaquam poterit, vt illum liberet in futurum, cum ſit ſucceſiva fideiuſio, 23. Inſuper conſideratum, quod ante ſindicatus cõdemnationem, nec debitum adeſt, nec effectiva preſens obligatio, ac proinde, nec dãnoſa fideiuſio. Et tandem, officialis, ſiue iudicis, damnati in Sindicatu, fideiuſor; non poteſt ante reum principalem combeniri, etiam ſi excuſionis renuntiet beneficium: quia intercedere videtur in eo tantũ, quod de illius defuerit facultatibus. Vnde fideiuſor tantummodo indemnitatis creditur, 24. Die ſexta Menſis Februarij, Anni 1652.

1. AD *l. ſi mandatu 45. in prin. & §. quoties 5. ff. mandati l. fin. ſi tutor ff. de contraria tutelæ & & vtili actione, §. tutores, 2. verſ. non tantum. Inſtit. de obligatio, quæ ex quaſi contractu, l. ſi quis 28. in fine, ff. de negotijs geſt.*

2. *L. indebitum 47. ff. de condition. indebiti, l. fideiuſor pro venditore, ff. de fideiuſor. vt per Anton. Gomez variar. tom. 2. cap. 13. n. 10. Donel. enucleat. commentar. lib. 13. cap. 13.*

3. *L. hæredes à debitore, 21. §. fin. ff. de fideiuſor. l. mãdati 14 Cod. eodem Hering. de fideiuſor. cap. 25. n. 10.*

4. *D. l. indebitam 47. & ibi Acurſ. verbo videri, & Gotofredus, lit. m.* faciunt *l. ſi procurator 6. ff. de condictio. in debit. l. refectionis 11. in fine, ff. commun. prædior. ad l. 2. ff. de iuriſdictione, l. ſi vt certo 5. § ſed interdum 7. verſic. planè, ff. commandati, & ibi Gotofredus, ad § interdum 10. in fine lit. a. l. arboribus 12. §. nauis 1. ff. de vſufructu.* Ad hoc *(ait Vlpianus)* nauis paratur, vt naviget. Sicut fideiuſor, ad hoc fide iubet, vt ſolvat. *l. item ſic, 3. §. fin. ff.*

*de*

de ſervit. ruſtic. prædior, l. ſi venditor 10. ff. de religioſ. & ſumptib. fun. l. 2. §. inſpectio 5. ff. quæmadmod. teſtam. aperian. plura per Gotofredũ, ad l. legantis alimentis 6. lit. n. ff. de alimentis legatis. notant Alexander ab Alex. dierum genial. lib. 4. cap. 5. Seneca natural. quæſt. lib. 2. cap. 12. Plinius, lib. 7. hiſtor. natural. cap. 32. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. gloſ. 7. n. 45.

5. In l. tribus heredibus, 8. ff. de vſufructu earum rer. quæ vſu conſum.

6. Ad l. ſi conſtante 24. & per Alexand. ibi n. 14. ff. ſoluto matrimon. & Angel. in l. in perſona 30. §. 1. ff. de pactis, Intrigliol. Singul. 270. Caroc. ſingul 583.

7. L. ſi pro ea 10. Cod. mandati, cum alijs ſupra, l. 14. tit. 12. part. 5. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſ. 41. n. 1. docte Larrea, deciſ. 93. ex n. 1.

8. Ita ijs verbis Donel. d. lib. 13. coment. cap. 13. explicat. Ad idque l. inter cauſas 26. §. 2. 3. & ſequent. l. ſi fideiuſor 29. §. hoc idem 3. ff. mandati, d. l. 14. tit. 12. part. 5. verbo, la tercera.

9. L. Lucius. 38. §. non abſimilis, ff. mandati, cap. fin. de fideiuſ.

10. Vt argument. tex. in l. 1. in fine, ff. de iure de liber. cum alijs refert Ant. Gomez, d. cap. 13. tom. 2. variar. n. 10. Menoch. d. caſ. 41. n. 4. d. l. 14. tit. 12. part. 5. gloſ. in d. cap. fin. de fideiuſ. Gotofredus, ad d. l. lucius, lit. m. & ibi etiam Acurſius. At Bartolus, cum alijs, biennium, vel triennium requiri, aſſerit, vt ex tex. in l. cum domini 56. ff. locati. Sed Donellus vbi ſupra, non minus decennio intelligendum, inquit, ex l. ſi cum fideicommiſſa 16. §. aristo 3. ff. qui & à quibus. Monter. deciſ. Aragoniæ 2. n. 2. cum multis Heringius, de fide uſor. d. cap. 25. ex n. 32. Larrea, d. deciſ. 93. n. 6.

11. D. l. 14. tit. 12. part. 5. Gomez, d. cap 13. n. 10. per l. vnicam in fine, tit. 18. lib. 3. fori legum, vbi gloſa Montalvi. Sed renuit Gregor. Lopez, ad d. l. 14. gloſ. 3. verbo, a vedrio, adſeverans, prædictam legem fori, legem non eſſe, dum eius improbatur vſus, nec in nona invenitur recopillatione legum.

12. Ad



12. Ad d. l. ſi pro ea 10. Cod. mandati, d. l. 14. vbi Gregor, gloſ. 6. verbo, dia cierto, Gotofredus, ad d. l. Lucius, lit. p. Donel. d. lib. 13. coment. cap. 13. lit. b.

13. Ant. Fauer, in ſuo Cod. tit. mandati, definit. 26. & defin. 24. in fine, n. 4. in allegatio. videndus Bal. in l. ſi pater Cod. de coll. per Gregor. Lopez, ad d. l. 14 gloſa 6.

14. D. l. Lucius, 38. §. 1. d. l. ſi pro ea 10. vbi gloſ. Gotofreaus, Acurſius, & communiter Doctores, d. cap. fin. de fideiuſor. d. l. 14. verſ. la quinta, Gomez, d. n. 10, verſ. Tertio infero, Donel. d. cap. 13. lit. C Menoch. d. caſu 41. ex n. 13. Heringio, de fideiuſ. cap. 25. n. 16. alios referens caſus. Et ad verba textus, ibi. Bona ſua diſſipavit, addendum, vel diſſipare cœpit, vt in d. cap. fin. ibi. Diſſipare bona ſua cœpit, & in d. l ſi pro ea, 10. ibi. Dilapidare cœpiſſe. Et in l. Regia, ibi. Comiença à degaſtar ſus bienes. In hoc, vulgi ſpectandam opinionem, ſentit Gotofredus: & quomodo probanda dilapidatio, Menoch. ibi ſupra, cum alijs.

15. D. l ſi pro ea 10. d. l. lucius, in fine, l. ſi mandatum 45. §. ſed ſi 4 ff. mandati, l fideiuſor. 45. ff. de fideiuſor. d. l. 14 par. 5. vbi gloſa, Gomez, vbi ſupra, proximè.

16. Anton. Fauer, in ſuo Cod. d. defin. 24. tit. mandati.

17. Ex l. 1. & vnica, ff. & Cod. de confeſ.

18. Fauer in Cod. tit. mãdati defin. 26. Donel. d. cap. 13. lit. b. Bar. in d. l. ſi fideiuſor. 45. Bal. in d. l. ſi pro ea. Hering. d. cap. 25. n. 19. Dixi in addition. ad chyrographũ mercatoris [poſt Com ãdę Schol.] lit. D. n. 5.

19. Ita Oſualdus ad Donel d. cap. 13. in prin. Imola in d. cap. fin. de fideiuſor. Angel. & Caſtrenſ. in d. l. ſi fideiuſor, vt per Gomez, d cap. 13. n. 10. in fine, Gregor. Lopez ad d. l. 14. gloſ. 2. verbo, fuere juzgado, Menochius, d. caſu 41. n. 20.

20. Gloſ. in d. cap. fin. de fideiuſor. cap. vnic. in fine, de commodato, conducit Vlpianus in l. in commodato 17. §. ſi ut autem, 3. ff. commodati, cum Angelo, Imola, & alijs, Gomez, d. cap. 13. n. 10. ad fin.

21. B. l. in l. fin. ad fin ff. de

*de vſuris rei iud.* ita intelligẽdus Rodericus Suarez, *ad l. poſt rem iudicatam, verſ. viſum eſt ſupra*, vt per *Gregor. Lopez, ad d. l. 14. part. 5. gloſ. 2. & etiam* Bald. dum *in Auth ſi captiui, Cod. de Epiſcop. & Cler. aſſerit*, Fideiuſorem vnde ſolvat nec habentem, timentemque ſe in carcerem detrudi; poſſe bona principalis vendere, *ex l. ſi procuratorem 8. §. ſi ignorantes 7 ff. mādati*, vti refert & tenet Gotofredus, *ibidem lit. u. & Gregor. Lopez, ad l. 6. tit. 7. par. 6. gloſ. 8. verbo*, vender.

22. Ad *l. cum notiſſimi 7. §. illud 4. Cod. de præſcriptio. trigin. vel quadragin.* cum Baldo, Fulgoſio, & alijs, *ad d. l. lucius 38. §. 1 ff. mandati ſic Gomez, d. cap. 13. n. 10. Menoch. d. caſu 41. ex n. 8. ad num. 12.*

23. Latê reſolvit *Felicianus de Solis, tract. de Cenſibus. lib. 3. cap. 3. n. 9. Rodriguez, de annis reditibus, quæſt. 13. n. 17. & ſequent.*

24. Ad *l. curatores 3. (alias 4.) §. pro Magiſtratu 4. ff. de adminiſtratio. rerum ad ciuit. pertin.* ad quod videndi, *Jaſon, in l. fin. n. 3. ſi certum petatur. Vbi Decius n. 9. Gutierrez, prac. quæſt. 40. n. 1. ad l. 17. tit. 7. lib. 3. recopil.* & *de iurament. confirmat. p. 1. cap. 23. n. 24. & 25. Roderic. Suarez, ad l. 2. tit.* de los emplazamientos, *lib. 2. fori n. 7. Auiles, in capit. Prætor. cap. 10. Sindicatus, in gloſa*, apelen, *n. 4.*

# Pſephiſmatis XXIX.

# VIGILIA VIGESSIMA NONA.

## *DE PROVATIONE FILIATIONIS, AD obtinendam ab inteſtato patris ſucceſsionem.*

FILIATIONIS PRObationem, improbabilem aſſerunt nonnulli 1. Nimis dificilem, peneq impoſſibilem,



ſibilem, alij 2. Reſpectu matris, cum ſemper certa ſit, 3, facilis dari poteſt concludens probatio, teſtibus partui tunc temporis adſiſtentibus 4. At vero quo ad patrem, communis omnium eſt opinio, filium eſſe quem certi patris, vere probari non poſſe 5. Cum oculata fide nūquam hoc ateſtari queat; nec pater ipe afirmare filium à ſe genitum 6.

Uerum in re adeo dificili, opus eſt vt ad legales preſūptiones recurramus: ex quibuſdam enim iure probatis indicijs coniectari, ſat erit, & ſuficiet, vt cauſa in iudicio definiatur 7. Veræ namque probationis ſubſtituent locum, ſi legitimæ fuerint coniecturæ 8. Quatuor iuridicæ agnoſcūtur, quibus frequenter vtimur: hoc eſt, cum domi filius natus eſt ex viro & vxore inibi ſimul habitātibus, [hec plena probatio, quæ proprietatem directo reſpicit] etſi non vxor, ſed concubina ſit, 9. Itē tractatio, educatioque, filiorū more, 10. Filij ſimiliter nominatio, repetita 11. Inſuper & vti talis, nedum in vicinia, ſed & ab alijs quoque habeatur; hocq legitima appareat probatione 12, iudicis arbitrio relinquenda, cum declaratione etiam, an ſuficienter probatum 13. Huiuſmodi ergo tres concurrentes coniecturæ, dubio procul, vt quis filius declaretur, ſuficient: nedum in poſſeſſione, ſed & quo ad proprietatem. Quælibet autem ex illis, ad filium conſtituendum in quaſi poſſeſſione ſuficit; ita vt in adverſariū onus probandi contrarium, transferat. 14. Admitendus ne ſit, huius probationis virtute, in petitorio, aut cum hereditatem petit, contra tertium eam poſſidentem? Aliquibus non placet 15. Tenent enim, filiationem plenè probandā: nec ſuficere in illius quaſi poſſeſsione filium eſſe. Aſſerunt non nulli 16. Etſi regulariter aliud in proprietate: reſpectu cuius, nec poſſeſsio ſuficit; ſed titulum & dominium probandum, vt in petitorijs 17. Nec tamen ratione caret negantium ſententia, præſenti in caſu; dum filij nominatio ſolummodo adeſt, alijs deſtituta circumſtantijs. Quādoquidem filium aliquē nominare; non adeo præciſſa filiationem denotātia ver-

ba ſunt, vt non ex communi vſu, etiam erga alienos, blandiendi, ſiue humanitatis gratia, prolata quotidie videamus 18. Quid nominatio filij nuda? Otioſa ſiquidem, debilis, & infirma, dum illum non alit, educat, ſecumque habet pater, ne aliás verba, vt facto contraria, reſpuantur. Magis enim, melius, efficaciusque, voluntas facto, quam verbis declaratur 19. Aliter nãque, ſi iudicialis nominatio, ſæpius repetita [aut ſi ſemel tantum, in ea tamen negotij ſpecie, quę propriè ad filij reſpiciat qualitatem, vt tunc pater, verê ſe patrem oſtendat] ſuficiens ad prædicta probatio 20.

Frranciſcus quidam, peracta vndecim ferè annorum conſuetudine, quam (in honeſte) habuit cum Antonia: inter ipſos poſtea matrimoniũ celebratum eſt. Hoc tempore filium decennem, nomine Chriſtophorum, prædicta Antonia habebat. Educatus iſte, alimentatusque cum matre in domo dicti Franciſci. Hic, cum matrimonium contraheret Chriſtophorus, poſt nouem annos, ſcriptura mediante, ad onera noui ſtatus leuiús ſupportanda, quantitatem mille & ducentorum ducatorũ, bimeſtre tranſacto illi ſolvendorum, ſpopõdit; hac, (vt videtur) impulſus ratione, *Por averle criado con migo, y por el amor que le tengo como hijo mio, y de la dicha Antonia de N. &c.* Hæcque verba prolata fuere, poſtquam bina repetitione Chriſtophorum filium ſuum nominavit. Septem trãſactis annis (Chriſtophoro abſente) ab inteſtato Franciſcus deceſit, nullis legitimis filijs ex matrimonio cum vxore Antonia (tunc tẽporis iam defuncta) relictis ſuperſtite tantum fratre Petro: qui legitima bonorũ omnium fratris ſucceſione petita, obtinuit, & poſſedit. Adveniẽte Chriſtophoro, lis exorta eſt. Hic vti filius, hæreditatẽ petebat, ſibi reſtituendam. Ille, ad ſe pertinere, manutenẽdũque eſſe, inſtabat. Cauſa ad finem vſque proſequuta, probationibusque hinc inde factis; Petrus defuncti frater aſſerebat, Chriſtophorũ prętenſam filiationem, nedum nõ probaſſe aliquibus inſtrumentis, teſtibusve; verum nec





adhuc tractationem, educationem [vti filium] nominationem, reputationemque in vicinia, vt ſupra, 21. Ipſe vero pleniſsimè probaſſe, dictũ Chriſtophorum reputatum non eſſe filium Franciſci; imo ex illius confeſione, vt etiam ſpecialiter ex confeſione matris [á teſtibus teſtificata] apparet, filium Didaci cuiuſdã fuiſſe: idq nec diſitetur baptiſmi exhibitus liber. Et nominatio, de qua prędicta meminit ſcriptura, tepidiſsima ſatis, ſuſpectaque, nec verè filiationem probat: cum charitatis, ut amoris potiús intuitu [eo quod domi nutritus & educatus fuit) quam veritatis vi, á Franciſco, Chriſtophorus, filius nominatus ſit; vt comprobant verba prædicta, *Por el amor que le tengo, como hijo mio*. Dictio enim *como*, equivalens dictionibus, *quaſi*, ſiue *veluti*, aut *ad inſtar*, vel *quæmadmodum*; ſimilitudinem denotat, non veritatem; improprietatem, non identitatem, cum numquam ſimilis idem ſit, nec eſſe poſſit 22.

Sed tamen Chriſtophorus, parui prædicta pendens, filiũ ſe verè eſſe [& quidem legitimum per ſubſequens matrimonium 23.] Franciſci patris, ex actis liquidò apparere affirmabat. Tum ex probationibus, quibus, ad ſacietatẽ vſque, omnes illi requiſiti nominationis, tractationis, educationis, communis vicinorũ [aliorumque longe habitantium] opinionis, & reputationis circumſtantiæ, evidenter, conſtanterque verificatæ remanent. Tum & etiam ex patris multoties repetita confeſione, maximè ſcriptura prædicta mediante, in actu, quo verè ſe patrem oſtendebat, & profitebatur, dum dixit. *Por el amor que le tengo como hijo mio*: quo caſſu, verbum illud *como*, etiam ſi idẽ eſſet quod *quaſi*, non denotaret ſimilitudinem, comparationemve; ſed realiter veritatem exprimeret, cum per modum cauſæ (hoc eſt, ad ſubueniendum filio matrimonium contrahẽti) apoſitũ appareat in ſcriptura 24. Præcipuê enim ex Iuſtinianea conſtitutione, id decidente; dum ſtatuit 25. *Si quis filium aut filiam habẽs de libera muliere, cũ qua nuptiæ conſiſtere poſſunt, dicat in*

*inſtrumento, ſiue publica, ſiue propria manu cōſcripto, & habēte ſubſcriptionem trium teſtium fidedignorum, ſiue in teſtamento, ſiue in geſtis monumentorum, hunc aut hanc filiū ſuum eſſe, aut filiam, & non adiecerit naturalem; huiuſmodi filios eſſe legitimos, & nullā aliam probationem ab ijs quæri, ſed omni frui eos iure quod legitimis filijs noſtræ conferunt leges, &c.* Qua cum, lex conſonat Regni, ibi 26. *En inſtrumento, ò carta, nombrādolo ſeñaladamente que lo conoce por ſu hijo.*

Nec obſtat confeſio facta á Chriſtophoro: quia vnico ſolum calificatur teſte 27, [& quidem ſuſpecto] eratque ille minor tempore confeſionis 28, & confeſio extraiuditialis, nec reiterata 29, nec parte pręſente, nec acceptata 30: omnia, inutilia. Et adhuc, quamuis tot minimè langueret morbis cōfeſio; conſtāti (quę nūc ellucet) veritati, nihil detrahere poterat 31. Quæmadmodum & matris aſſertio relata, quę filio præiudicare nequit, dum negat filium ſuum, aut legitimum non eſſe teſtatur 32. Nec ſi patris adeſſet declaratio (etiam iuramento firmata) qua filium eſſe negaret, poſt ſemel factam confeſionem, tractationem, educationemque illius; nihil filio, qui ex antecedentibus ius, filiationisque poſſeſſionem, vel quaſi adquiſivit, præiudicare poſſe compertum eſt 33.

Neque fidem adverſæ partis probationi auget, ſpecialis patris declaratio [prædicta confeſione mediante] á matre facta. Nam vltra quod impoſſibile quaſi, de facto, apud omnes reputatur, aliquē poſſe certum monſtrare patrem [ſecluſa legali ex matrimonio iuris & de iure reſultante pręſumptione, quæ omnium maior, hac in re, certinitas eſt; ſi ita adhuc dici poteſt 34] vti ſupra ſatis notatum manet 35: adfectata inſuper illa patris [Didaci] expreſio, de qua teſtis depoſitio, tamquā nimia, extraordinaria, nec requiſita, ideoq̄ ſuſpecta; ſpeciem per ſe falſitatis adferre videtur 36. Et de baptiſmi libro in præſentiarum, nihil curandum: qui quidem, ſolummodo Chriſtophorū baptizatum eſſe, certamque habere ætatem probat; nō vero filiationis, nataliumve qualitatem 37. Itaque ex dictis, & alijs maturo diſcuſis examine, Senatus, & filium & hæredem Chriſtophorum declaravit, eique á patruo Petro defuncti Franciſci fratre, omnia reſtituenda bona. Die vigeſsima ſecūda Menſis Martij. Anni 1652.



1. AD *l. Lucius 83. ff. de condition. & demoſtra, gloſ. in cap. Michael. de filijs presbiter. ex Bar. in l. 1. Cod quor. bonor. & Bal. Conſ. 74. lib. 1. & Conſ. 437. lib. 5.* cum alijs *Menochi de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 89. n. 11.*

2. Vt per *d. l. lucius. Ant. Fauer, in ſuo Cod. tit. de probatio. defin. 6. in allegat. n. 5. & defin. 28 n. 1. Bero. ad cap. in præſent. de probatio. n. 142. Alexand. Conſ. 6. n. 26. in fin. lib. 1.*

3. *L. quia ſemper 5. ff. de in ius vocand. l. 11. tit. 13. p. 6. Maſcard. de proba concluſ. 787. n. 2.* conducit *Bal. in l. non ignorat, in prin. Cod. qui accuſare.*

4. *Menoch. d. caſ. 89. vt per l. 1. §. de inſpiciendo, ff. de ventre inſpic.* Vnde probationem filiationis, ex parte matris, per iuris præſumptiones, non recte fieri, *aſſerit Beneaictus, in cap. rainuntius,* vt *traddit Marcard. d. concluſ. 787. n. 2. 7. & 8.*

5. *D. cap. Michael, d. l. lucius, Oſual. ad Donel. lib. 6. coment. cap.* 19. *lit. d.*

6. Ita *Gabriel Paleotus, tract. de nothis & ſpurijs, cap. 21.*

7. *Ex cap. illud, cap. literis, de preſumpt. cap. per tuas, de probatio. l. filium eum definimus, de his qui ſunt ſui Bar. in l. admonendi, ff. de iureiur. n. 18. ex gloſ. d. l. lucius, Menchac. controuerſ. lib. 1 cap. 28.*

8. *Ex l. inaicia, Cod. de rei vendic. l. licet Imperator, de legat. 1. Decio in rubr. de probatio, n. 24. cum alijs ſupra, Paleotus d. cap. 21.*

9. *D l. filium eum, Ancharr, Conſ. 225. Paleotus, d. cap. 22. n. 3.*

10. Ex *l. 1. §. ad quæſtionem, de quæſtion. Paleotus, a bi prox. Decius, conſ. 54 Couarr. de ſponſal. p. 2. cap. 8. §. 3. n. 6. Paris. Conſ. 10. n. 110. lib. 2.* cum alijs per *Faquine. controuer,*

*trouer. iur. lib.* 1. *cap.* 73. *in prin.* Quod cum quis alium, vt filium, tractat ſuum, etiam nullis verbis declaratiuis interuenientibus, nec adminiculo alio, conſtituat eum in quaſi poſſeſſione filiationis, dum contrarium non probetur; & quod probandi onus in adverſarium transferat, etiã ſi filius nõ legitimus, ſed ſpurius, vel adulterinus ſit: *videndo, Bar. in l.* 2. *n.* 3. *ff. de liber. agnos. Caſtrenſ. in l. non epiſtolis, de probatio. Bertran. Cõſ.* 26. *n.* 3. *p.* 2. *vol.* 2. *Faquineus vbi ſupra, Alexand. Conſ.* 51. *lib.* 1. *& in l.* 1. §. *ad quæſtionem, ff. de quæſtion. Nata Conſ.* 473. *n.* 14. *Marſcard. concluſ.* 789. *n.* 1. 10. *& ſequet. & concluſ.* 785. Diſtinguit *Couarr. vbi ſupra proxime.* Cõcurrente aliquali nominatione, etiam vnica, quæ ſuficit ad filiũ in quaſi poſſeſſione cõſtituendum, *Menoch. d. caſu* 89. *n.* 74. *ex l.* 1. §. *quod autem, ff. de aqua quotidiana. Ripa in cap. cum Eccleſia, de cauſa poſſeſſionis, n.* 52.

11. *Gloſ. in d. cap. Michael, Paleotus vbi ſupra,* Aſertiva qua quis aliquem filium appellat, in quaſi poſſeſſione filiationis conſtituit eum, ita vt talis prę ſumatur filiu [abſolutè tamen filiationem non probat, *ad* §. *fin. in fine, Inſtit. de adoptionibus*] *ita Alciatus, Conſ.* 23. *n.* 5. *lib.* 9. & quod iuditiali nominatione, vel ſimplici etiam, alijs accedentibus coniecturis, ius queratur nominato, non tantum vt in adverſarium onus trãsferat probandi contrarium; ſed vt ex eo probata maneat filiatio, *conſulendus Couarr. d. cap.* 8. §. 3. *n.* 8. *& Maſcard. concluſ.* 790. *per totam, maxime n.* 9. *& ſequent. & n.* 27. 34. 39. 45. *&* 46. At, quod in antiquis filij nominatio, quamuis enũtiativa, facta in inſtrumento, probet filiationem, etiam cõtra tertium; *Fauer, in ſuo Cod. tit. de probation. defin.* 6. *n.* 5. *& defin.* 23. *&* 28. *Maſcard. d. concluſ.* 790. *n.* 5. *Menoch. d. caſ.* 89. *n.* 84. *Couarr. vbi prox. n.* 11. *in fine,* Et hoc intuitu, rationeque venerandæ antiquitatis, *Ant. de Butrio, & Abbas in cap. cum dilectus de ſucceſio. ab inteſt. Alexand. Conſ.* 90. *n.* 15. *vol.* 6. *Pariſ. Conſ.* 104. *n.* 47. *vol.* 1. *Iaſ. Conſ.* 65. *n.* 1. *vol.* 3. *Bal. in l. penult. col.* 2. *verſ. item quod,*

*Cod.*



*Cod. de iure deliber. Bertrand. Conſ.* 177. *n.* 12. *vol.* 3. *p.* 2. Et tempus antiquum dicitur, quod quadraginta excedit annos, *Alexand. Conſ.* 4. *n.* 19. *Butri in cap. veniens el* 1. *de teſtibus, cap. longinquitate* 12. *quæſt.* 2. ſi fuerit geminata in pluribus ſcripturis nominatio, efficatius procedet, nec dubitationi relinquetur locus *Barbac. Conſ.* 6. *n.* 17. *vol.* 2. *Crabeta de antiquit. tempor. in prin. verſ. ampliatur, n.* 14. Et quod in ſimilibus antiquis ſcripturis, ſolemnitates omnes præſumantur interveniſſe, *Genua de verbis enuntiativis, lib.* 2. *quæſt.* 35. *Surdus, deciſ.* 145. *n.* 6. In antiquis per ſolam famam, & teſtibus de auditu; filiationem probari, *Salicet. in l.* 1. *ff. de teſtamentis, Alexand. Conſ.* 25. *n.* 9. *vol.* 4. *& Conſ.* 90. *n.* 1. *&* 8. *vol.* 6 *& Conſ.* 51. *n.* 4. *vol.* 1. *Ruin. Conſ.* 52. *n.* 4. *vol.* 5. *Socin. Iunior Conſ.* 89. *n.* 6. *vol.* 1 *Nata Conſ.* 235. *n.* 6. *Couarrub. d. cap.* 8. §. 3. *n.* 9. *Decius. Conſ.* 428. *n.* 5. *Garcia, de nobilit. gloſ.* 18. §. 1. *n.* 7. *&* 11. *Aretin. Conſ.* 32, *à n.* 1. *Panormitan. Hoſtienſ. & Ioan. Andreas, in cap. licet ex quadam, de teſtibus, Zeſal. Conſ.* 137. *n.* 45. *Maſcard. de probatio. lib.* 1 *concluſ.* 511. *Tuſcus concluſ.* 22. *lit.* D. Antiquũ autem tempus [*ad hoc*] dicitur, ſexaginta annorum, *Alexand. Conſ.* 82. *n.* 14. Et ſi Fauer, ſuficere quadraginta, aſſerat, *in ſuo Cod. tit. de probation. defin.* 23. *n.* 9.

12. Ad *l. ſi vicinis, Cod. de nuptijs, d. cap. illud, l.* 1. §. *ſi quis; ff. de carboniano edicto, Menoch d. caſ.* 89. *n.* 2. *Maſcard. concluſ.* 787. *n.* 11. 12. *&* 13.

13. Ita *Oſuald. ad Donel. lib.* 6. *coment. cap.* 10. *lit.* D.

14. *Bar. in l. non nudis, Cod. de probatio l.* 1. *C quorum bonor. Alexand. Conſ.* 88. *n.* 7. *vol.* 7. *Decius, Conſ.* 54. *Paleotus tract. de nothis & ſpur. cap.* 22. *n.* 214. *&*

15. Ex *Rota à Valle, Cõſ.* 49. *n.* 48. *lib.* 4. *Bal. Conſ.* 188. *incip. mortuo, lib.* 3. cum alijs, *Faquineus controuerſ. iuris, lib.* 1. *cap.* 73. *verſ. contrariã, cum ſequent. Maſcardo concluſ.* 790. *maxime, n.* 3. *Alciatus, lib.* 4. *reſponſ. Conſ.* 52. *n.* 57. & rationem adfert, *Conſ.* 149. *n.* 45. *&* 6. *lib.* 9.

16. *Alexand. Conſ.* 51.

*vol.*

vol. 1. Paris. Conſ. 29. n. 9. & Conſ. 10. n. 110. lib. 2. Mechaca, controuerſ. lib. 2. cap. 85. n. 20. Rubeus, Conſ. 16. n. 16. Ioan. Baptiſta Pontanus, de alimentis, cap. 3. Menoch. d. caſ. 89. n. 70. Maſcard. concluſ. 789. n. 9. Couarr. d. cap. 8. §. 3. n. 7.

17. Ad l. ſicuti, §. ſed ſi, ff. ſi ſervitus vendicetur; Alciatus, præſumptio. 38. regul. 3 Paleotus, d. tractatu, cap. 22. num. 4.

18. L. neque profeſſio 5. Cod. de teſtamentis, l. ſola teſtatione 4. Cod. de teſtibus, l. inſtrumenta 5. l. non epiſtolis 13. l. non nudis 14. Cod. de probationibus, ad l. nemo 58. §. 1. ff. de hæred. inſtit. l. Gaius 12. ff. de iure patron. argum. l. epiſtola 52. ff. de pactis, l. Imperatores 29. §. 1. ff. de probation. l. ſi inſtituta 27. § ei qui, ff. de inoficioſo teſtam. l. pro hærede 20. ff. de adquir. hæred.

19. Ad l. non tantum 5. ff. rem ratam haberi, d. l. pro hærede 20. l. ſi tamen 48. §. ei qui 3. ff. de ædilitio edict. l. reprehendenda 5. Cod. de Inſtit. & ſuſtit, notat Gratianus diſceptatio. for. tom. 1. cap. 181. num. 9.

20. Facit l. pro hærede 20. §. 4. verſ. itaque, ff. de adquir. hæredit. ex ſupra adductis Paleotus, d. tract. cap. 23. n. 2. Gotofredus ad d. l. non nudis 14. Cod. de probation. liter. A.

21. Ex adductis ſupra à n. 9. ad n. 20.

22. Ad l. ſi ſervus 17. in fine, l. peculium 39. & l. peculium 40. vbi gloſ. margin. l. quoties 47. §. fin. in fin. ff. de pecul. l. 1. §. ſed ego 2. vbi Gotofredus, verbo quæmadmodum lit. z. ff. quod iuſſu, gloſ. in l. quod Nerua 32. ff. depoſiti, vt per Alciatum reſponſor. lib. 1. Conſ. 99. n. 8. Zenedo ſingulari dictio 84. Quaſi & ſingul. 89. Quæmadmodum.

23. Ad l. Diui Conſtantini 5. l. cum quis 10. & l. nuper 11. Cod. de naturalibus liber. Auth. quibus modis naturales, quę eſt Nouel. 80. cap. 8 & §. fin. in fine, Inſtit. de nuptijs, cap. tanta 6. qui filij ſint legitimi. Nec ſolummodo ſic legitimus remanet filius; ſed & ius etiam primogenituræ cōſequitur adverſus fratres iuſtis nuptijs conceptos, vt ex d. l. cum quis, tenet ibi Gotofredus, lit. I. & ad Nouel. 89. in fine



fine lit. b. per Michael Craſſum, lib. ſententiar. §. ſucceſſio, quæſt. 10. n. 8. Legitimare tamen naturales filios nequit pater, legitimis extantibus filijs, aliás quā per ſubſequens matrimonium, Gotofredus ad d. Nouel. 89. cap. 11. lit. g.

24. Ad l. item Mela 11. §. ſi alius 1. & §. ſed ſi plures 2. ff. ad leg. Aquiliam, ex Bal. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. obligat. & ex l. vtrum, ff. de rebus dubijs, Cenedo, d. Singul. 84. n. 2. in fine, ad id Gregor. Lopez, ad l. 7. tit. 15. part. 4. gloſ. 5. verbo ſu fijo.

25. Auth. vt liceat matri & auiæ, quæ eſt Nouel. 117 cap. 2.

26. L. 7. tit. 15. part. 4. vbi Gregor. Lopez, maximé gloſ. 7.

27. Cap. veniens 10. cap. licet 23. in fine, de teſtibus, l. iuſiurandi 9. Cod. de teſtibus, cum vulgatis, Maranta in prac. p. 6. tit. & producuntur confeſſiones, n. 12. & 13. ex ſacra pagina Num. cap. 35. verſ. 30. Ad vnius teſtimoniū nullus condemnabitur.

28. L. certum 6. §. minorem, ff. de confeſſis, Donel. enucleatus, lib. 28. com. cap. 1. lit. L. Oſuald. ad eundem Donel. lib. 21. cap. 10. lit. N. & cap. 12. lit. F post medium.

29. Maſcard. concluſ. 346. n. 9. & 15. Maranta vbi ſupra, n. 2. in fine, & n. 15. Afflictis, deciſ. 12. n. 2. cum alijs ſupra, vigilia 10. n. 20.

30. Ex iuribus adductis, à Maſcardo, d. concluſ. 346. n. 1. & 5. Alexand. Conſ. 19. in prin. vol. 4. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 1. caſ. 89. n. 83. Dixi in addition. ad chyrografum mercatoris (poſt Comman. Scholi.) lit. D. n. 9. Intellige vt ſupra vigilia 10. ex n. 9.

31. Ad l. nec ſi volens 6. l. nec omiſſa 15. l. parentes 22. vbi Gotofredus, l. interrogatam 24. l. liberos 39. Cod. de liberali cauſa, l. neque profeſſio 5. Cod. de teſtamentis, cap. per tuas 12. qui filij ſint legit. l. 20. in fin. ff. de probation. & ibi Gotofredus, lit. O. & P.

32. Ad l. tranſactione 26. vbi gloſ. Cod. de tranſactio. l. Imperatores 29. in fin. ff. de probatio. l. ſi inſtituta 27. §. 1. ff. de inoficioſ. teſtament. l. 1. §. ſi quis 4. & §. idem ait 9. ff. de Carboniano edicto, & ibi Gotofredus, lit. q. Gozadin. Conſ. 12. n.

12. n. 27. Menoch. d. caſ. 89. n. 27. Erudite proſequitur Illuſtriſſimus Dominus Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura, meritiſſimus Uicecancellarius Sacri Regij & Supremi Conſilij Regnorum Coronæ Aragonium, in ſuis obſervationibus illuſtrat. deciſion. tom. 1. obſerv. 23. quæſt. 10.

33. Cap. per tuas 10. de probationibus, ex ratione l. generaliter 13. Cod. de non numerat. pecun. Maſcard. concluſ. 789 n. 2. Menoch. d. caſ. 89. n. 73. Illuſtriſsimus Dominus Viceeancellarius d. q. 10. n. 84. Et in Aragonia, Fornerius, tit. de natis ex damnato coitu, verbis ijs, firmare videtur, ibi. Et ſi cõt ngat quod pater neget talem filium ſuũ eſſe, ſi mater vel ipſe filius poſſet probare per teſtes idoneos, quod ſemel, vel pluries conceſſit eum eſſe filium ſuum, vel habuit eum tanquam filium, teneatur pater eum habere pro filio, & nutrire eum.

34. Ad l. quia 5. vbi Paulus I. C. Pater vero (aſſerit) is eſt, quem nuptiæ demonſtrant. ff. de in ius vocando, l. filium 6. (ad quam, Fauer in rationalibus) ff. de ijs qui ſunt ſui. l. ſi vicinis 9. Cod. de nuptijs Menoch. de præſumptionibus lib. 3. præſ. 1. n. 46. Vaſquius Menchaca, controverſ. illuſtri. lib. 1. cap. 48. n. 22.

35. Ex ſupra adductis à n. 1. per dictam l. lucius 38. ff. de condit. & demonſtration. quam optimè ad hoc explicat Carranza, de partu, cap. 20. quæſt. 4. ex n. 33.

36. Ex nimia extraordinariaque in aliquo actu diligentia, fraudis dolique reſultare præſumptionem, colligitur ex l. incivilem 2. vbi Gotofredus, lit. S. Cod de furtis, l. teſtamentum 17 Cod de teſtament. & eidem Gotofredus, ibi lit. f. & ad l. ſi quis 7. lit. a. ff de condit. inſtit. Notatur in diſcurſu politico de las preſas §. 28. in fin. n. 2. in allegat fin. Menoch. præſum 2. n. 4. lib. 4. & præſump 3. n. 102. 103. & n. 108. lib. 5.

37. Decius Conſ. 120. n. 1. Capra Conſ. 57. Marta de iuriſdictio. 2. part. cap. 8, num. 23. Quod baptizati probet ætatem, etiam ſine notarij aliqua ſubſcriptione, nec parrochi iuramento; idque procedat ad matrimonium probãdum, in libro matrimonij, Sãchez lib. 3. de matrimon. diſput. 15. num. 12. Ledeſma, de matrimon. quæſt. 45. artic. 5. verſ. cæterum videtur. Maſcardo de probation. concluſ. 672. num. 18 & 19. ex ijs, pete Ceball. de las fuerzas. 2. p. q. 4. n. 81. ad n. 86.



# Pſephiſmatis XXX.

# VIGILIA TRIGESIMA

## *RES OBLIGATA, ET A CREDITORE diſtracta; an ad debitorem reverſa, iterum in obligationem incidat?*

CREDITORIS conſenſus, debitori preſtitus, vt res illi oppignerata, vẽdere aut legare alteri poſsit; eo vſque effectum producit, vt regreſſum ad illam habere nequeat 1. Si tamẽ venditionis ſequatur finis, & legatum nec repudiatum, ſed acceptatum ſit: cum alias convaleſcat pignus 2. Sicut & cum receditur, partium volũtate, à iam celebrata venditione 3: quatenus, nec tunc dicatur factũ, quod factum non perſiſtit 4. Sed hoc, ſi conſenſus ille ſpontaneus [non officij neceſſitate preſtitus 5] & etiam expreſſus, aut ſubſcriptione manifeſtus 6. Non ſi præſumptus; vt quia alienationi præſens, ſciens, & tacens, nec contradicens: niſi ad hoc ſpecialiter vocatus 7.

Quid ſi poſt creditoris cõſenſum ad diſtrahendum, res ad debitorem revertatur, aut quia ab emptore, ab alio vel redemit, aut quia illi hæres extitit? Regreſus creditori denegatur: niſi in reverſione [aliasve id circa] dolus verſetur 8. Quid ſi ſecundus creditor, rem illam, vti obligatã ſibi, proſequatur; poterit ne primus creditor, conſenſu nõ obſtante, agere adverſus ſecun-

cundum? Uidetur. Non ad exigendum, ſed ad defendendum vt beneficium ſequatur, & plenum habeat effectum conſenſus. Ius enim pignoris, non tertij, ſed debitoris favore cui conſenſit, vel emptoris cui vendidit, remiſſum cenſetur 9. At reddito, remiſſove pignore, crediti ius nequaquam remiſſum eſt, 10.

Sed an rem a debitore [cui conceſſa alienatiō fuit] readquiſitam, creditor virtute clauſulæ generalis obligationis *futurorum bonorum*, proſequi valeat? 11. Negat Iuſtinianus reincidere ſub pretextu, & appellatione futurorum bonorum, in generalem obligationem 12; ne in vna eademque re, geminatum detur pignus, dupliceturq́ obligatio: vna, ſub præſentium; altera, ſub futurorum bonorū appellatione, cum & præſentium & futurorum vnica tantum ſit obligatio, 13. Creditor ſiquidem cum rem vēdere permitit, pignus dimitit, vti teſtatur Iuriſcōſult' Gaius 14. At *dimitere*, vices habet donationis 15. & ita liberare & abſolvere eſt 16, vt tamquam ius renuntians ſuum, ad id numquam regreſſus detur 17. Illud quippe liberalitatis beneficium, non reapſe tantū, verum etiam creditoris conſentientis volūtate, conſiſtēs, perpetuumque, abſque mutatione aliqua, iudicatur & fit: reſpuendusque actus, ex accidēti, readquiſitionis ort', quaſi primo proſus cōtrari', ne fruſtratorium actum feciſſe videatur 18. Nec ſanæ quiſquam mentis præſumet, creditorem expreſa ſua volūtate rem ab obligationis nexu vna ex parte liberare voluiſſe, ex alteraque eandem ipſam iterato religare. Hinc vendēs omnia bona ſua præſentia & futura, pro mille; ea vtique ſic venditori creditur emptor dediſſe, vt ne in venditionem futurorum bonorū poſtea reincidant 19. Id ipſum de ea dicendum pecunia, qua accepta, debitor creditori in eam obligat omnia quæ habet, habiturusque eſt: nam cum eo animo detur, & accipiatur, vt libera debitori ſit, & maneat, ad vſum, aut ad tractanda negotia; non eſt veroſimile, immo ab omni alienum mente, pecuniam ipſam in obligationem creditori incidere, quam

nec



nec mutuo debitor accepiſſet, niſi in alios eguiſſet vſus 20. Igitur cum Iuſtiniano dicendum 21. Nobis viſum eſt, eum qui ſemel conſenſit alienationi hypotecę, & hoc modo ius ſuum reſpuit, indignū eſſe eandem rem, vtpote ab initio ei ſuppoſitam, vindicare, vel tenentem inquietare.

In cauſa executiva Andreę de Torres, qui Domum quandam ſibi obligatam executavit, &, addictionis ſententia præcedente, ſubaſtavit, nec ſuficiens ad omne ſibi debitū per ſolvendum fuit. Cum ergo Domus ad primum dominum [virtute ceſionis ab emptore factæ] iterum deveniſſet, & creditor, ob debiti reſiduum, illam ſecundò poſtea executaſſet, ob aliorum defectum bonorum, petijt addictionis proferri ſententiam: reo executato, & altero creditore (qui in prima executionis cauſa, ſecundum obtinuit gradum, nec debiti ſatisfactionem accepit, & in ſecūda hac executione ſe oppoſuit) contrarium ſupplicantibus, ex præfata Iuſtiniani cōſtitutione. Hęc proponebantur à creditore executante. Illam Imperatoris reſolutionem, ſolūmodo procedere (vti ex litera apparet) in pignoribus & hypotecis, creditoribus ſuppoſitis, quę à debitoribus, creditorum conſenſu, venduntur, vel alio quoquomodo transferūtur. At in executione prædicta, Domus illa, neq́ à debitore, nec creditoris cōſenſu, ſed à iudice vendita fuit. Et ſi enim paſſim dicatur, factum iudicis, partis eſſe factum 22: hoc intelligendū eſt, vt venditio hypotecæ à iudice facta, ab ipſo debitore (per iudicis manum repreſētato) facta credatur 23. Vnde eſt, vt euicta poſtea; nō creditor, ſed debitor de euictione teneatur 24. Ultra quod, potiùs illud interpretatiuè, quā verè reputandū. Quandoquidem in huiuſmodi re; cōſenſus, non præſumptus, ſed expreſus deſideretur. Nō ſuficit ad pignoris remiſſionē, ſcire, aut illius pati venditionem; cum ea potiùs ratione, ob id tacuiſſe videatur, quod ſciverit ius ſuum vbique durare 25. Quomodo autem alienationi, aut venditioni cō ſentit, qui exigendi debiti neceſſitate coactus, id petijt

quod

quod ſuæ combenit ſatisfa-ctioni? Omnes ſiquidem re-nuntiationes, & ſtricti iuris ſunt, & ſtrictè veniunt inter-pretandę, nec vltra expreſſi metas extenduntur, ne dubiè donationem præſumamus, 26. Vnde rectè quidam 27. Certè (inquit) occaſio con-ſenſus præſtiti, & quæ fuerit creditori cauſa conſentiendi, inſpici omnino debet, vt ex ea cōſenſum interpretemur, & ampliemus, vel reſtringa-mus, receptis argumentis ex coniecturis mentis creditoris, qui id veriſimiliter æque vel minus, vel magis erat conceſ-ſurus. Semper enim voluntas quæ ex facto deprehenditur, limitanda dumtaxat, quate-nus ex tali facto neceſſario colligitur, 28. Ergo volūtas illa vt pignus ad debitum exi-gendum diſtrahatur, non ra-tioni conſonare videtur, vt contrarium operetur effe-ctum 29.

Cœterum debitor, adver-ſus duos præfatos creditores, nihil ipſis prędicta ſuffragari, Conſtitutionemque Iuſtinia-neam hoc in caſu procedere, abſolutè affirmabat. Contra primum: quia Domus vendi-tio, illius ope, voluntate, & conſenſu facta extitit (quæ legis eſt genuina decidendi ratio) & ſatis quidem ipſo actu expręſo, cum potentius facta conſenſum oſtendant, quam verba 30. Et faciens a-ctum, omnia ea facere & ex-primere cenſeatur, quæ de il-lius natura ſunt, & quæ illi à lege, ſtatuto, vel conſuetudi-ne tribuuntur, & ſi non expri-mantur 31 Ex receptione ſi-quidem pretij rei venditę, ap-probatio reſultat venditionis, 32. Quomodo ergo credito-ri tollerandum, pignus ſua in-ſtantia vendere, nec tamen conſentire; diſtrahere, & à nexu obligationis nequa-quā liberare? Aut res in emp-torem minimè tranſit, aut li-bera pœnes ipſum eſſe debet, ne vna eademque res, duplici diverſo cenſeatur iure, 33. Si ergo illic iam liberata ſemel; nequit iterum in antiqui cre-ditoris favorē obligata inveni-ri, obſtante Iuſtiniani lege 34.

Contra ſecundum etiam: quia iure ſtatutum reperitur, vt creditoris præſentia, patiē-tiaque, programate mediante [tempore quo prædium diſ-trahitur] admoniti; eo vſque illi



illi adferre præiudicium, vt pignoris amittat obligationē, ſi tacens, nec contradicat ve-ditioni 35. Neque inopia; bo-norumve dificientia, iam ſe-mel pignoris ſiue hypotecæ extinctam obligationem, fa-ciet reuiviſcere: cum hoc pe-culiare ſit mulieris privilegiū, vt non alias per remiſionem, à dotali pignore diſceſiſſe cre-datur, quam ſi ex bonis alijs indemnis ſervari queat 36. Senatus tandem, in debitoris favorem declaravit 37, exe-cutionem nullam pronuntian-do: nec tamen ius ſecundi cre-ditoris admitendo, ſed reſer-vando. Die nona Septembris, Anni 1652.

1. L. *ſi debitor 4. §. 1. l. ſi conſenſit 7. l. ſicut 8. l. Paulus, 12. ff. quibus mod. pig. l. apud celſum 4. §. quæſitum, 12. ff. de doli mali, l. ſi debitor, 12. Cod. de diſtractio. pignor. l. 2. l. res pignoris 10. Cod. de remiſion. pignor. l. creditor 158. ff. de regul. iuris.*

2. *D. l. ſi debitor 4. in fine, d. l. ſicut 8. § ſi voluntate 6. & §. venditionis 11. l. voluntate 10. ff. quibus modis pignus, Gabriel Mudæus, tract. de pignoribus, tit. quibus modis pignus, vel hypoteca ſolvatur, num. 27.*

3. *D. l. voluntate 10, ff. quib. mod. pignus, Mudæus, vbi proxime, n. 33.*

4. *Gloſ. in l. item eorum 6. §. quod ſi 2. in fin. ff. quod cuiusque vniverſitat. arg. l. aliud 71. ff. de verbor. ſignific. l. quidquid 48. in fin. ff. de regul. iur.*

5. *Ant. Fauer, in ſuo Cod. tit. de remiſio. pignor. defin. 4.*

6. *D. l. ſicut 8. §. non videtur, verſ. ſed ſi ſubſcripſerit, Mudæus. d. tractat. de pignor. n. 23.*

7. *L. ſi eo, 6. l. ſi hypotecas 8, Cod. de remiſio. pignor. Ant. Fauer, in Cod. eodem tit. defin. 2.*

8. *D. l. ſicut, §. ſupervacuum, 7. & §. illud videamus 8. ff. quibus modis pignus, Mudæus, vbi proximè, num. 28. & 31.*

9. *D. l. Paulus, 12. vbi Dioniſ. Gotofredus, ff. quibus modis pignus.*

10. *L. poſtquam 3. ff. de pactis, l. Lucius 11. in fine. ff.*

 *quibus*

quibus modis pignus, Oſualdus ad Donel. lib. 22. coment. cap. 4. lit. A. ante medium. Rationem reddit Fauer, in ſuo Cod. tit. de remiſ. pignor. defin. 3. n. 5. & 6. in allegatio.

11. In obligatione generali, ſemper bona quę habiturus eſt debitor, comprehenduntur; etſi id non exprimatur, ex l. fin. Cod. quæ res pignori oblig. & ibi Gotofredus, literis, L. M & O. Mudæus vbi ſupra, n. 5. & tit. quib. mod pignus, n. fin.

12. Vt l. fin. Cod. de remiſion. pignor. vbi Doctores, Couarrub. variar. reſolut. lib. 3. cap. 12. n. 1. in fin. Seſſe deciſ. 37. n. 5. 12. & 13. Surdus, deciſ. 163. per totam, Carleval. de indicijs, lib. 1. tit. 3. diſput. 22. n. 8.

13. Alberic. ad d. l. fin. & ad d. l. ſicut, §. ſupervacuũ, ff. quibus modis pignus, Gabriel Mudæus, tract. de pignoribus, tit. quæ res obligatæ intelligantur, n. 8.

14. In l. creditor 158. ff. de regulis iuris.

15. Ad l. ſi ſponſus 5. in fine, & l. ſi quis pro vxore 21. verſ. fin. vbi Gotofredus, ff. de donatio. inter, l. 4. l. ſi mulier 10. & ibi Gotofredus, ff. de condit. cauſa data, Alciatus ad l. 1. Cod. de pactis, n. 47.

16. Sic Ioan. Calvin. lexicon iuris, verbo dimitere.

17. Cap. 3. de reſtit. ſpoliator. cum vulgatis, & ex Cyno, Surdus, deciſ. 163. in principio, n. 2.

18. Ex Alciato in l. fin. Cod. de pactis, in fine, cum alijs, Seſſe, deciſ. 37. n. 5. vol. 1.

19. Vt per Seſſe, deciſ. 37. n. 12. & 27.

20. Ut per tex. in l. cum tabernam. 34. § fin. ff. de pignoribus, vbi Fulgoſ. & Albericus, & in l. obligatione 6. ff. eodem tit. Mudæus, d. tract. de pignor. tit. Quæ res obligatæ intelligantur, n. 9. [Vbi per totum titulum, quæ in obligatione generali intelligãtur compreheſa, traddit, iuxta l. 6. 7. 8. & 9. ff. de pignoribus] Et cum Romano, ſingular, 605. & alijs, reſolvit Couarrub. d. lib. 3. variar. cap. 12. num. 2.

21. In l. vltima, Cod. de remiſione pignor.

22. Proſequitur, & intelligit, Carleval, de iudicijs, lib. 1. tit. 3. diſput. 21. n. 4.

23. Ex l. ſi ob cauſam, vbi Bar.



Bar. Bal. & alij, Cod. de euictionibus, Surdus, deciſ. 39. n. 1. lib. 1. cum alijs, per Poſtiu, deciſ. 68. n. 5. poſt tract. de ſubhaſtatione, & deciſ. 38. n. 5. & 6. Larrea, deciſ. 75. n. 2. Docte Carleval, d. diſput. 22. & diſput. 21. ex n. 4.

24 Ex Tiraquello, de retractu ligniag. §. 1. gloſ. 14. n. 13. Poſtio, d. deciſ. 38. num. 5. & 6.

25. Ex d. l. ſicut. 8. §. non videtur, ff. quibus modis pignus, Mudæus, d. tract. de pignor. tit. quibus mod. pig. vel hypoteca ſolu. n. 21. Fauer, in Cod. tit. de remiſion. pignor. defin. 2.

26. Ita ex l. ex pluribus, ff. de ſolution. & l. cũ de indebito, 25. ff. de probation. cum alijs, per Socin. Conſ. 96. in fine, Mudæus, vbi proxime, n. 16.

27. Idem Mudæus, d. tit. ſupra, n. 17. ex. d. l. ſicut, §. ſed & ſi permiſerit 13. ff. quibus mod. pign.

28. Ita Martin. Monter, deciſ. Aragon. 24. n. 5.

29. L. nulla, ff. de legibus, l. in ratione 30. §. [illegible] in fine, ff, ad leg. [illegible].

30. Ut per [illegible] in l. reprehendenda, Cod. de inſtit. & ſubſtit. n. [illegible] cum alijs, Seſſe, d. deciſ. 37. n. 28.

31. Late Seſſe, d. deciſ. 37. n. 24. 25. & ſequent.

32. Ex l. poſt diem 7. cum lege antecedenti, §. fin. ff. de lege commiſſoria, & alijs, Larrea deciſ. 75. n. 10.

33. Ad l. eum qui, 23, ff. de vſucapion. can. cognouimus 29. 12. quæſt. 2. cum vulgatis, per Suelves, Conſ. 7. n. 21. ſemicent. 2.

34. In d. l. fin. Cod. de remiſſio. pignoris.

35. Ad l. ſi eo tempore 6. & l. ſi hypotecas 8. Cod. de remiſ. pignor. vbi Gotofredus, & Fauer, ad eundem tit. defin. 2.

36. Ut advertit Anton. Fauer, ad tit. Cod. de remiſſio. pignor. defin. 3.

37. Ex Ludouico Poſtio, poſt tractat. de ſubhaſtationibus. Inſpectio. 69, quæ eſt, vltima.

M 2 Pſe-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# Pſephiſmatis XXXI.

# VIGILIA TRIGESIMA PRIMA.

## *De vi conventionis legis commiſſoriæ, pactique de retrouendendo: ac de fructuum medij temporis reſtitutione.*

LEGIS COMMISſoriæ pactum ita cōceptum, *ſi ad diem pretium nec ſolvatur, res inempta ſit* 1, hoc efficit vt purè contracta videatur venditio; ſub conditione tamen reſolvenda 2. Contra autē, ſi agatur, vt ſoluto ad diem pretio, perficiatur emptio 3. Nec verba illa tam præciſſa, vt alia æquipollentia minimè ſuficiant (ne nudis alias verbis, imponamus legem 4.) dū tamen directa, executionem reſolutionemque contractus importantia 5. Virtute illius purę vēditionis, fructus emptor ſuos abſolutè facit, tamquàm bonæ fidei poſſeſſor 6: inſpecta verò reſolutione, ſiue conditionis qualitate, revocabiliter. Reſoluta ergo vēditione, fructus omnes [induſtrialibus exceptis. 7,] tam exiſtentes, quam conſumptos, reſtituet 8: dominiumq́ rei, ſtatim, emptore deſtituto, ad venditorem revertitur; aut potiùs cum res empta, tā, quam inempta ſit, & retro nūquam venditam fuiſſe credamus, proindeque dominium vllo tempore a venditore receſiſſe: meritò vti verus rei illius Dominus, reivendicatione vtetur, 9. Quidquid Doctus quidam tenere videatur, 10, dum hoc caſſu, abſque reali tradditione, minimè dominium ad venditorem reverti, aſſerat. Nam & ſi regulariter hoc procedat (alio renuente, qui voluit, nullatenus preciſſe & abſolutè neceſſariam rei traditionem eſſe, cum neque divino humanoque vllo iure, ſtatutum hoc ad dominij tranſlationem inveniatur, ſed cōſenſum, nudamque ad id ſuficere contrahentium voluntatem 11.) Tamen in occurrenti, hoc vti ſpeciale limitatur: aut quaſi lege fingēte, retro numquam rem fuiſſe venditam: aut quia ad contractus tempus, conditio adimpleta, reſolvens, retrotrahitur: vel quod, cum retrò tunc titulus, reddatur nullus, traditio ſine cauſa remannes deſtituta dominio; efficit vt directum illud, illico venditor [vti primitus] recuperatū habeat. 12. Hoc ſi pactum incontinenti fuerit appoſitū, non ex intervallo 13. Nam etſi verbum *incontinenti*, latiùs accipiatur, ita vt quod intra triduum fit, incontinenti factum dicatur 14; & in pacto [de quo præſens diſputatio] ſi eodem, vel ſequēti ſaltem die factum ſit, ſuficere credant alij 15: arbitrioque iudicis tempus hoc, ſecundū ſubiectam materiā, relinquendum, nec pauci aſſerant 16. Tamen veriùs, vt pactum huiuſce, illicò in ipſo apponatur contractu 17, vel in ſolio, ſi id eo tempore à partibus actum: cum tunc vnicus & idem continuatus actus, abſq́ temporis differentia, iudicetur & ſit 18. Ea ſiquidem venditionis actui ineſſe creduntur, quę ſtatim à partibꝰ fiunt, ante quā ad alios ſe extraneos divertant, 19. Aliter enim ſemel perfecto abſolutoq́ cōtractu, ita dominiū ſine vlla qualitate erit emptori adquiſitū, ut ex novo poſtea contrahentium pacto, dominium illud abſque nova emptoris traditione, venditori minimè quęratur 20. Item etiam, ſi verbis concipiatur directis, non obliquis 21: nam alias, nec tranfertur ipſo iure dominiū, nec per conſequens, rei poterit vti vendicatione adverſus emptorem, venditor, ſed perſonali actione ad pacti obſervantiam, vt ipſi reſtituat rem, eritque vti pactum de retrovendendo 22. Ea enim directa ſunt verba, quæ ipſo iure contractus reſolutionem ſignificant: obliqua verò, quæ facto alicuius miniſterio ve hominis, indigent neceſſariò 23. Vtilis equidem diſtinctio huiuſmodi,

eiuſmodi,ex generali quorundam ratione,aſſerentiũ: quod tunc ab emptore percepti fructus, venditori reſtituuntur, cum venditionis reſolutio ipſo iure fit 24. Cum verò aliter quam ipſo iure diſolvitur; nullatenus tunc percepti interim ab emptore fructus reſtituet ipſe, ſed apud eum manent.Quin imo,& ſi verum ex Vlpiani ſententia ſit 25, emptorem vſucapere poſſe, fructus,& acceſiones lucrari,quotiens venditio pura eſt, ſed poſtea reſolubilis ſub conditione(ea adveniente)& proinde contra, cum fuerit conditionalis à principio 26. Tamen,in venditione ſub pacto legis commiſſoriæ contracta, non procedit,vt tamquam purè celebrata, & ſub conditione reſoluta, fructus lucretur emptor 27: ſed eos venditori reſtituere teneatur 28. Hocque ſpeciali quadam ratione à Neratio Iuriſconſulto adlata 29. *Vt nihil pœnes eum reſidere oporteat,ex re in qua fidem fefeliſſet.* Aut, quod cum venditione ipſo iure reſoluta, retrò credatur celebratã nec fuiſſe, nec à venditore dominium receſiſſe, vt ſupra, inde evenit,emptorem fructus minimè facere potuiſſe ſuos.

In cauſa Ioannæ Rodriguez de la Peña. Fundum ipſa Petro de la Cruz vendidit, pro quãtitate quingentorum ducatorum: ex quibus cenſum ſuper fundum prædictũ conſtituit. Poſt biduum autẽ, ſcripturæ addidit [emptoris voluntate, & acceptatione] vt caſſata cenſus conſtitutione, ſi intra biennium pretium non ſolveret, res tamquam nõ empta eſſet,tenereturque Petrus emptor,rem reddere,reſtituereque prædictæ Ioannæ venditrici. Hæc, duobus illis tranſactis annis, emptori Petro reſcripſit, vt pro ſe, Franciſco Gomez,pondo centum perſolveret: & factum eſt, dum hic accepto tullit quantitatem illam. Poſtea venditrix,cenſũ illis exhibitis[quos ſe ab emptore mutuo accepiſſe dicebat] petijt declarari, pacti virtute, ad ſe fundi dominium,cum fructibus perceptis pertinere, liberamque illius ſibi poſſeſſionem dari.

Petrus proponebat. Aſſertum illud legis commiſſoriæ pactum, nullum eſſe: nõ tantũ quod ex intervallo factũ;

verum





verum quia à principio vẽditio pura,ex qua ſibi irrevocabile quæſitum fuit dominiũ. Vnde pactum ex poſt facto conventum, inane & ſine effectu extitit. Si enim id quod purè emi [Paulo Iuriſconſulto dicente 30.] ſub conditione rurſus emam; nihil agitur poſteriore emptione. Igitur ex prima ſolum venditione, ad pretium,vel redditus conſequendos(non verò ex ſecũdo conditionato actu) venditrici competet actio. Vlterius,quod etiam ſi pactum illud, aliquem poſſet operari effectum; nequaquam hoc producet,reſultans ex lege cõmiſſoria; quia nec incontinenti adiectum, nec verbis directis compoſitum: ſed tantum perſonalem actionem ad illiꝰ adimplementum, 31. Et dato quod id ipſum produceret quod pactum de retrovendẽdo; fructus reſtituere minimè tenetur,cum euidenter appareat,fructus[eo caſu]ad emptorem pertinere 32. Cœterum, quòd etſi abſolute pactum illud, legis eſſet commiſſoriæ, eo ipſo illi renuntiatum fuit à venditrice,quod tranſacto biennio, pretij partem petijt, & accepit 33. quã emptor ipſe,hac expreſſa qualitate, præſtitit. Et quamuis nullatenus id appareret,præſumeretur ſemper,eo quod in duriorem cauſam ſolutio regulariter facta credatur 34.

At venditrix, legis commiſſoriæ pactum valide adiectũ, illudque incontinenti appoſitum, affirmabat. Nam illicò poſt venditionis celebrationem, & quaſi vno contextu, à partibus ipſis concordi aſſenſu reſolutum, & conventum, vt pactum prædictum adijceretur: quod biduum poſt executum; hoc eſt, in ſcriptis redactum. Vnde, cũ illius ſpe venditio fuerit celebrata: dominium, irrevocabile,ſiue abſolutè,minimè habuit emptor; ſed pacto [poſtea celebrato] ſubordinatũ. Quo ex tempore,illud creditur habuiſſe; non verò antea, tam ex dependentia perfectionis actus (nec novum eſt, vt à prima conventione, per poſteriorẽ recedatur 35.) quã ex nõ traditione [à principio] rei venditæ 36. per veros, fictosve actꝰ 37. nec per inſtrumenti vel ſcripturæ traditionem 38. quã poſtea tradidit

 Vlte-

Vlterius, non obeſt emptoris inſtantia, vt ex pretij petitione, receſſum à lege commiſſoria credatur. Nam procederet quidem, ſi expreſsè (vt requiritur, 39.) pretium fuiſſet petitum. At quantitatem illam, non pretij loco; ſed mutuo acceptam ex actis apparet. Et tandem, rem ad ſe pertinere, cum fructibus ab emptore reſtituendis, prædicti pacti virtute; negari non poteſt: etſi fateremur, illud [forma & ſubſtantia mutati] redactum eſſe ad pactum de retrovendendo. Nam ſi fructus reſtituere debet 40, qui rei pretium cum prædicto pacto venditæ, ſolvit. Ergo qui nec ſolvit & inſuper, pręſtita fefellit fidem; 41. Quo iure, qua æquitate fructus poterit retinere? Hoc enim reſtituere eſt, illos non reſeruare 42.

Senatus verò, atentis prædictis; emptorem cum fructibus rem Ioannę venditrici reſtituere teneri, declaravit, centum illis perſolutis. Die quinta Menſis Februarij, Anni 1652.

1. L. 2. *l. ſi fundus* 4. *l. lege* 5. *ff. de lege commiſſoria.*

2. *L. 1. ff. eodem, l. 3. ff. de contrah. emptio. l. 1. §. 3. ff. pro emptore l. 2. ff. de in diem adiectio.*

3. *D. l. 2. l. ſi prædium* 4. *Cod. de ædilitijs action.*

4. *L. omne verbum* 2. *in fine, Cod. commun. de legat.*

5. *Dioniſ. Gotofredus, ad d. l. 2. lit.* E. *Gregor. Lopez, ad l. 38. tit. 5. parti. 5. gloſ.* 3. *Couarrub. variar. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 1.

6. *L. bonæ fidei* 48 *ff. de adquirend. rer. dominio, l. lege* 5. *ff. de lege commiſſor.*

7. *Ad l. fructus* 45. *ff. de vſuris.*

8. *D. l. lege* 5. *vbi Gotofredus, lit* E. *l. 38. & 40. tit. 5. part. 5. l. item quod, 6. l. Imperator 16. ff. de in diem adiectio. Couarr. d. lib. 3. var. cap. 9. n. 1. in fine, Anton. Gomez, tom. 2. var. cap. 2. n. 30 Donel. lib. 16. coment. cap. 18. lit.* C. *& cap. 19. lit.* E. vbi Oſualdus.

9. *L. ſi quis hac lege* 47. *ff. de rei vendic. l. commiſſoriæ 4. Cod. de pactis inter emptor. l. fin. verbo, vendicari, ff. de lege commiſ. Donel. lib. 16. coment. cap. 19. lit. E. & cap. 18. lit. E. & D.* ibique Oſualdus, iiſdem literis; *& lit. F. in fine, Couarr. d. cap. 8. n. 1. Larrea, deciſ. 42. n. 17. Solis de cenſib. lib. 1. cap. 6. n. 7. & 8.* ex Saliceto, *in l. traditionibus, Cod. de pactis, Seſſe, deciſ. 18. n. 77. Gregor. Lopez, ad d. l. 38. tit. 5. par. 5. gloſſa 3.*

10. *Anton. Gomez, d. cap. 2. n. 30. verſ. item etiam infertur, ad fin. ex l. traditionibus, Cod. de pactis,* cum alijs ab eo adductis.

11. *Ferdinand. à Mendoza, diſputat. ciuil lib. 3 cap. 2. quem refutat Felician. Solis, de cenſibus, lib. 1. cap. 2. num. 13.*

12. Ita ex Cyno, & Fulgoſio, cum alijs, *per Felician. d. cap. 6. n. 8. in fine, Couarr. d. cap. 8. n. 2. Oſualdus, & Donel. vbi proximè.*

13. Ex gloſ. *in l. ab emptione, verbo, cogaris, ff. de pactis, cum alijs, Couarrub. variar. lib. 3. cap. 8. n. 1. verſ. hæc vero, Larrea, deciſ. 83. n. 3. Gomez, d. n. 30. prope fin. Donel. lib. 16. coment. cap. 19. Gregor. Lopez, d. gloſ. 3. in fine.*

14. Ad *l. fin. Cod. de error. advocat. & l. fin. Cod. de iudicijs.*

15. Vt ex Ancharrano, *Tiraquello, & alijs, refert Seſſe deciſ. 16. n. 5. 6. & fin. & deciſ. 17. n. 21.* Vbi ita pronuntiatum ſæpè refert in Aragoniæ tribunalibus. Sed hoc ſpeciale in Regno illo, vbi abſque rei traditione, dominium transfertur per inſtrumentu, & poſſeſſio, abſque vero fictione, poſſeſſionis actu, virtute pacti in inſtrumento contenti, *ad Seſſe d. deciſ. 17. n. 8. & 9.* Nec vlla inter directa, vel obliqua verba, atenditur diferentia, ad dominium tranſferendum, virtute pacti reſolutivi, *& latius, deciſ. 18.*

16. Vt ex Menochio, *de arbitr. caſ. 9. n. 5. & alijs, tradit Menedo, ſingul. 56. n. 4. ex l. 21. ff. de conſtit. pecun. Oſual. ad Donel. d. cap. 19. lit. D.*

17. Ex *l. illud, 20 in fine, Cod. de collatio. & l. item labeo 23. verſ. ſed ſi pure ff. famil. herciſ.* cum alijs *Gomez, vbi proximè* quem ſequitur *Larrea, d. deciſ. 83. n. 3. 4. & 5.*

18. *Seſſe deciſ. 17. n. 20.*

19. Ad *l. lecta 40. ff. de rebus credit. l. iuriſprudentiũ, 7. § quinimo 5. ff. de pactis, l. 1. § in ſumma 6. ff. quarum rer. actio. gloſ. in l. cum fundus, §. ſer-*

*§. ſervum tuum, ff. de rebus cred. verbo ſtipulationi, gloſ. in l. 3. §. eum, ff. de vi & vi armata, verbo,* incontinenti, *Cenedo, d. ſingul. 56. n. 6.*

20. Doctè diſſerit Larrea, *d. deciſ. 63. n. 4. 5. & 6. cum ſequent. Couarrub. d. cap. 8. n. 1. verſ. hæc vero.*

21. *Oſual. d. cap. 19. in fine, Felician. Solis, vbi ſupra d. n. 6. & 8. Couarrub. d. cap. 8. n. 1, verſ. ſecundo.* Fallit in pacto addictionis in diem: quod & ſi verbis obliquis cõceptum ſit, ipſo iure dominiũ transfert in venditorem, abſque traditione, cum alijs, *Solis, d. cap. 6. n. 7. in fine.* At in pacto de retrovendendo, cõtrarium procedere, quibuſcũque directis aut obliquis verbis fiat, tenent communiter Doctores. Diſentiunt qui aſſerunt, pactum verbis directis dominij tranſlationem, ipſo iure, abſque traditione inducere, *Referunt Couarrub. poſt d. n. 2. Solis, n. 10.* Vbi ad diferentiam componendam, *ex Cald. Pereira, ad l. ſi curatorẽ Cod. de in integr. reſtit. gloſa, ſua facilitate, n. 64.* pactum illud de retrovendendo, verbis conceptum directis; iam tunc; non de retrovendendo, ſed generale legis commiſſoriæ appellari debere, refert. *cum Alexand. Conſ. 10. n. 6. vol. 1.*

22. Ita Anton. Gomez, *d. cap. 2. n. 30. verſ. item adde, ex l. 3. Cod. de pactis, Oſuald. vbi proxime, & gloſ. ordinar. in l. 1 ff. de donatio. Solis, d. cap. 6. n. 6. ex Couarrub. d. cap. 8. num. 2.*

23. Exemplificat *Solis, d. lib. 1. cap. 6. n. 6. in fine, ex Cald Pereira, in l. ſi curatorem, Cod. de in integr. reſtit. gloſ. ſua facilitate, n. 53. Gomez, d. n. 3. verſ. item adde, Couarrub. d. cap. 8 n. 1. verſ. ſecundo.*

24. *Corraſius Miſcelane. lib. 3. cap. 9. & Imol. in cap. illo vos, de pignoribus, n. 10.* quoad id refert *Couarrubias, var. lib. 3. cap. 9. n. 1. Donel. d. lib. 16. comment. cap. 18. lit. C. & D. & ibi Oſualdus.*

25. In *l. quoties 2. ff. de in diem addictio. l. 2. §. 4. & 5. ff. pro emptore.*

26. *L. vbi autem 4.* & ita *l. item 6. & l. Imperator, 16. ff. de in diem addictio.*

27. *L. 1. ff. de lege commiſſoria.*

28. L.



28. *L. ſi fundus, 4. l. 5. ff. de lege commiſſor. & ibi Gotofredus, lit. N. Larrea, deciſ. 86. num. 4.*

29. In *l. lege fundo 5. ff. de lege commiſſor. & ibi Gotofredus.* Fidem qui fefellit, omni commodo indign⁹ eſt. *Couarrub. d. cap. 9. n. 1. in fin.*

30. In *l. ſi id, 7. ff. de reſcinden. venditione.*

31. *D. l. 2. Cod. de pactis, inter emptor. Couarrub. var. lib. 3. cap. 8. n. 2.*

32. Ut per Doctores, *in d. l. 2. de pactis, inter emptor. Couarrub. d. lib. 3. cap. 9. n. 1. in fine.*

33. *L. ſi fundus, 4. §. elegãter 2. l. de lege, 6. in fin. l. poſt diem 7. ff. de lege commiſſoria, & ibi Gotofredus, l. commiſſoriæ. 4. Cod. de pactis inter emptor.*

34. *L. 1. l. cæterum 3. l. in hys, 5. l. cum ex pluribus, 97. l. cum ex pluribus 103. ff. de ſolutionibus.*

35. *L. tempore 8. Cod. de pactis, inter emptor. l. de contractu 3. Cod. de reſcinden. venditio. l. ſicut 5. Cod. de obligat. & actio. l. ſed celſus 6. in fin. l. pacta conventa 72. ff. de contrahenda emptione l. emptio 3. l. cum emptor 5. §. 1. ff. de reſcind. venditio.*

36. Ad *l. traditionibus 20. Cod. de pactis, §. ex hys, 5. in fine, Inſtit. per quas perſonas, l. nunquam 31. ff. de adquir. rer. domin l. quoties, 15. ff. de reivendicat.* & ibi Gotofredus, *lit. D. & E. Oſuald. ad Donel. lib. com. 20. cap. 2. lit. R.*

37. *L. 1. ff. de precario, l. quod meo, 18. l. interdum 21. ff. de adquir. poſſeſſio.*

38. *L. 1. Cod. de donatio. Donel lib. 5. com. cap. 9. lit. f. & ibi Oſualdus.*

39. *D. l. 4. ibi.* Pretium petere, *l. 6. ibi,* Venditor partem pecuniæ accepit. *l. 7. ibi,* Venditor pretium petat, *ff. de lege commiſſoria.*

40. *Couarrub. variar. d. lib. 3. cap. 9. n. 1. in fine.*

41. *D. l. lege fundo 5. ff. de lege commiſſoria.*

42. Ad *l. plus eſt, 22. l. reſtituere 35. l. hæc verba 73. l. reſtituere, 75. ff. de verbor. ſignificatio.*

Pſe-

# Pſephiſmatis XXXII.

# VIGILIA TRIGESIMA SECVNDA.

## *DE ALIENATIONE REI ECCLESIAſticæ. De emphyteuſi, & moræ purgatione.*

ECCLESIASTICArum rerum, cum nedum Clerici, verum nec Epiſcopi domini ſint, [ſemper enim nullius in bonis fuere 1.], illas abſolutè alienare nequeunt, obſtante ſacrorum Canonum prohibitione 2. Adminiſtratores tantum ſunt: ac pro inde, nec donant licitè, nec remitunt; nec alienant, nec ſibi adquirunt, nec vſucapiunt; ſed cuſtodiæ obnoxij ſunt, illarumque defenſioni, etiam cum vitæ periculo 3. Alienãtes itaque, pœnis ſubijciuntur canonicis, depoſitionis & excommunicationis, ni ſtatim, hoc eſt, celeri rerum reſtitutione reſipiſcant 4. Et vltra contractus nullitatem, vt alienatas recuperet res, tam alienantẽ quam recipientem, earum q̃ poſſeſſorem quemlibet, ad libitum conveniet Eccleſia, 5. abſque eo quod ab alienante, pretium detentator recuperet, quatenus ſciens, res emiſſet Eccleſiaſticas 6.

At tamen, certis caſibus permiſſa alienatio. Primò, vt neceſſitatibus ſubveniatur, quãdo eis aliter ſucurri minimè poteſt 7. Secundò, manifeſtę vtilitatis cauſa; veluti ad rem aliam meliorem ſubrrogandam 8. Tertiò, pietatis, & charitatis intuitu, vt ad captivos redimendos, pauperes ve famis tempore alendos, 9. Verum hoc, adhuc forma & ſolemnitate (quę iure ſtatuũtur) adhibitis; id eſt, vt ſuper alienanda re, an expediat, à Prelato cum Capitulo tres

fiant



fiant tractatus, ſi hoc conſuetudine obtentum inveniatur: aliàs ſuficiet vnicus, cum ſingulariter hoc à iure inveniatur expreſum 10. Item, vt in alienationem, claré explicitè que cõſentiat Capitulum [& ſubſcribat] pro maiore ſaltẽ, ſaniorique parte, 11. Licet iam hoc conſuetudine receptum inveniamus, vt notarij ſuficiat ſubſcriptio. Et in monaſterij rebus, præter Abbatis Capitulique conſenſum, Epiſcopi etiam [iure] eſt adhibendus, qui an Eccleſiæ alienationem facere expediat, cognoſcet 12. Similiter, in Eccleſia patronatus, patroni conſenſus neceſſariò adhibebendus: maximè in alienatione rerum quę ab ipſo provenere 13. Illud enim quod dũ [neceſſitate vrgẽte] Eccleſiaſticarum rerum alienatio fit, à rebus ſit mobilibus incipiẽdum; communiter nec recipitur, nec obſervatur: licet aliàs varijs ex accidentibus, tutius & vtiliùs iudicetur, 14. Cauſa tamen, formaq coniũctim; ſecuræ alienationis fundamentum. Nec vnum ſine alio ſtare poteſt, abſque eo quod nulla fiat alienatio 15: [quambis etiam interveniẽtibus illis, nequaquam denegetur Ecleſiæ, dum læſa invenitur, in integrum reſtitutio 16.] Uerum non tam preciſsè cauſa ſemper exiſtens, neceſſaria; vt non ſuficiat apparentem, ſiue expreſam tempore contractus, iuxta cõtrahentium exiſtimationem, opinionemque, extitiſſe (licet verè non exiſteret) vt tunc mero iure valeat alienatio. Quin immo, in ea, iuris ſervata forma, dum extra licitam & iure permiſam cauſam facta fuiſſe minimè conſtiterit, iuridicè quidem in dubio preſumeretur: cum forma ſervata in alienatione, & iuſtam credatur, interveniſſe cauſam 17 dũ contrarium ab Eccleſia non probetur: cui incumbet, vt de actus nullitate agẽdo, obtinere valeat 18.

A Conventu, Priore & religioſis Prædicatoribus, præcedente Capitulari tractatu, domus in emphyteuſim data fuit (eadem forma qua, Salvatori Eſtebes, quadraginta retrò annis, conceſa eſt) Petro del Caſtillo, ſibi ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus, centum ducatorum ſtatuta penſione:

ſione:

ſione: omnibus clauſulis in emphyteuticis contractibus apponi ſolitis; expreſim adhibitis. Domo iam penes quartum poſſeſſorem exiſtente, ceſſatum eſt per biénium à canonis ſolutione. Virtute caducitatis conſolidationisque dominij vtilis cum directo, domum ſibi liberè traddi, Monachi petiere: reſiſtente emphyteuta, eo quod ipſis, antequam iudicem adirent, duarum penſionum oblationem, feciſſet, quas poſtea in iuditio exhibuit.

Iuris inſpecta diſpoſitione, certum eſt, priuati emphyteutam à iure toto cadere, ſi per trienniũ in canonis ſolutione ceſſaverit· At vero in Eccleſię emphyteuta, biennium ſufficere, 19. Et ſi enim iuris ciuilis rigore atento, caducitatis pœnã minimè evitet emphyteuta, neque moram purget debitas offerendo pecunias 20. Tamẽ Canonici iuris inſpecta æquitate, celeri ſatisfactione (iudicis relicta arbitrio 21) reali mediante oblatione, caducitatis pœnam euitari poſſe, moramque purgari, veriſſimum eſt 22. Et in occurrẽti caſſu, cum oblatio facta ab emphyteuta ſuit ante Conuentus iuridicã declarationem (quæ alias impediret profecto moræ purgationem 23.) caducitatis pœnæ locũ non eſſe, Senatus pronuntiavit. Die vndecima Ianuarij, 1651.

Conuentus poſtea, nullam eſſe domus alienationem in præfatum factam, ipſique tãquam vero domino reſtituẽdam, petijt: ex ſequentibus. Primò, ob defectum ſolemnitatis à iure in alienatione, & emphyteuſi prædicta, requiſitæ 24. Secundò, quia id noviori cõſtitutione per Paulum Secundum, Pontificem Maximum, ſtatutum, ne res Eccleſiaſtica alienetur, vel in emphyteuſim detur, Romano Pontifice in conſulto, ſub nullitate, pœniſque ibidem ſtatutis 25. Quæ conſtitutio in viridi eſt obſervantia, & vſu recepta præſumitur, dum contrarium ab adverſario nõ probetur 26. Tertiò, quia Eccleſiaſtica emphyteuſis, *ſibi & hæredibus* data, minimè in hæredes tranſit extraneos, neque vltra tertiam extenditur generationem 27.

At tamen, cum ex actis ap-

paruit,



paruit, prima in emphyteuſi, omnes iuris ſolemnitates interveniſſe, ad perpetuam alienationem requiſitæ; & in ſecunda, præter eaſdem cauſas (quæ adhuc exiſtebant) etiã tractatum adhibitum; cõceſſamque ad inſtar primæ fuiſſe: ſuppoſito inſuper, quod res in emphyteuſim dari ſolita [idque vnico verificatur actu, cum annorum quadraginta decurſu 28, vt in præſentiarum] ea ſolemnitate qua dari conſueverit, poſſe noviter in emphyteuſim concedi, 29 (maximè cum non vná cũ vtili, tranſeat directum dominium) & quod tunc etiam ſimpliciter pro hæredibus data, ad hæredes tranſeat extraneos, 30. Similiterque, conſtitutionem prædictam Pauli ſecundi, [etſi huic minimè ſufragaret alienationi, dum aſſerit, *præter quam in caſibus à iure permiſis, ac de rebus & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis*] vſſu non eſſe receptam conſtitit, & in Hiſpaniæ Tribunalibus, contra ipſam multoties iudicatũ 31 Et tandem Regulares, peculiaribus Apoſtolicis privilegijs, poſſe ſua vendere bona, alienareque 32. Et expreſim Fratres Prędicatores, cum ex neceſsitate vendant, ſecundũ ſui ſtatus naturam; neq̃ cauſa, neque ſolemnitate indigere, referant aliqui 33. Ideò Senatus, petita à Conventu Prædicatorum; locum non habere declaravit. Die decima, Septembris, Anni 1651.

1. AD *l. in tantum, §. ſacræ res, ff. de rer. diuiſ. §. nullius, Inſtit. eod. tit. l. 12. & 13. tit. 28. p. 3.* Meminit *Macrobius, lib. 3. Saturnal. cap. 3. Alexand. Dier genial. lib. 6. cap. 14. in princ.*

2. *Cap. nulli 5. cap. ſi quis, 6. & cap. ad Audientiam 9. de rebus Eccleſiæ alien. & eod. tit. in 6. Clement. & Extrauag.* Similiter *l. 1. in prin. tit. 14. p. 1. can. ſine exceptione, 12. q. 2. cap. fraternitatẽ, de donat. can 1. 10. q. 2 Nouel. 46.*

3. *Can. fin. 12. q. 1. cap. 2. de donatio. l. filius familias 7. in prin. ff. de donatio. l. Lucius 46. in fine, ff. de admini-ſtrat. tutor. l. qui fundũ 7. § ſi tutor. 3. ff. pro emptore, can*

mone-

mouemus 18. vbi gloſa, 12. q. 2. can. conuenior. 21. vbi gloſa, verbo, pro altaribus 23. q. 8. can. in canonibus 57. 16. q. 1.

4. Cap. ſi quis 7. de rebus Eccleſiæ, & ibi gloſa, cap. quod ſicut 28. §. vltim. de election. can. filijs 31. 16. q. 7. can. quicunque 4. can. apoſtolica 13. & can. monemus 18. can. indigne 21. can. diaconi 35. can. ſtatuimus 32. 12. q. 2. l. iubemus 14. §. œconomus, Cod. de ſacroſanctis Eccleſijs, l. 11. tit. 14. p. 1.

5. D. cap. ſi quis, 7. vbi gloſa, cum alijs iuribus ſupra proxime: d. l. iubemus §. 1. in fine, l. fin. tit. 14. p. 1.

6. Ita intelligenda, auth. qui res, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. & can. vulterranæ, 12. q. 2. cum can. ea enim, 2. in fine, 10. q. 2. (quidquid adverſetur d. l. 11. tit. 13. p. 1.) gloſa & Gotofred. ad d. l. iubemus, §. ſane, gloſ. in d. can. vulterrana, verbo, emptoribus, ad l. ſi fundus 27. Cod. de euiction. Abbas in d. cap. ſi quis, 7. in fine, Vallenſi, in paratil. ad d. tit. de rebus Eccleſiæ, §. 1. n. 6. vbi, pretij amiſionem, non vendentis, ſed Eccleſiæ lucro cedere, aſſerit.

7. Ad cap. 1. de pignor. Clem. 1. de rebus Eccleſiæ, cap. hoc ius 10. q. 2. auth. hoc ius, Cod. de Sacroſant. Eccleſ. l. 1. tit. 14. par. 1.

8. D. can. ſine exceptione 11. q. 2. d. Clem. 1. cap. vt ſuper 8. de rebus Eccleſiæ, d. l. 1. tit. 14. p. 1. Nouel. 40. cap. 1.

9. Can. gloria. can. aurũ, can. ſacrorum, can. ſicut 12. q. 2. can. quoniam quidquid, 16. q. 1. l. ſancimus, 21. Cod. de ſacroſanctis Eccleſ. vbi Gotofred. lit. L. d. l. 1. Nouel. 65. & Nouel. 120. cap. ſantiſſimas 9.

10. D. can. ſine exceptione 52. 12. q. 2. cap. 1. verſ. quid, de rebus Eccleſiæ, non alien. in 6. cap. tua 8. de ijs, quæ fiunt, Couarr. var. lib. 2. cap. 17. n. 1.

11. Cap. vt ſuper 8. in fine, de rebus Eccleſiæ, cap. quanto 5. de ijs quæ fiunt à Prelato, d. can. ſine exceptione, in fine, & ibi gloſa, can. bene quidem 1. 96. diſtinc. l. 10. vbi gloſ. 1. tit. 14. p. 1.

12. Can. in venditionibus 40. 17. q. 4. can. Abbatibus 41. 12. quæſt. 2. l. 53. tit. 14. part. 1. l. 63. tit. 18. p. 3. & ibi Gregorius Lopez.

13. Ab-



13. Abbas in cap. vnico, vt Eccleſiaſti. beneficia ſine dimin. conferan. Piaſec. in praxi Epiſcop. 2. p. cap. 5. artic. 4. num. 16. Ita intelligendus Choppin, de ſacra politica, lib. 43. tit. 2. n. 28. Gregor. Lopez, ad l. 63. tit. 18. part. 3. gloſ. 6.

14. Ex ijs quæ refert Gregor. Lopez, ad d. l. 2. gloſ. 2. verbo, mueble.

15. Ex iurib. adductis, & cap. 2. de rebus Eccleſiæ, in 6. vt per Vallenſi, in pract. Decret. hoc tit. de rebus Eccleſiæ, §. 2. n. 7. Couarr. d. cap. 17. num. 2.

16. Cap. ad noſtram, 11. de rebus Eccleſiæ, Vallenſ. §. 3. num. 5.

17. Maximè diuturnitate temporis ab inſtrumenti confectione interveniente. Id que facilimè, cum quadraginta annorum ſpacio, Eccleſiæ res præſcribi poſſint. cap. ad aures 6. cap. illud 8. cum ſequent. de præſcription. Non obſtante Pauli Quarti Conſtitutione, à Pio quarto reuocata, vt refert Vallenſi. d. §. 3. n. 4.

18. De quo optimè Couarrub. d. cap. 17. n. 2. per totum, videndus Cenedo, collectan. 71. ad Decretal. n. 1. p. 2.

19. Ad l. 2. Cod. de iure emphyteutic. cap. potuit, de locato.

20. Ut per Afflict. deciſ. 174. n. 2. Alex. Conſ. 102. vol. 3. De moræ purgatione Dixi latè in addition. ad Albaran, mercator. (poſt Schol. Comandæ) lit. X. per totam.

21. Ex Ripa in l. ſi Inſulam, ff. de verb. obligatio. n. 35. & Decius, Conſ. 139. poſt n. 7.

22. D. cap. potuit, de locato, Salicet. ad l. 2. in fine, Cod. de iure emphyt. vbi Iaſſon n. 182. Socinus Conſ. 118. in fine, lib. 4.

23. Bal. ad d. l. 2. Cod. de iure emphyt. vbi Jaſſon, n. 10. & 12. communem refert Alex. Conſ. 6. vol. 3. Seraſin. de priuileg. iuram. cap. 48. n. 57. & Dixi vbi ſupra, prox. lit. X.

24. Ex iuribus ſupra adductis, de quibus etiam Riccius, collect. 46. 511. 706. 906. 1008. 1317. 1334. 2164. & 2201. Quaranta, in ſuma Bullar. verbo alienatio bonor. Eccleſ. Barboſa in Paſtoral. allegat. 95. in prin. & de iure Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 30. Cenedo, collectan. 21. part. 2. ad tex. in cap. ſi quis presbiterorum 6.



de

de rebus Eccleſiæ non alien.

25. Extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ.

26. Fachin. controuerſ. cap. 99. in prin. lib. 10. & Cõſ. 24. n. 2. lib. 3. Riccio, in praxi, tomo 1. reſolutio. 81. & tomo 2. reſolut. 372. n. 1. ad fin. Redoan. de rebus Eccleſiæ, q. 58. num. 25.

27. Tex. in auth. de non alienandis, §. emphyteuſim, coll. 2. quæ eſt, Nouel. 7. cap. 3. vbi gloſ. Barth. & DD. Adverſatur Ludovicus Bello, Conſ. 61. n. 8.

28. Ex Piaſec. in prax. Epiſcop. 2. p. cap. 5. artic. 4. n. 20. Aſerit Andr. Vallenſi, in paratil. Decret. tit. de rebus Eccleſiæ, §. 2. n. 2. Iulius Clar. §. Feudum, q. 13. n. 4.

29. Ex tex. in cap. 2. de feudis, ad hoc per DD. allegato cum alijs Couarr. var. lib. 2. cap. 17. n. 4. Clarus, §. emphyteuſis, q. 6. n. 1. & ibi additio.

30. Vt per Prepoſit. in cap. perpetua, 10. quæſt. Gozadin. Conſ. 39. n. 12. Paris. Conſ. 85. n. 17. & ſequent. lib. 4. cum alijs, Couarrub. d. cap. 17. n. 5. verſ. quarta concluſio, Clarus vbi ſupra, quæſt. 28. n. 6. verſ. & in ſpecie, & n. 7. verſ. præterea, Gotofred. ad Nouel. 7. cap. 3. lit. I.

31. Vallenſi in paratil. ad Decret. d. tit. de rebus Eccleſ. §. 3. n. 3. Ludouicus Bello, Conſ. 61. n. 8. Couarrub. var. lib. 2. cap. 16. n. 6. verſ. quinto, in fin.

32. De quibus Barboſa, lib. de iure Eccleſiaſt. cap. 30. n. 10. & idem, allegat 95. n. 60.

33. Ita ex Bal. in auth. ſi qua mulier, col. 4. & in auth. hoc ius porrectum, col. fin. Cod. de ſacroſanct. Ecoleſijs, aſſerit Gregor. Lopez, ad l. 63. tit. 18. part. 3. gloſ. 5. en eſſa miſma manera.





# Pſephiſmatis XXXIII.

# VIGILIA TRIGESIMA TERTIA.

## *PATER FILIAM DOTARE, QVOCVMque euentu, an præciſe teneatur?*

EA EST PARENtibus á natura inſita obligatio, vt non ſolum filios educare; ſed & alere teneatur 1, [é quoque comuerſo 2.] Vnde & in matrimonium collocare, congruamque preſtare dotem 3. Neque enim leges incognitæ ſunt [inquit Iuſtinus] quibus cautum eſt, omnino paternũ eſſe officium, dotem vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie 4. *Non tantũ alimenta* [reſpõdit Vlpianus 5.]: *verum etiam cætera quoque onera liberorum, patrem ab iudice cogi præbere, reſcriptis continetur.* Et Marcianus 6. *Qui dotem liberis quos in poteſtate habent, dare non volunt, ex conſtitutione Diuorum Seueri, & Antonini, per Proconſules Præſideſque Prouinciarum cogũtur in matrimonium collocare & dotare:* cũ parẽtum ſit pietatis, voti, & officij munus, pro ratione facultatũ, filias [legitimas, 7] dotare, 8. Et ius noſtrum cõfirmat. *Otròs ay que ſon tenudos à dar las dotes por premia maguer non quiſieran, aſsi como el Padre quando caſa à ſu fija que tiene en ſu poder*, 9. Igitur filiabus emancipatis, patres nullatenus dotem dare cogendi ſunt, 10. Ergo neceſſitas dotandi filias, à iure non provenit naturali abſolutè, præciſè, & coactivè. Si ab eo proveniret, inſpecta naturali pietate, parentumque obligatione, deberet vtique & mater (inſuperhabita emãcipationis, ac patriæ poteſta-

tis circumſtantia) dotem filiæ conſtituere, cum æqualis ſit parentibus pietas, 11. Item de dote paciſci minimè poſſent, cum illud quod filijs iure naturæ debetur, nec á parentibus diminui, nec pacto coharctari valeat, 12. At pactum doti filiæ pater modificativum, & ad ſui libitum initio dotis dandæ, adponit, 13. Igitur dotandi filiam obligatio, minime á iure provenit naturali. Sola enim pietas, quæ iuris naturalis eſt, 14. & ineficax ad agendum 15, patrem interpellat, vt dotem filiæ, quæ in ipſius non eſt poteſtate, præſtet, 16. Civiliter verò, á patre debetur dos, filiæ in poteſtate conſtitutæ, quam vt præſtet, per Magiſtratus cogitur 17. Procedit ergo neceſſitas, quatenus ex patria dependet poteſtate: (*Quos in poteſtate habent*, ait Marcianus) quo caſſu & avus paternus, patriæ poteſtatis intuitu, tenetur. Quippe officiũ avi circa neptem, inquit Celſus 18, ex officio patris erga filium pendet: & quia pater filiæ, ideo avus propter filiũ nepti dotem dare debet. Eidem que ratione, ſi filiusfamilias pecuniam mutuatus, pro filia ſua dotem dederit, in rẽ verſam patris [hoc eſt avi] videtur, quatenus avus pro nepte daturus fuit, ex Vlpiani ſententia, 19. Hinc mater, nequaquam dare cogitur, 20, conſequenterque, nec maternus avus, aviave materna. Nec tamen ſemper & perpetuò verum, vt pater filiæ in ipſius conſtitutæ poteſtate, dotem dare præciſe teneatur; cum iura non pauca minimé neceſſitatem ſupponat, 21. Quandoquidem iura permitunt, vt validé pater in dote, ab ipſo, filiæ data, pactum ne vivo ſe, dos á marito petatur, adponat: & niſi matrimonij onerib⁹ ſerviat, ait Triphoninus, 22. dos nulla eſt. Vnde ergo tam præciſa neceſsitudo, patribus impoſita, filias abſolutè dotandi? Si debitum hoc eſſet, vtique & tempore, & qualitate, potior filia, cœteris patris creditoribus haberetur: at ſi dotem accepit, illam creditores patris, tamquam in ipſorum fraudẽ datam, revocant; 23. Igitur quia ipſæ filiæ minime debebatur: nam ſi deberetur, ſibi iam ſemel dotem exactam,

vt



vt creditrix retineret, 24: reſtituit tandem, quia [vt inquit Uenuleius, 25] intelligitur, quaſi ex donatione aliquid ad eam perveniſſe. Vnde Iulianus. *Si quis* (inquit) *pro aliena filia dotem promiſerit, & promiſori pater hæres extiterit, diſtinguit Iuriſconſultus*, 26. *intereſſe ante nuptias pater extiterit, & dotem dederit, an poſtea: ſi ante, videri dotem ab eo profectã: potuit enim nuntium remitendo, ſolvere dotem: quod ſi poſt nuptias, non eſſe profectitiam.* Ergo nulla patris obligatio præciſa á parte ante; nec á parte poſt, cum nuptiæ iam factæ, non vt pater, ſed vt hæres det; ideoque dos non profectitia, quia non patris, ſed aliena.

Quid ſi filia, inſcio renuẽteve patre, nubat? Dotem illi dare cogendus non eſt. 27. Deficere enim tunc videtur ratio, & fundamentum. Iure civili, quia læſa patria poteſtas, & quia iniuſtæ nuptiæ. 28, *Conſiſtere nõ poſſunt nuptiæ, niſi conſentiant omnes, id eſt, qui coeunt, quorumque in poteſtate ſunt*, ait Paulus 29: quamuis lex, iam factas, non reſcindat. 30. Iure Regio, quia contracto matrimonio, á patriæ poteſtatis nexu liberatur, 31, é quo provenit fũdamento, dotandi præciſa neceſsitudo (vt ſupra): & quia finem dotis conſtituendæ, fine dote iam conſequutus eſt. Finalis ſiquidem ratio conſtituendarum dotium, á iure conſiderata; non matrimonij onera, ſed nuptiæ ſunt. *Propter quas nubere poſſint*, inquit Paulus 32. Inde, iure pactum pater adponit, ne dos vivo eo, ne ve matrimonio conſtante, petatur, 33. Nec ratione alimentorum, dos tunc á patre præſtanda; quia cum maritus alat, filia ſe exhibere poteſt: ita Vlpianus. 34. Nec item iure legitimæ portionis; cum vivente patre, filijs legitima minimè debeatur: *Prematura eſt enim ſpes* (aſerit Vlpianus 35) *cum adhuc viuat is cuius de bonis quarta debetur.* Adverſuſque bonos mores, & ius gentium, agerent filij, ſi ad parentum bona, ſic præmaturè feſtinarent, Papiniano teſte 36.

Nunc verò iam, Catholicè, reſpuitur patris conſenſus, ad filiæ matrimonium (olim iure ciui-

re ciuili requiſitus) poſteriori Canonici iuris, ac noua (præſertim hodie) Sacroſancti Concilij Tridentini exorta diſpoſitione 37. Et fatendũ, patrem teneri filiam pauperẽ dotare, etſi inſcio, vel eo reluctante, contrahat matrimonium, iam dotem ipſa filia marito promittat, vel non, 38. Dum tamen non villi, abiectoque nubat. Tunc ſiquidem, intolerabile videretur, patrẽ iniuria affectum, cogere ignominiam propriã, honoriſque diſpendium, dotis largitione comprobare 39. Tametſi naturale ius alendi filios, omni auxilio deſtitutos, patri præciſam neceſſitatem imponat, filiæ [eo in caſu] quid alimentorum nomine præſtare 40. Si verò filia bona propria habeat, patrem ad dotem dandam minimè compellere poterit 41; cum hoc in patre, non ſit tunc præciſæ obligationis, ſed facultatis. Cõprobat Vlpianus, in filia à patre hærede inſtituta, rogataque vt ſi decederet ſine liberis, totam Titio reſtitueret hereditatem. Quæ poſtea, patre matreque mortuis, cum matrimoniũ contraheret [eo quod non expediret illius pudicitię ſine matrimonio viuere] dotem ſibi ex fideicomiſſo cõſtituit, quia alia nõ habebat bona, cuius virtute nubere poſſet: & aſſerit Iuriſconſultus, 42. *Non poſſe dici in everſionẽ fideicomiſſi factum, quod & mulieris pudicitiæ & patris voto congruebat: quare dicendũ eſt dotem deducere, ac ſi, quod ſuperfuiſſet, rogata eſſet reſtituere. Quod ſi tantos fructus ex hæreditate mulier percepit, vt inde potuerit doti ſatisfieri: dicendum eſt, potiùs fructibus hoc expenſum ferendum, quã fideicomiſſo:* quia cum fideicomiſſi fructus ad filiam, eodem Vlpiano adſeverãte 43, pertinerent, & habeat iam vnde ſibi dotem cõſtituere valeat, patris bona, hoc eſt, fideicomiſſum integrum illæſumque remanebit: aliàs enim contrarium iudicaretur, ex fideicomiſſique rebus, dotis quantitas deduceretur, prætermiſſa fructuum conſideratione, ſi pater dotem filiæ conſtituere obligatus eſſet. Unde *liberalitas* tunc paſſim à Iuſtiniano appellatur. 44. Liberalitas ergo cum neceſſitate, & intra obligationis terminos, nõ bene con-

ne con-



ne combenit 45; nec electionis neceſsitas, liberalitatis proprie beneficium eſt, inquit Papinianus, 46, & proſequitur. *Quid eſt enim quod de ſuo videatur reliquiſſe, qui quod relinquit, omnino reddere debuit?* Et Vlpianus 47. *Non enim donat, qui neceſſarijs oneribus ſucurrit.* Quid donatio, quam liberalitas? Quòd nullo cogente iure fiat 48.

Nec refragatur lex Regia, dum (illis verbis) præciſam patri neceſſitatem dotem filiæ conſtituendi, imponere videtur 49. *Ca quier aya ella algo de lo ſuyo, ò de otra parte, tenudo es el padre de la caſar, è de la dotar*; cũ potiùs noſtræ faveat intentioni, ſi conſideremus, tempore legum partitarum [ſicut & iure civili] quod filius ſub patris poteſtate cõſtitutus adquirebat, ad patrẽ (præmiſſa diſtinctione vſuſfructus in adventitijs, vt filio tunc proprietas competeret 50.) pertinebat: quo tempore, etſi filia haberet *algo de lo ſuyo*, cum hoc eſſet ad dotẽ & matrimonij intentum ſine effectu, quia apud patrẽ vſuſfructus (ſaltem) remanebat; inde ratio congrua erat, vt *Quier aya ella algo de lo ſuyo, ò de otra parte, el padre ſea tenudo de la dotar.* At hodie cũ noua legis diſpoſitione 51, filius & filia *caſados y velados*, non ſolum emancipati, vel è patris ſint ſubtracti poteſtate, ſed & omnium bonorum adventitiorum, ſtatim viuo patre vſumfructũ adquirant: conſequens eſt, vt ceſſante legis ratione, pater filię propria habenti bona, dotem conſtituere minimè teneatur.

In cauſa Petri N. Fabri ferrarij, mariti Magdalenæ de N. ſuper dotæ & alimentis eius, patre reſiſtente, & ſine dote nuptę, minuſque dignè. Anceps profecto inter Dominos diſceptatio, hinc inde rationibus ad deciſionem adductis; in partes ſeceſſere. Duram alij credebant mariti inſtantiam, dum deprehendebatur ex actis, illum duxiſſe, abſque vlla dotis promiſſione, ab vxore Magdalena facta 52, quo caſu, pater marito dotem pro filia minimè dare tenetur, nec maritus iuſtè petere poteſt, 53. Item, quia nubſit filia indigno [reſiſtente pro viribus patre] & officium, ex quo ſe ambo exhibere poſſunt, habet



mari-

maritus: vnde pater hac in ſpecie, filiam minimè dotare tenetur 54. Alij verò ne dum æquum & humaniorem, verū & iure maximè conformem prædicti mariti inſtitutā (nomine vxoris) actionem, credebant. Quia ex Iuriſconſulti ſententia, patres *coguntur in matrimonium collocare, & dotare* filias 55. Ergo iam collocatas, & dotare tenentur. Quod procedit, etiam ſi filia abſque patris nubat conſenſu 56, & indigno 57. Siquidē & quamuis bona habeat propria, & ſuficientia ad alimenta 58. Nulla ſiquidem invenitur lex, quæ filiæ, invito patre, vel minus digno nubenti; pœnam privationis dotis imponat. Quo ergo iure priuanda erit? 59.

Etſi enim filia exhæredari olim poterat à patre, dū nupſiſſet indigno 60. Hodie iure inſpecto Canonico, æquitate, & Concilij diſpoſitione præmiſa, pœna huiuſce [ex eo] iniuſta, & in practicabilis, conſonatque Cōſtitutio Iuſtiniani 61, qui inter iuſtas exhæredationis cauſas, hanc minimê connumerat.

Vix nec potuit ſubſequi, & declarari, dicentium reſolutio, Petrum maritū, qui vxorem accepit indotatam, cogere non poſſe ſocerum ad dotem ſibi cōſtituendam, vel præſtandam, ideo maritum compellendum onera matrimonij ſuſtinere 62 maximê cum ipſe, vxorque, ſe officij exercitio, valeant exhibere. Die N. Menſis Novembris, Anni 1650. Niſi quod, pauló poſt, pater Magdalenæ prædictæ, migravit è vita nullo confecto teſtamento: ideoq illi (vti hæres legitima, cum alijs) in bonis patris defuncti, poſſeſsio pro indiviſo data fuit.

1. L. 1. §. 3. *ff. de iure natur. prin. Inſtit. eodem, l. ſi competenti 3. cum l ſeq. Cod. de alendis liber. l. vnica, § taceat, verſ. ſileat, Cod. de rei vxor. actio. l. fin. §. 5. in fine, Cod. de bonis quæ,* Donel. l. 12. com. cap. 4. lit B. & ibi Oſualdus, in Notis.

2. *L. 1. l. 2. Cod. de alen. liber. l. filia 5 Cod. de patr. poteſt. l. 1. §. præterea, 4. ff. de tutelis, & ration. l. ſi quis 5. ff. de agnoſcend. liber. Donel. Oſualduſque, vbi ſupra, lit. L.* Et in carcere cōſtituto patre, impune filius fideiuſionē negare nequit. *Nouel. 115. cap. 3. § 5.* Et in Regno Aragonum, filius, parentes pauperes & egenos, alimenta preſtare tenetur; idque privilegiaté & abſque inhibitione, & appellationis recurſu exequitur, *ad Forum, ſi filius, tit. de alimentis, Molinus in repertor. verbo filius, fol. 141. col. 3. vbi Portoles, n. 29. & 30.*

3. *L capite trigeſsimo 19, ff. de ritu nup. l. dotem 6. ff. de collation.*

4. Ad *l. Si pater 7. fin. Cod. de dotis promiſ.*

5. *D. l ſi quis 5.*

6. *D. l. capite trigeſsimo, 19.*

7. Ad *l Neſenius 34. ff. de negotijs geſtis, l. mulier 22. §. cum proponeretur. 4. ff. ad Trebell. d. l. ſi pater, 7.* ad hoc Seneca *de benef. lib. 3. cap. 28. & per Doctores ad l. 1. ff. ſoluto matrimon. Gregor. Lopez, ad l. 8 tit. 11. part. 4. gloſ. 2. Gotofredus ad d. l. 19. ff. de ritu nup. lit. h.*

8. *L. quæro, 60. l. cum poſt. 69. §. nuptijs 5. ff. de iure dot. cum vulg can. nullum 6. 30. q. 5.* In Aragonia, etſi aliter procedere videatur, dum certum eſt, patres ſub ſua poteſtate filios non habere, cum in illo Regno patria non cognoſcatur poteſtas, *ex obſervant. 2. tit. ne pater, vel mater pro filio teneantur, Molin. in repertor. verbo, pater, verſ. pater non habet, fol. 246. col. 3. in fine, & verbo, filius, fol. 140. col. 4. ad medium, vbi Portoles, & in §. filius, n. 18.* Et ad libitum pater, exhæredare [quo ad effectum, & per indirectum] filium poſſit, parviſſima relicta quantitate [etiam trium dragmarum, vel quinq ſolidorū] quæ locū habet legitime [nā alias, abſq hac expreſa deſignatione, legitima intelligetur tota hæreditas, vel portio illa, quæ de iure competit communi] & alium etiam extraneum, hæredem inſtituere, vti percipitur ex diſpoſitione Fori [ſic intelligendi] *vnici, tit. de teſtamentis ciuium, Molin. verbo, exhæredatio, fol. 132. col. 2. vbi Portoles, n. 2. & 5. cum ſequent. & verbo, teſtamentū, fol 314. col. 4. & fol. 315. col. 1. & 2.* [vbi circa prædicta videndus] *& Portoles, ibi, n. 44. & 45. Cenedo in Canonic. quæſt.*

*quæſt.13.n.4.5.& 6.& in Collectan. 168. ad decretal. n. fin.* Ad id nec omitendus, *Seſſe, deciſ. 251.n.2.12.13.& 16.& deciſ. 231.n.3.* Et inſimili de Regno Valentino, Illuſtriſsimus Dominus Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura, Vicecãcellarius meritiſsimꝰ, Sacri Supremi Conſilij, Regnorum Coronę Aragonũ, in ſuis Deciſionibus illuſtratis, obſerva. 24.n.5.& 6. Tamen idẽ quod de iure, procedit in Regno; hoc eſt, patres filias dotare teneri, *ex Foro vnico, de exhæredatione filiorum, ibi Conſtituit Rex Iacobus, quod pater vel mater, quorum filia ipſis incõſultis, vel nolentibus, nuptias duxerit contrahẽdas, eandem de bonis ſuis dotare minime teneantur.* Vbi á contrario ſenſu euidenter colligitur, ſi conſultis, volentibusq́ parentibus nubant, dotem filiabus dare teneri.

Nec obſtat (vt voluit Portoleſius, *in §. dos. n.2.*) obſervant. *Item mulier 49. tit. de iure dotium, ibi. Filij vt filij, non poſſunt compellere patrem ad dotandum eoſdem.* Ergo filiæ compellere poſſunt: vti ex argumento á contrario ſenſu (quod iure fortiſsimũ eſt) dicti fori vnici, dubio procul apparere credimus; quemadmodum & Molin. tenet, *verbo, dos, fol.* 113. *col.* 2. *&* 3. Maxime in Regno, vbi chartæ ſtatur literaliter, & verba pro vt ſonant, rigurose, materialiter que accipiuntur, & obſervantur, cum nõ habeamus interpretationem extenſiuã. *Obſervan.* 1. *tit. de equo vulnerato,* Dixi in Scholis *ad Cõmand. clauſ. 36. n. 67. Et in* Sumaria inveſtigacion de los nobles. *&c. cap. fin. ex n.* 31. Vnde filiorum appellatione, inſpecta ſermonis proprietate fœminę [hoc eſt filiæ] non comprehenduntur in Aragonia, *ex d. obſeru.1. Molin. verbo, filiorũ appellatione, fol* 141. *col. 4. Seſſe, deciſ. 231. n. 2.* niſi interpretatione extẽſiva, *l. quisquis 116. ff. de verbor. ſignif. Anton. Gabriel. com. opinio. lib. 6. tit de verbor. ſignific. concluſ. 6. n. 39. Portoles, §. filius, n. 35.* Et extenſiva ſatis eſſet, ſi ad incurrendas pœnas, augendas, vel ampliandas, interpretationem extenderemus: odioſa nimis res, dura, inhumanaque. Sed prędicta, vt filij appellatione, filia non accipiatur, in odioſis, maximè, intelligenda: nã in favorabilibus, vtique filiorum appellatione, & filiæ cõtinentur, quorum favore recedimus ab ſtricta illa regula, *Standum eſt Chartæ, ad literã,* vt per Seſſe, *deciſ. 236. n.* 21. *23. &* 68. & Dixi *in d. cap. fin. n. 44. & ſequent.* ſicque textus accipiendi, & ponderandi, *in d. l. quisquis, 116. vbi Gotofredus, lit. L. & in l. iuſta interpretatione 201. ff. de verbor. ſignif. l. ſi quis 16. §. 1. ff. de teſtamentar. tutela, l. ſi ita ſit 45. ff. de legatis 2. cum alijs.* Ex quibus Portoleſij reſpuentes opinionem, & inanẽ inſtantiam, *ad d. §. dos, n. 2.* patrem teneri filiam dotare, regulariter, in Aragonia, conſtanter adſeveramus, Molini ſententiam ſequentes, vltra prædicta, ex peculiariſsimis iuris, charitatis, commiſerationis, & honeſtatis rationibus, quæ ſemper fere fœminis, filiabusque adſiſtunt; non filijs.

9. *L 8. tit. 11. p. 4.*

10. Ad *L. vxorem 41. §. pater 11. ff. de legat. 3. Barboſ. ad l.* 1. *ſoluto matrimon. p.* 1. *n.* 1. *&* 2. defendit *Ant. Merenda, lib. 2. controuerſ. iuris cap. 15.*

11. *L. furioſæ 4. ff. de curat. furioſ.*

12. *L. omnimodo 30. auth. nouiſsima, Cod. de inoficioſ. teſtam. l. Papinianus, 8. §. quarta 4. ff. eodem, l. ſi filius, vltima, ff. de conditio. inſtit. l. filiꝰ 28. ff. de liber. & poſthum.*

13. *L. cum dos 7. ff. de pactis dotal. l. quotiens 29. ff. ſoluto matrim.*

14. *L. 2. & 3. ff. de iuſt. & iur.*

15. *L. fideiuſor 16. §. naturales, ff. de fideiuſor, l. Stichum, 95. §. naturalis 4. ff. de ſolutio. l. naturales 10 ff de oblig. & actio. Donel. lib 12. com. cap. 2. lit. B. C. & D. ibique Oſual. lit. O. cum Fabro. & Connan. lib.* 1. *coment. cap. 6. n.* 13.

16. *Donel. vbi proximè.*

17. Ita *Donel. d. lib. 12. com. cap. 2. & cap. 4. lit A.*

18. *L. dotem 6. ff. de col. latio. bonor.*

19. In *l. & ideo 7. in fine, ff. de in rem verſo, & l. profectitia, 5. §. ſi filiusfamilias 8. ff. de iure dot.*

20. *L. neque mater* 14. *Cod. de iure dot.*

21. Ad *l. ſi verò 9. ff. de in rem*

*in rem verſ. l. quod ſi nulla 28. ff. de Religioſ. & ſump fun. l. 5. §. 14. ff. de iure dot. argum. l. cum dos 7. l. cum pater, 11. l. pater 23.* cum alijs, *ff. de pactis dotal. l. quoties 29. ff. ſoluto matrim.*

22. *L. ſi pater, 76. in fine, ff. de iure dotium.*

23. *L. hac in factum 14. l. ſi fraudator, 25. §. 1. & verſ. ſequent. ff. qua in fraud. creditor.*

24. *L. quod autem 6. §. apud labconem, 6. & §. ſciendum 7. ff. quæ in fraudem creditor.*

25. *D. l. ſi fraudator 25. §. 1. verſ. ſi vero, ff. quæ in fraudem.*

26. In *l. profectitia 5. in fine, alias, l. adoptivum, ff. de iure dot.*

27. *Gloſ. in can. de raptoribus 36. q. 1. per auth. ſed ſi, Cod. de inoficio teſtam. Nouel. 115. cap. 3. §. 11. verſ. ſi vero, Paris. Conſ. 29. col. 3. vol. 3. Anchar. Conſ. 21. col. 2. & l. 10. tit. 1. p. 1.* cum alijs *legib. Bar in l. obligamur, ff. de action. & oblig. Alex. Conſ. 33. lib. 4. Bal. & Salicetus, in l. qui liberos, ff. de ritu nuptiar.*

28. *L. 2. l. ſi nepos 9. l. nuptiæ 18. ff. de ritu nuptiar. l. ſi vt proponis 7. l. Paulus 11. ff. de ſtatu hom. l. viduæ 18. Cod. de nuptijs, prin. Inſtit. eod. tit.*

29. *L. 2. ff. de ritu nuptiar.*

30. *Iul. Paul ſententiar. lib. 2. tit. 19. cum Cuiatio, & idem obſerb. 5. lib. 3. Connan. lib. 8. cap. 4. n. 4.*

31. *L. 8. tit. 1. recopil lib. 5. l. 47. Tauri.*

32. In *l. 2. ff. de iure dotium.*

33. *L. cum pater 11. ff. de iure dot.*

34. In *l. ſi quis 5. §. 7. ff. de liber. agnoſcend.*

35. In *l. 1. §. impubere 21. ff. de collatio.*

36. Ad *l. donari 29. in fine, ff. de donation.* Legitima in Aragonia in vita patris peti non poteſt, *Molin. verbo,* teſtamentum, *fol. 315. col. 2. ad medium.* Sed addit, *Cuius contrarium eſt de iure, vt ex cap. cum ſimus, de regularibus, probari aſſerit.* Sed textus ille hoc non dicit, *ſed liberum filio erit Monachalem dimitere habitum, & bona paterna, quæ ipſi ex ſucceſſione prouenient* [ intellige, mortuo iam patre] *poſtulare.* At Portoles, Molini propoſitionem, nec diuidens, ſed coniungens ( quaſi vna eſſet) iuri conſentaneam fatetur, *in d. §. teſtamentum, n. 51.* ex ijs quæ adduxit *in tract. de conſortibus, cap. 21. n. 5. cum Rolando. Conſ. 97. n. 4. & 5. vol. 2. & alijs ibi.* Quod nos (in vltima propoſitionis Molini parte, à Portoleſio approbata) abſolutè inficiamur, tenentes; de iure, vivente patre, filium legitimā petere non poſſe. Niſi contrarium ex lege alicuius Regni ſpeciali, ſtatutū inveniatur, vt & in parabola à Chriſto Domino noſtro relata. *Lucæ cap. 15. Pater da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit, & diuiſit illis ſubſtantiam.* Si iam non dicimus, partem illā ſubſtantiæ, non patris, ſed ex præmortua matre fuiſſe.

37. *Can. honorantur, can. hoc ſanctum, 32. q. 2. can. qualis. 30. q. 5. can. ſuficiat 27. q. 2. Concil. Trid. Seſion. 24. de reform. matrim. cap. 1.* Antiquo ſiquidem iure Canonico, non tam deſpecta erat patris voluntas, vt nō ad ſe, quaſi adligatam, traheret filiorum voluntatem [ſuo caſſu] circa matrimonium contrahendum. Etſi enim iure civili filius liberam haberet diſentiendi facultatem, *l. filiofamilias 13. ff. de ſponſalibus, l. nec filiū 12. Cod. de nuptijs* [quamvis filius familias miles, ſine patris voluntate matrimoniū non cōtrahat, *l. filius familias, 35. ff. de ritu nuptiar.* & ita fortè intelligēda verba *Quintiliani Declamatio. 376.* ibi. *Vxorem non ducis quam volo. Quid tum? Neſcis noſtri arbitrij eſſe matrimonium.*] In filiabus tamen, contrarium; quæ à patris diſetire nequeunt voluntate, ſine cauſa: et ſi moribus indignum, vel turpe filiæ elligat pater maritum, *l. ſed quæ 12. ff. de ſponſalibus* cum in nuptijs filiarum in ſacris poſitarum, præcipuè patris ſpectetur arbitrium, *l. in conventione 20. Cod. de nuptijs* Et corroboratur reſolutione Hormiſde Pontificis, dum Euſebio Epiſcopo ſcribens, ita ait. *Poteſt autem de filio nōdum adulto, voluntas cuius nōdum diſcerni poteſt, pater eū, cui vult, in matrimonium tradere: & poſtquam filius pervenerit ad perfectam ætatem omnino obſervare, & ad implere debet*

debet. Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus ſancitũ à nobis tenendum mandamus; vti refertur in can. tuã ſãctitas 2. 31. q. 2. Et iiſdem ferè verbis, repetitur in cap. 1. verſ. poteſt, de deſponſatione impuber. Si hoc in filijs, ergo in filiabus maiori ratione. Verum tamen catholicè dicendum, Eccleſiaſticis conſtitutionibꝰ inſpectis, abſolutè filij vel filię conſenſum ad matrimonium contrahendum neceſſarium eſſe, illiũque ſolũ ab eis præſtitũ ſuficere, etiã parẽtibus reluctãtibus, ex rationibus à Sacris adductis Canonibus, in cap. 1. cap. cum locum 14. de ſponſal. & matrimon. can. 1. can. de neptis, 3. 31. quæſt. 2. can. ſuficiat 2. 27. quæſt. 2. Quidquid de patris conſenſu dictum ſit, & videatur dicendum, ex iuribus, vel antiqua conſuetudine; cum ſi prædictis aliquid deferendum ſit, illud de honeſtate, non de neceſsitate intelligendum, vti gloſa in d. can. ſuficiat, verbo, ſolus, in fine, & gloſa. fin. in d. cap. 1. de deſponſantio. impuber. De qua ſolummodo honeſtate, accipiendi, tex. in can. aliter 1. & can. noſtrates, 3. 30. q. 5. vt & ſimiliter in cap. 1. in fine, de teſtibus, vbi gloſa.

38. Refert cum multis, Couarrub. de matrimon. p. 2. cap. 3. §. 8. n. 8. Molina, de primogen. lib. 2. cap. 16. n. 6. & 7. & cõſonat ratio l. 3. tit. 14. p. 4.

39. Argumento, l. 3. §. ſi emancipatus, 5. ff. de bon. poſſeſſion. contra tabul.

40. Vt ex Ripa in l. 1. ff. ſoluto matrim. n. 59. & Pariſ. Conſ. 29. n. 65. vol. 3. communiter tenet, Couarrub. d. cap 3. §. 8. n. 8. in fine, Molina. d. cap. 16. n. 8. verſ. cæterum, Oſuald. ad Donel. lib. 12. comen. cap. 4. lit. B.

41. Couarrub. de matrim. d. p. 2. cap. 3. §. 8. n. 9. in fine, Gotofred. ad l. mulier 22. §. 4. ff. ad Trebell lit. f. & ibi Bart. n. 3. Æquius enim eſt, in ſolidum de ſuo filiam dotatam eſſe, inquit Vlpianus, in l. 1. §. filiam, 8. ff. de collatio dotis. Fachin. cõtrouerſiar. 10. cap. 38.

42. In l. mulier 22. § cũ proponeretur, 4. ff. ad Trebellian. meminit Donel. lib. 7. comen. cap. 25. lit. E.

43. L. in fideicomiſſaria, 18. ff. ad Trebellian.

44. In l. fin. Cod. de dotis promiſſio.

45. L.



45. L. rem legatam 18. ff. de adimen. legat. vbi Gotofred. lit. S. l. ſiquis 21. ff. de donation. inter. l. 1. ff. de donatio. §. 4. in fine, Inſtit. eodem.

46. L. vnum ex familia, 67. §. 1. ff. de legat. 2.

47. D. l. ſiquis pro vxore 21. ff. de donation. inter.

48. D. l. 1. & l. donari. 29. ff. de donation. l. donari 82. ff. de Regulis iuris.

49. L. 8. tit. 11. part. 4. Contrarium in avo paterno, ſi neptis dotẽ ex ſuo habeat, dotare avus ex proprio minimè tenetur. d. lex diſponit.

50. Ad l. cum oportet 6. Cod. de bonis quæ liber, §. 1. Inſtit. per quas perſonas, l. 5. tit. 17. part. 4.

51. L. 8. & 9. tit. 1. lib. 5. recopil. l. 48. Tauri.

52. In hijs terminis, nec dotem iuſtè petit maritus, vt infra proximè, nec mulierem, eo quod dotem non habeat, expellere poteſt, ad Auth. de nuptijs, § ſic itaque, quæ eſt Nouel. 22. cap. 18. vbi Gotofredus, l. iubemus, 11. Cod. de repudijs.

53. Vxor tamen, hoc eſt filia, rectè ſuo tempore petet, vt pater ei, dotem det: nam etſi maritus excludi poſsit, quia ſine dote, & renuente inſciove ſocero, matrimoniũ cõtraxit: filia nõ itẽ, in qua et naturale vinculũ, & obligationis ius, vt dotetur & alatur, illæſum manet.

54. Ad Couarrub. in epitome de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 8. n. 7. cum alijs, & quæ ſupra, n. 38. & 39.

55. D. l. capite trigeſimo, 19. alias l. qui liberos, ff. de ritu nuptiar.

56. Vti ex Baldo, Iaſone, Angelo, & Caſtrenſ. in auth. res quæ, Cod. commun. de legatis, tenent alij, & meminit Ripa in l. 1. ff. ſoluto matrimon. n. 55. Abbas, Conſ. 12. lib. 1. & in cap. 1. de deſpõſatio. impuber.

57. Alex. in d. l. 1. ff. ſoluto matrim. n. 32. Imola, in cap. accedens, de procurator.

58. L. fin. Cod. de dotis promiſ. l. 8. tit. 11. part. 4.

59. Argumento earum quę (vt caſui ſubveniant) aſſerunt, I. C. Vlpianus, in l. & ſiquis 14. §. Divus 14. ff. de Religioſ. & ſumpti. fun. ibi, Qui prohibet funerari &c. non rectè facere: pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe.

60. Ad l. non tantum, 3. ff.

*3. § ſi emancipatus, 5. in fine, ff de bonor. poſſeſſio. contr. tab- 61. Auth. vt cum de appellation. cognoſcitur, quæ eſt Nouel. 115. cap. 3. § 11.*

*62. Petr. Barboſ. ad l. 1. ff. ſoluto matrimonio, p. 4. n. 28. Donel. enucle. lib. 13. comentar. cap. 18. lit. I. ibique Oſualdus.*

# Pſephiſmatis XXXIV.

# VIGILIA TRIGESIMA QVARTA.

## *DE MARITI LICENTIA IN VXORIS contractu: & de ipſius renuntiatione bonorum, matrimonio conſtante, lucratorum; vulgò,* ganančiales.

ADINVICEM cōtrahere vir et vxor iure poſſunt 1; vt vēdere 2, mutuare 3, deponere 4, permutare 5, pignerare 6, ſocietatem contrahere 7. Donare tamen, nō; ne mutuo ſe invicem amore ſpolient: ideó prohibita, & nulla regulariter donatio 8. Noſtris verò inſpectis legibus, mulier nullum abſque viri licentia contractum facere poteſt. 9, niſi vtilis ipſi ſit mulieri contractus, 10; dummodo non temporalis, hoc eſt, de pręſenti ſolum vtilitas appareat; ſed exiſtens poſtea, durabilis que ſit 11: obligataque manet, ſi locupleĉtior effecta eſt 12. Suppletur tamen licentia, quando pręſens maritus invenitur, nec cōtradicit; cum non pro forma, nec expreſus requiratur conſenſus 13; vt & quando ſimul cum vxore contrahit 14.

Quid ſi maritus ad ſui cōmodum, authoritatem, conſenſum, licentiamve præſtet vxori; an ſuficiens, & validus ſit actus? Nulla cenſetur eius authoritas, cui evidenter res, reive commodum, authoritatem præſtanti quæritur 15. Alij contra 16. Immo mariti licentiam præciſsè neceſſariá non eſſe. Non eadem in marito, quæ in tutore conſideratio; in hoc authoritas, in illo licentia (ſeu potiùs conſenſus) atenditur. Incapax minor paſſivæ obligationis 17, non item mulier: nullus ideo illius contractus; iſtius, ſine mariti licentia, non, niſi quo ad ipſius tantum pręiuditium 18. Ideo ſoluto matrimonio, mulieri debitum iure peti poteſt 19. Ab adminiſtratione ergo rerum non commiſſa, ad obligationis incapacitatem, duci argumētum non debet: qnādo quidem filiusfamilias veteri iure, quo nec bona vlla habebat [Caſtrēſibus exceptis] nec niſſi peculiarium adminiſtrationem; extra tamen peculiarem cauſam potuit obligari, vt ſui iuris poſtea redditus, poſſet efficaciter conveniri. 20.

Diſtinctione tamen vtendum, vt negativa aſſertio, & afirmativa, quælibet ſuo caſſu, locum habeant. Cum lex ſtatutumve in mulierum contractibus, maritorum requirat licentiam, ob illarum fragilitatem, ſive invecilitatem, ſicque ad illarum perſonas integrandas; non ſuficit prædictus mariti ad ſui favorem cōſenſus. Vnde propinquorum licentia vt mulier contrahat [vigore ſtatuti, de quibus paſſim in Italia] neutiquam ad illorum favorem valebit, cū ad mulierum fragilitatem integritatemque, reſpiciat. At vero quando mariti licentia non requiritur ob dictam integrationem mulierisve fragilitatem, ſed propter mariti præiuditiū, vel intereſſe principaliter; aliud credendum: ne quod mariti favore introductum eſt, in ipſius retorqueatur odium 21. Cum itaque hoc in caſſu, regni leges, maritorum favore conditæ ſint, non ob vxorum integrationem, ſed ob illorum pręiuditium 22: conſequens eſt, vt cōtractus a muliere ſui mariti favore factus, cum eius licentia, expreſa, tacita, vel præſumpta, valeat non dubiè 23. Eadem in filiofamilias ratio, qui cum contrahere nequeat

queat (reſpectu adventitiorum) donare, oppignorare, diſtrahere, citra patris [cuius ſub poteſtate eſt] voluntatẽ 24: conſenſum filio ad ſui favorem iure præſtabit 25.

Donare ergo, etſi regulariter viro nequeat vxor, vt ſupra; illis tamen caſibus quibus iure donat, obligaturve marito, licentiam non invalidé præſtabit, quamuis nec requiratur expreſa, cũ ſuficiat tacita vel præſumpta, quæ ex ipſo actu colligitur 26. Igitur præfata non obſtante donationis prohibitione generali inter virum & vxorem, poterit hæc renuntiare ad mariti favorem iuri hypotecę, quod dotis nomine in mariti bonis habet 27. Etſi enim remiſio, liberatio, ſiue renũtiatio, vim obtineat donationis 28; & qui donare non poteſt, gratis remitere nequeat 29: non tamen remitere vel renuntiare, propriè donare eſt 30. Itaq; cum vir vxori, vel è contra, pignus remitit, *verior ſententia eſt* (ita Papinianus 31.) *nullam fieri donationem*. Unde etiam, licet maritus matrimonio conſtante, dotem vxori reddere nequeat, citra caſus certos expreſos 32, *quia donationis inſtar perſpicitur obtinere*. 33: indiſtinctè tamen dotem promiſam, non dum datam, remitere poterit 34. Quin immo & ſi maritus hæres inſtitutus, donationis cauſa repudiet hæreditatem, vt ſubſtitutioni ſuæ vxoris locus ſit, vel acquirat ab inteſtato ſucceſura, valere donationem Iuriſconſultus ſcribit; cũ nec pauperior fiat qui nõ acquirit, ſed qui de ſuo depoſuit patrimonio 35.

Hinc mulier poteſt ad mariti favorem, bonis conſtante matrimonio, tam quærendis, quam quæſitis [vulgò, *gananciales*] renuntiare; non tantũ ante, vel à principio matrimonij; ſed etiam eo durante 36. Nõ enim ſuum diminuit patrimonium, nec pauperior fit, ſed adquirere renuit 37; nec dominio rerum actuali, effectivoq; renuntiat, ſed in ſpe; ſaltemve habituali: cum incorporatio huiuſmodi bonorum in vxoris patrimonium, non ſit vera & naturalis, ſed ficta. Et revocabiliter ius, 38, ſi quod in muliere quæſitum eſt, matrimonio durante reſideat, 39 cum poſſit maritus bona.



bona lucrata conſumere, & alienare 40. Hæreditas à patre repudiata, dotis conſtituẽdæ cauſa, vt filię maritus ſubſtitutus, vel ſucceſurus ab inteſtato, prædictam haberet hæreditatem; bona huiuſmodi (hoc eſt, filiæ dos) profectitia, tamquam à patre profecta, non erunt: quia dominium, actualeve ius, in præfatis bonis numquam habuit pater 41. Non ijdem potentiæ quod actus, effectus Igitur huiuſmodi bonorum lucratorum renuntiatio (perperam vocatur donatio, cum non res certa indubitataque remitatur, vt aſſerit Ulpianus 42) non ſolum valida, etiam abſq; mariti expreſa licentia, cum hæc, ipſo deducatur ex actu, vt ſupra; ſed nec revocabilis, etiã minoris ætatis, vel enormiſſimę lęſionis prętextu 43.

In cauſa Ioannis de Lezcano, cõtra hæredes Petri Diaz, mariti Eliſabeth de Sierra, quę filiam primi matrimonij, marito ſecundo aſentiente, dotavit, cum nuptui eam dicto Lezcano tradderet: & poſt dotalem obligationem, cum duas acquiſijſſet domus matrimonio conſtante; prædicta Eliſabeth, bonis acquiſitis & acquirendis, *gananciales*, ad mariti favorem renuntiaſſet: petjit Lezcano ex dictarum domorum pretio, renuntiatione non obſtante, partem dotis ab Eliſabeth promiſſam, nec ſatisfactam, ſibi ſolvendam. Anuit Senatus: quia etſi in preiuditiũ creditorum debitor poſſit non acquirere 44. & vxor etiam debitrix, bonis, [*gananciales*] renuntiare 45, non ſolum adquirendis (vt dubio procul apparet) ſed & acquiſitis iam, ſecundum veriorem ſententiam 46. Tamen cum debitũ dotis prædictæ, matrimonio conſtante fuiſſet cauſatum; renuntiationem non obſtare, reſpectu dictarũ domorum, aliorumque bonorũ, iam tunc temporis quæſitorum; iudicatum fuit 47, inſpecta per Senatum æquitate [comite Iuſtitiæ] ſemper in iure ſpectanda 48, cauendaque cum alterius tertij iactura, locuplectatio 49. Die decima, Februarij, Anni 1653.

1 AD l. non tantum 20, ff. de rei iudi. non obſtante auth. ſi qua mulier Cod. ad Velleyan. & Nouel. 134. cap. 8. quam intelligit Donel. 12. coment. cap. 39. lit. K. Caſtillo ad l. 55. Tauri n. 10. in fine, Bal. ad l. ſi prædia 59. ff. de donation. inter, & Conſ. 29. n. 4. vol. 1. Sanchez de matrimon, lib. 6. q. 1. n. 11. Gregor. Lopez, ad l. 4. tit. 11. p. 4. gloſ. 1.

2. L. cum in fundo 78. §. vxor 3, ff. de iure dot. l. ſi ſponſus 5. §. circa venditionem 5. l. ex diuerſo 17. §. 1. ff. de donation. inter l. ſi vir 12. ff. de præſcriptis verbis, cum alijs, Bal. Conſ. 60. vol. 1.

3. L. pater 20. & l. fin. ff. de in rem verſo, l. Aurelius, 18. §. quidam 13. ff. de liberation. legat.

4. L. quæ filiam, vltima, §. idem quæſijt, ff. vt legator. nomine caueat.

5. Ad d. l. ſi prædia 59. ff. de donatio. inter, vbi Bal. & Gotofred. lit. A.

6. L. quod autem 7. § ſi vxor à marito 6. vbi Gotofred. lit. r. ff. de donation inter

7. L. alimenta 16. §. fin. ff. de alimen. legat. l. cum hic ſtatus 32. § ſi inter virum 24. ff. de donatio. inter, vbi Gotofredus, lit. Q.

8. Ad l. 1. l. hæc ratio 3. & §. ſciendum 10. l. ſed ſi vir. 31. §. quod legaturus 7. ff de donation. inter, l. creditor 20. Cod. eodem, cum alijs, & cap. fin. d. eod. titulo, l. Regni, 4. tit. 11. part. 4.

9. L. 54. & 55. Tauri, l. 1. & 2. tit. 3. lib. 5. recopil. Couarrub. de matrim. p. 2. cap. 7. §. 1. & paſſim practici omnes Regni.

10. Ad l. cum hi quibus 8. §. eam 6. verſ. & puto, ff. de tranſactioni. § pupillus 9. Inſtit. de inutil. ſtipul l. 1. Cod. de author. præſtanda, l. neque tutoris 7. Cod. de contrahend. ſtipulat. l. non eo minus, 14. Cod. de procurator. cum alijs, Rodericus Suarez ad l. 13. fori, tit. de las deudas, n. 12. & 13. verſ. ex quibus.

11. Ita intelligendus tex. in l. 59. Tauri & l. 6. d. tit. 3. lib. 5. recopil. pro vt explicat Anton. Gomez, ad l. 55. Tauri, n. 2. in fine, & §. neque tamen 1. Inſtit. de authoritate tutorum.

12. Cum multis, Suarez, vbi ſupra, d. verſ. ex quibus.



13. Tenet Anton. Gomez vbi ſupra proximè, n. 5. in fine.

14. Anton. Gomez ad d. l. 54. n. 4. Suarez, vbi ſupra, n. 29. verſ. item facit, firmat Bal. ad l. is qui 13, §. fin. ff. de acquir. hæred. & ad l. filiusfamilias 7. n. 7. Cod. ad Macedonian. per Bal. quem allegat, in l. quem pater, §. libertis, ff. de legatis 2.

15. L. 1. l. pupillus 5. l. quod dicimus 7. l. poteſt 18. ff. de author. & conſen. tutor. notat Faver, in Cod. defin. 4. n. 3. lib. 2. tit. 8. Nec pater poteſt conſenſum filiæ ad contrahendum cum eo præſtare, vt Roder. Suarez, ad l. 13. tit. de las deudas, n. 10.

16. Anton. Gomez ad d. l. 55. Tauri, n. 3. cum alijs quos allegat Matienzo ad l. 2. tit. 3. lib. 5. recopil. n. 12. & ibi Azebedo n. 15. & 16. Didacus del Caſtillo ad d. l. 55. verbo, licencia Palaz. Rubios, in repet. ad cap. per veſtras, §. 27. n. 3. & 4, & in rubr. de donatio §. 68. n. 27 & 28. Segura ad l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acquir. poſſeſ. n. 111. & 113 Tiraquel. ad leg. connubial. gloſ. 8. ex n. 113. & maxime num. 120. & 122.

17. Ad § 9 & 10. in fine, Inſtit. de inutil. ſtipul. l. ſi pupillus 127. l. ſi ſervus, 41. §. pupillus, ff. de verbor. obligat. §. 1. Inſtit. de author. tutor. l. 1. Cod. de inutili ſtipulatio. cum alijs.

18. Ita Didaci del Caſtillo ſententia, intelligenda ad l. 55. Tauri, gloſa, verbo, no vala, cum Roder. Suarez, ad l. 13. tit. de las deudas, ex n. 37. & alijs. Anullatio enim [ de qua noſtra in lege ] non reſpicit præciſsè, & abſolutè contractum, ſed mariti preiuditium; nec per conſenſum viri requiſitum, forma inducitur, vt notat Anton. Gomez ad d. l. 55. n. 6. nec datur ad anullandũ, ſed ad mariti damnum præcauendum.

19. Tiraquel. d. gloſ. 8. ex n. 99. diſtinguit Matienzo ad. d. l. 2. gloſ. 1. n. 11. in fine.

20. Ita Oſualdus ad Donel. lib. 12. coment. cap. 22. lit. Q.

21. Sic Bal. diſtinguit in l. vnica, n. 2. Cod. vnde vir & vxor Tiraquel. vbi ſupra, gloſ. 8. n. 120. 121. & 122. Matienzo ad d. l. 2. tit. 5.

*gloſ. 1. num. 12. & 18. in fine.*

22. *Roderic. Suarez ad d. l. 13. tit. 20. lib. 3. fori,* & cum Ioan. Lup. *& Didaco à Caſtillo* refert *Couarrub. de matrim. p. 2. cap. 7. §. 1. n. 3.*

23. *Anton. Gomez, ad d. l. 55. Tauri, n. 3 Matienzo d. n. 12. Tiraquel. ad l. connub. d. gloſ. 8. n. 122.*

24. *L. fin. §. 5. verſ. filijs autem, Cod. de bonis, quæ liberis.*

25. *Donel. lib. 12. coment. cap. 17. lit. C. ita Tiraquel. d. gloſ. 8. n. 116.* 117. *& 118.* Etſi inter patrem & filiũ nulla cadat obligatio regulariter *(ex ratione à Donelo infra)* ex cauſa tamen Caſtrenſis, vel adventitij peculij vterque alteri obligatur, *ad l. lis 4. Cod de iuditijs, d. l. marito fin. Cod. de bonis, quæ liber. l. frater à fratre 38. §. 1 ff. de condi. indeb. Donel lib. 12. coment. cap. 23. vbi Oſualdus, lit. A. & B.*

26. *Anton Gomez ad d. l. 55. Tauri, n. 3. Matienzo ad l. 2. tit. 3. lib. 5. gloſ. 1. n. 12.* Tutius tamen facere *(ait Tiraquellus)* ſi iudicis decretum authoritatemve maritus ad id adhibeat, *ad leg. connub. gloſ. 8. ſon mari, n. 122.*

*& ex Burgos de Paz, quæſt ciuil. 9. n. 9.* cum alijs *Ioan. Gutierr. prac. lib. 2. quæſt. 126. poſt n. 1.*

27. *L. etiam* 11. *l. iubemus 21. Cod. ad Velleyan. l. Lucius, 11. ff. quibus mod. pignus.* Secluſo tamen dolo: nã ſi ad id inducta, per actionẽ in factum, quæ doli ſubſidiaria; reſtituetur, vtiliſque hyhotecaria dabitur, adverſus eos, in quos res alienatę. *Ita per Cuiatium, Conſ. 18. Oſualdus ad Donel. comentar. lib. 12. cap. 29. lit. I.*

28. *L. Contra iuris 28. §. ſi filius 2. ff. de pactis, l ſicut 8. §. an paſciſci 5. ff. quibus mod. p gn. l. cum hic 32. §. ſiue autem 23. & §. plane 26. ff. de donation. inter. l. 1. ff. de trãſaction.*

29. *Bal. ad l. 1. n. 15. Cod. de bonis maternis.*

30. *L. Iulianus 45.* & ibi Gotofred. *lit. A. ff. de condition & demonſtration.*

31. *L. etſi pignus 18. ff. quæ in fraudem creditor.*

32. Ad *Nouel. 32. de nuptijs, cap. 30. l. mutus 73. ff. de iure dot. l. quamuis 20. ff. ſoluto matrim.*

33. Ita Imperator Theodoſius *in l. vnica, Cod. ſi dos, conſtante matrimonio ſoluta,* vbi Gotofredus, *lit. B. dicta Nouel. 22. cap. 39.*



34. *Gloſ. l. ſi cõſtãte 19. verbo, firma, Cod. de donatiõ. ante nuptias,* vbi Bal. *n. 5. in fine.*

35. Ad *l. ſi ſponſus 5. § ſi maritus hæres 13. ff. de donatio. inter. l ſed ſi vir. 31. §. quod legaturus 7. ff. eodem.*

36. *L. 60. Tauri, quæ eſt l. 9. tit. 9. lib. 7. recopil. l 123. Styli.* Eſt ius etiam Regni Aragonum, *vt in obſervantia 58. tit. de iure dotium,* quam explicat Portoles *ad Molinũ, verbo, vir & vxor, Covarr. de matrimon. part. 2. cap. 7. §. 1. n. 14. Ioan. Garcia, trac. de coniugali acquaſtu, n. 147. Anton. Gomez, ad d. l. 60. Matienzo, ad d. l. 9. n. 7. & ſeq. Rodericus Suarez ad l. 1. tit.* de las ganancias, *ex n. 24. Auendaño, reſponſ. 20. n. 8. Thom. Sanchez de matrimon. lib. 6. diſput. 5.* cum multis.

37. *L. quod autem 6. & §. 1. ff. quæ in frau e redit Suarez, vbi ſupra, Matien. vbi prox. n 5. Thom Sanchez de matrimon lib. 6. diſput. 4.*

38. *Anton. Gomez. ad d. l. 60. verſ. nec his obſtat ratio. Gutierrez, prac. quæſt. 118. n. 13. & quæſt. 126. n. 5. lib.* 2. Licet ius ipſo iure in vxorem tranſeat, ficte tamen & revocabiliter: *& Matienzo, ad d. legem, n. 2. & 3. Thom. Sanchez, d. lib. 6. diſput. 5. n. 3. verſ. ſecundò.*

39. *Tello Fernandez, ad leg. Tauri, 16.* credit, dominium harum rerum in vxorẽ minimè conſtante matrimonio tranſire: ſed videtur intelligendum, de actuali dominio, non verò de habituali.

40. Ad *l. 206. & 210. Styli,* quas refert Rodericus Suarez *ad l. 1. tit.* de las ganãcias, *n. 47.* Et *n. 48. ait.* Maius previlegium conceditur marito, quam alteri ſocio, cum indiſtinctè res acquiſitas conſtante matrimonio permitatur marito alienare, ſive mouiles, ſiue immouiles, ſiue venales, ſiue non venales. *Aycra de partition. part. 2. quæſt* 41. *n. 46.* Vnde *Thom. Sanchez de matrimon. lib. 6. diſputat. 5. n. 7. in tertia concluſione,* nõ idem quod in muliere, procedere in marito, *(ait)* nam vir nequaquam poteſt conſtante matrimonio cedere lucris acquiſitis, in favorem vxoris;


quia

quia eſt perfectè dominus, & irrevocabiliter, illius medietatis lucrorum, per realem incorporationem in patrimonium ſuum.

41. Ad *l. profectitia 5. §. ſi pater 5. ff. de iure dotium.*

42. In *l. 1. ff. de tranſactionibus.*

43. *Ioan. Gutierrez, prac. lib. 2. quæſtio, 126. n. 4. Caſtillo ad l. 60. Tauri, n. 2.*

44. *D. l. quod. autem, in prin. & §. ſed & illud. 4. ff. quæ in frau. creditor.* vbi Bar. & *Gotofred lit. B. Surdus. Conſ. 140. n. 7. & 8. Franchis deciſ. 101. Seſſe, deciſ. 408. in fine, tom. 4.* quẽ adduxi in quæſtione appoſita in meis Scholijs ad inſtrumen. Comand. ſiue depoſiti, *clauſ. 17. n. 17.*

45. Vt ſupra, & *Couarr. d. p. 2. cap. 7. §. 1. n. 15. Ioan. Garcia, tract. de coniugali acquæſtu, n. 148.*

46. *Thom. Sanchez, d. diſput. 5. n. 8.*

47. Et per ea quæ Matienzo *ad d. l. 9. tit. 9. lib. 5. recopilat. gloſ. 1. n. 6. verſ. ſed iuditio meo, cum Ioan. Gutierrez, pract. lib. 2. q. 126. n. 5. verſ. adhuc tamen,* & quæ inſinuat, *q. 127. n. 5. & 6.*

48. Ad *l. 1. in prin. ff. de iuſt. & iure, l. in omnibus 90. ff. de regul. iuris.* vbi Gotofred. *lit. b. l. quod ſi 24. §. 1. ff. de minoribus, l. placuit 8. ff. de iudicijs.*

49. Ad *l. nam hoc 14. ff. de condition. indeb. & l. 206. ff. de regul. iuris,* cũ vulgatis.





# Pſephiſmatis XXXV.

# VIGILIA TRIGESIMA QVINTA.

*DELICTVM A PAGANO COMMISſum, ſi poſtea Miles efficiatur, à quo Iudice puniendũ? Et quid in cauſa reſiſtentiæ, vel iniuriæ factæ Iudici, ab actuali Milite?*

MILES QVIDAM Præſidiarius, nocte prima, quodam cũ Scoplo parvo [vulgò *Caravina*] à Senatore inventus, iuſuſque arma tradere; miniſtris primò, ipſoq; (exploſo Scoplo) poſtea reſtitit Senatori, vſque quo victus & vinctus Miles præfatus, in carcerem miſſus eſt. Hic aliquibus retrò annis, ob voluntarium homicidium [reus abſens] parte inſtante accuſatus fuit. Militiæ poſtea nomen dedit: qua protectus authoritate, tam præſentis, quam præteriti delicti pœnas evitare intendebat. Capto exiſtẽte Milite: fori oppoſuit declinatoriã: porrectoque libello coram Præſide Capitaneoque Generali, ad ipſum, tamquam ad Iudicem competentem, cauſam cum perſona remitendam, petijt. Formata competentia, pro militis parte dicebatur. Nedum in criminalibus, ſed & in civilibus cauſis milites adeò exẽptos eſſe ab omni iuriſdictione non militari, eoque fori proprij gaudere privilegio; vt niſi coram Ducibus, Præfectis, Magiſtratibuſq; militaribus, vllo modo validè valeant cõueniri, & iudicari: ad quos [maximè in delictis] remiti debent; appellationesque ab eis; ad Supremum tãtummodo belli Conſilium pribatiuẽ interponendas 1. Eſt Re-

gia Schedula, in huius partis confirmatiõe, Limenſi Proregi directa (poſteaque generalis, ad omnes Indiarum provincias) Qu; cum iuriſdictionem militarem prædictam, diſtinctis ſtatuat caſibus, ad literam tranſcribere, nec pudebit.

El Rey. Por quanto he ſido informado, que por no eſtar declarado, que al mi Virrey Governador y Capitan General toca el conocimiento de los delictos y cauſas de los ſoldados, y gente de la milicia, ſe ofrecen competencias entre los miniſtros de juſticia, y Officiales de la guerra, ſobre el conocimiento de las cauſas de los ſoldados, entrometiendoſe mis Alcaldes del crimen, y otras juſticias á prender en los cuerpos de guardia, y fuera dellos á los dichos ſoldados, atropellandolos, y conociendo de ſus delictos y cauſas, en que muchas vezes ſe pone â rieſgo la authoridad de las juſticias: y la gente de guerra viendo que no ſe guardan ſus preheminencias, aſſi en el conocimiento de ſus cauſas que tocã à dicho mi Virrey [como à ſu Capitan General] como en las demas coſas, ſe deſaniman, y no ſiguen muchos eſta profeſion. Y aviendoſe viſto, conferido, y tratado ſobre ello en mi junta de guerra de Indias, con ſu acuerdo, y parecer, he acordado declarar, y mandar, como por la preſente declaro y mando, que por el tiempo que fuere mi volũtad, y no probeyere y mandare otra coſa en contrario, el dicho mi Virrey Governador y Capitan General q̃ es, ó fuere de las Provincias del Perú, como tal mi Capitan General, determine, y conozca de todos los delictos, caſos, y cauſas que en qualquier manera tocaren á los Generales, Capitanes, Officiales, y á la demas gente de guerra de aquel Reyno que me ſirvieren á ſueldo, y de las compañias de las lanzas y arcabuzes, y gente de preſidio del Puerto del Callao, y del armada del mar del Sur, y de las Compañias que en la Ciudad de los Reyes ſe lebantaren para Chile, y otras partes, en primera, y ſegunda inſtancia, ſin que mi Audiencia Real, ni Alcaldes del



del Crimen de la dicha Ciudad, ni otras qualeſquier Audiencias, y juſticias ſe entrometan en coſa alguna dello, ni conocer de las tales cauſas, y caſos por via de apelacion, ni en otra manera. Y que lo miſmo ſe guarde en los caſos criminales con los Capitanes de cavallos, y de Infanteria que el dicho mi Uirrey tuviere nombrados, ò nombrare para que ſirvan en las Ciudades, y Puertos de aquella coſta, y governaren las Compañias de los vezinos, y con ſus Sargentos, y Alferezes --- Y otro ſi declaro, y es mi voluntad, que quando por aver nueva de enemigos, ſalieren los dichos Capitanes en campaña, ó en las Ciudades entraren de guardia: que por el tiempo que durare hazer guardias, y el eſtar con las armas en las manos eſperando enemigos, ſe les guarde á todos los Soldados que eſtuvieren aliſtados en las dichas Cõpañias, en todos los caſos criminales, las miſmas preheminẽcias que á los demas que tienen, y llevan ſueldo mio. Y que los dichos caſos criminales que en aquellos dias ſucedieren, de que començare á conocer el dicho mi Capitan General, ſe ſigan, y continuen ante él, haſta concluirlos, y determinarlos en primera y ſegunda inſtancia. Demanera, q̃ por el tiempo que eſtuvieren en arma, no han de conocer las dichas mis Audiencias, Alcaldes del crimen, ni otras juſticias ordinarias, de cauſa de ningun Soldado en cauſa, ni demanda civil, haſta que ceſe el arma. Y mando que todo lo ſuſodicho ſe guarde, cumpla, y execute aſſi preciſſa, é inviolablemente, ſegun y como vá declarado en eſta mi Cedula, ſin q̃ ſe vaya, ni paſſe contra ello en manera alguna. Y por la preſente doy tan baſtante y cumplido poder, y comiſſion como ſe requiere, al dicho mi Virrey Governador y Capitan General, para conocer de los dichos caſos, negocios, y cauſas, y determinarlos con parecer de ſu Aſeſſor Letrado, en la forma ſobredicha. Y inhibo á las dichas mis Audiencias, Alcaldes del crimen, y otros qualeſquier mis Juezes y juſticias, del conocimiento de las dichas cauſas, para que no ſe entrometan, ni embaracen en ellas, q̃ aſſi es mi voluntad. Fecha en Madrid, á doze de Diciẽbre, de mil y ſeiſciẽtos y ocho años.

Qua-

Quare non ſolū in vim diſpoſitionis atq; inhibitionis prędictæ, ſed ea etiam deficiente, Iudicem iure & conſuetudine teneri, militem ad Præſidem remitere, (adhuc eo nō petente) proteſtabatur. Ita quod nec actis, probationibus que à Iudice factis, ob ipſius incompetētiam, ſtare debeat Præſes 2. Quid enim à Pagano diſtaret miles, ſi fori privilegio ſui militari Iudicis, nec gauderet? Quin etiam reus capitalis criminis, ſi militiæ ſe dederit voluntariæ, eo ipſo (vt accedente cauſa militię) iudicandus, audiendus, & puniendus, à iudice militari, nec remitēdus eò, vbi reus poſtulatus eſt. 3. Milites quidem ſunt, non tantum qui in acie, in ipſoque cum hoſtibus conflictu, actuve pugnātes inveniuntur; ſed & qui in expeditione, in caſtris, in ſtativis, hybernisque præſidijs, ad pugnam parati: qui cum militaribus coercerantur pœnis, militaribus etiam gaudere vtique debebunt privilegijs 4. Quibus miles renunciare nequit, vt iudici ſe ſubmitat pagano: cum nō perſonis particularibus, ſed cuncto militum ordini (maximè Ducum militarium authoritati, atque exercitio) conceſſum fuerit privilegium 5. Quin, etſi nec actu militet, & poſt quam cingulum militiæ depposuerit miles, retinet fori privilegium: ita quod, ſi ſuper rebus militaribus, cauſiſque publicis, quas dum militavit exercuit, conveniatur; coram militaribus iudicibus, non coram alijs reſpondere teneatur 6. Id que procedit in deſertione aprehenſo milite, qui cum militare deſinat, & vt paganus ſe gerat: attamen iudex qui eum apprehendit, ad ſuum Ducē cum elogio mitit puniēdū 7.

Pro ordinariæ iuriſdictionis parte, ſtrenuè defendebatur, militem fori militaris privilegio vti minimè poſſe; nec remitendum vt à PreſideDuce ſuo puniatur. Quia etſi in militaribus delictis, milites, ſuos (priuatiuè ad alios) habeant militares iudices: in alijs tamen, quę non vt milites comitunt (veluti homicidia, furta, etſi quæ ſimilia, atrocia vel graviora) iuriſdictioni ordinarij iudicis, cuius in territorio delinquerunt, ſubijciuntur; ab ipſoque puniri poſſūt,

abſque



abſq eo quod ad iudices militares eos remitere [niſi in caſu executionis ſententiæ ab ipſo contra militem prolatæ, in mediocribus, leuibuſque delictis] teneatur 8.

Vnde prouidè ſtatutū à Domino noſtro Rege, in Schedula expedita Segoviæ, die 15. Auguſti, Anni 1609. Ita. *En quanto à la juriſdiccion, he mandado, que todos los Corregidores, y demas juſticias ordinarias de los lugares donde eſtuvieren aliſtados, y ſe aliſtaren, conozcais, y conozcan de todas las cauſas civiles, y criminales que ſe ofrecieren à la dicha gente de milicia. aora los tales ſoldados ſean reos, aora ſean actores, excepto ſi fuere contencion militar entre Soldados cerca de las armas, y municiones, y ſobre el exercicio militar; que en eſtos caſos ha de conocer el Capitan, ó Cabo.* Et infra in cauſis ciuilibus. *Se han de interponer ſus apelaciones para ante ſu Audiencia, y Chancilleria, que es coſtumbre, y ſe ſuele apelar, ò ante los otros Iuezes ſuperiores à quien tocare, en cuyo diſtrito cayere; ſino fuere la tal cauſa ciuil, militar: por que en tal caſo, ſe ha de apelar para el Cōſejo de Guerra.* Id & ſtatutum invenitur, ex Schedula Regia expedita Matriti, die *trigeſima quarta* Martij Anni 1624. (quę eſt recopillata l. 104 lib. 4. tit. 3. legūIn diarū) in Pro-Regum militibus Pretorianis, ibi. *Que los Soldados de los Virreyes, no ſean exemptos de las juſticias ordinarias, para el conocimiēto de ſus cauſas.* Et in delictis non militaribus, veluti, ſi miles falſum apud iudicem depoſuerit paganum, ab eo cuius dignitatem, aureſque offēderit, veniet puniendus, privilegio fori, (etiam armatæ militiæ) denudatus 9. In extractione ſimiliter argēti à Regno, introductione monetæ *de vellon*, inque alijs criminibus quorum odio milites fori militaris nullatenus gaudent privilegio, vt iura nec pauca teſtantur. Interdicitur & ipſis ex præfata Schedula, & varijs legibus, decretiſque Supremi Conſilij. Scloporum vſus, id eſt, *de Piſtolas, y Carauinas*, etiam ſi ſint Milites, ſiue *Caualleros de las ordenes militares*, Familiares Sancti Officij, & Milites *hombres de armas* vocati, & etiam *Soldados*

*de la*

*de la guarda del Rey:* qui omnes poſſunt prædictis ſpoliari armis, pœnniſque impoſitis puniri à iudicibus paganis & ordinarijs, nullo obſtante fori privilegio 10. At cum preſidiarius ille miles, delictum adeò grave commiſſerit, miniſtris invadẽdo, & prædicto Senatori reſiſtendo, injuriandoque: non vt miles, aut militari in re deliquit; ſed vt paganus privatus ſe geſſit, opere, & armis prohibitis deteſtandiſque, facinus enorme qualifiacatum [puniendum] perpetrans. Idcirco, nec à Duce ſuo Preſide, defẽdi poteſt, nec in cauſę & remiſione perſonę, audiendus, ſed à Senatu pœna erit competẽti plectẽdus, cui ob grave delictum in præfati Senatoris perſonam patratum, ſubditus iure effectus eſt: vt vltra ea quæ infra, ex Decreto Supremi Senatus, relato ad finem tituli vigeſimi ſecundi, libri octavi, ſtatuitur, ſic. *Los Alcaldes de Corte, y juſticias ordinarias del Reyno, procedan pribatiuamente contra los Soldados que les hizieren reſiſtencia, aunque ſean de la guarda del Rey, ſin que puedan pretender gozar del priuilegio de ſerlo, y ſobre ello no ſe pueda formar competencia, ni vſar de otro recurſo.*

Nec obeſt quod reus capitalis criminis [vt ſupra] miles effectꝰ poſtea, apud iudicẽ militarem (non paganum) debeat conveniri. Nam hoc non abſolutè verum: quin immo cõtrarium certiùs, iuris inſpecta ratione. In ius vocatus, effectus poſtea miles, pretextu privilegij militaris fori, nouiter quæſiti, iudicium iam ceptum iudicis pagani, minimè ſubterfugere poteſt, ſecundũ Vlpiani ſententiam 11, imo ibi præcisè, vbi ſemel ceptum, finiẽdum 12; iam civile, iam criminale ſit, inter quæ, iuris argumẽtatio, ęqualis 13. Reus criminis, delatus, accuſatusve, militiam exercere nequit 14. Si voluntariè miles efficiatur, militia privatus, punietur. Ita Capitalis criminis damnatus ſententia, ſi profugus ſe poſtea militiæ dederit, vel ſe paſſus fuerit legi miles; capite puniendus erit à iudice militari; non ex antiquo, ſed ex novo militari comiſſo delicto in vſurpatione iniuſta, punibilique, militiæ. Idem ſi reus capitalis criminis, ante vel poſt



poſt ea probati. Nec remititur reus tunc, ad iudicem paganum; quia executa ſententia mortis [militaris delicti pœna] nihil exequendum remanet. At cum ſuper eſt reus, veluti, dum pœna ipſi capitalis non imponitur à iudice militari, quia delictum ob quod reus poſtulatus fuit, nõ commiſsit, vel quia non probatum (non principaliter, ſed tamquam accedente cauſa militiæ, ad pœnam militarem imponendam) aut quia coactus eſt fieri miles: tunc Sacramẽto militiæ ſolutus, erit dubio procul remitendus ad iudicẽ paganum, apud quem, cauſa cognita iudicandus erit, vt nos alibi diximus 15. Præter enim relata; hoc & certum. Militem iudici reſiſtentem, inurbanumve *(deſacatandoſe, y perdiẽdo el reſpecto)* fori militaris privilegium amittere, puniendumque eſſe à iudice pagano, cuius dignitas, perſonæ ve authoritas, læſa fuit. Id que expreſsè à Domino noſtro Rege, virtute cuiuſdam ſpecialis Schedulę, ſtatutũ. Ita

EL REY. Por quãto por diverſas relaciones que he tenido de mis Audiencias, y otros miniſtros mios de mis Indias Occidentales. he entendido los grandes inconveniẽtes que ſe han ſeguido, y ſiguen, de que las dichas Audiencias, y demas juſticias eſten inhibidas del conocimiento de las cauſas de los Soldados en virtud de las Cedulas mias que eſtan deſpachadas, para que conozcan dellas los mis Virreyes de las dichas Indias, como Capitanes Generales, y los Governadores, y Preſidentes de las dichas Audiencias, q lo fueren, cada vno en ſu diſtrito. Por que con eſta ocaſion ſe atrebẽ de ordinario à hazer, y cometer graves delictos, y inſultos, haſta llegar à perder el reſpecto à las dichas mis juſticias reſiſtiẽdoles, ſi acaſo les quieren prẽder, y porq̃ mi intencion, y voluntad ſiẽpre ha ſido, y es, q̃ mi juſticia ſea favorecida, y eſtimada en todas partes, y que entre mis ſubditos y vaſallos ſe le guarde el reſpecto debido, ſin excepcion de perſonas. Haviendole diſcurrido, y platicado ſobre ello, por los de mi conſejo de las Indias, Con ſu acuerdo y parecer, he teni-

tenido por bien de mandar dar eſta mi Cedula, por la qual declaro, y mando, que de aqui adelante *en qualquier caſo de reſiſtencia à mis juſticias*, ò delacato injurioſo que cometa contra ellas qualquier de los dichos Soldados, no gozen del fuero, y privilegio militar, y conozca de la tal cauſa, y los caſtigue, y proceda contra ellos la juſticia ordinaria; y los dichos mis Virreyes, Preſidentes, y Governadores, que fueren Capitanes Generales, no ſe lo impidan, ni defiendan, ſin embargo de lo contenido en las dichas mis Cedulas, y en otras qualeſquier que eſten dadas, ò adelante ſe dieren, las quales para en quanto a eſto toca, deſde luego derogo, y doy por ningunas, y de ningun valor, y effecto, quedando en ſu fuerza y vigor para lo demas en ellas contenido. Y para que todo lo ſobre dicho ſea publico, y notorio, y ninguno pueda pretender ignorancia, mando que eſta mi Cedula ſe pregone publicamente en las Ciudades de las dichas mis Indias, donde reſiden las dichas mis Audiencias, y en las demas partes que combenga, y à las dichas mis Audiencias les pareciere. Fecha en Madrid, à tres de Junio, de mil y ſeiſcientos y veinte años.

Idem ſtatutum eſt per Regni leges, Regia que, & Conſilij Supremi Decreta, in caſibus reſiſtentiæ à Militibus, *Continuos Soldados de la guarda de ſu Mageſtad.* Scholaſticis, *aſſiſtentes, ò curſãtes en las Vniverſidades*, alijsque exemptis, factę; qui eo caſſu, fori amitũt privilegium 16. Vnde cum miles præfatus qualificatam reſiſtentiam [gravisſimo delicto annexam] comiſſerit in perſonam Senatoris, amiſſo militaris fori privilegio, à Senatu iuſtè veniet, pœna competente puniendus, inſuper habita prætenſa, ab eoque petita ad Ducem ſuum Preſidẽ, perſonæ & cauſę remiſſione.

Sed [ò tempora, ò leges] poſtpoſita omnia, *verba iniquorum praualuerunt; impius viuit & ſubleuatus eſt*; nec ſtupentes (ineſcrutabilia tamẽ Dei iuditia venerantes) reminiſcamur illud Ieremiæ dicentis, *Quare via impiorum proſ-*



*proſperatur?* 17. Quotidie quærimur malos eſſe fœlices; ſi fœlicitas dici poteſt nocentium temporalis impunitas. Etſi enim reus ex geminato delicto veniam nec conſequi ſoleat 18. Obtinuit inſuper miles, remiſſus que (nec tamẽ vltrò) Præſidi Duci ſuo fuit, ſub prætextu cuiuſdam declarationis ab eo factæ (iuſtè an perperã, neſcio iudicare) in vim clauſulæ declaratoriæ Schedulæ alterius, biennio poſt expeditæ, ita dicentis. *Y porque aviendoſe platicado en mi junta de Guerra de Indias, ſobre lo contenido en la Cedula aqui inſerta*, [eſt illa quæ ſupra] *ha parecido, que en ſu cumplimiento pueden offrecerſe algunas dudas: con ſu acuerdo, y parecer fue acordado, que debia declarar, y mãdar, que ſi la huviere en ſi el delicto es de la calidad contenida en la dicha Cedula, los mis Virreyes. Preſidentes, y Gouernadores, que fueren Capitanes Generales, determinen quien ha de conocer dèl, por cuya declaration ſe eſte, y paſſe precisſa y puntualmente. Y les encargo, y mando lo hagan, teniẽdo mucha conſideracion al reſpecto que ſe debe guardar à mi juſticia, y miniſtros de ella, pues ellos ſon las cabezas de todos. Fecha en Madrid à treinta y vno de Diziembre, de mil y ſeiſcientos y veinte y dos.---- Yo EL REY-- por mandado del Rey nueſtro Señor,-- Iuan Ruyz de Contreras.*

Sine die & Anno, ne obliuiſcedis, lędatur memoria; & perſonarum expreſione non neceſſaria, excitẽtur iuditia, &c.

1. AD *l. Magiſteriæ poteſtati, 6. Cod. de iuriſdictio omni. iud.* argum. *l. eos qui 3. Cod de offic. Magiſtri milit. l.* 1. *Cod. de exhibend. reis, l. de militibus,* 9. *ff. de cuſtod. reor. l officium 12. in fin. ff. de re milit. l. tam collatores, 18. §. 4 7. & 8. Cod. de re milit. lib. 12.* vbi communiter Doctores, *l. 11. tit. 18. p. 4. l. 3. tit.* 29. *p. 7.* vbi *Gregorius Lopez.* Doctè proſequitur, diſtinguit, & intelligit materiam, *Carleual, de iudicijs, lib.* 1. *tit. 1. diſput. 2. quaſt. 6. ſectio. 4. de foro militum.*

2. *L. de militibus 9. ff. de Cuſtod. reor.* ad *l. 1. Cod. de exhi-*

exhibend. reis, vbi Salicet. & DD. Gregor. Lopez, ad d. l. 3. tit. 29. p. 7. verbo, ninguno, Boher. de cuſtod. clau. n. 29. Donel. com. lib. 17. cap. 20. vbi Oſual. lit. I.

3. L. qui cum vno 4. §. reus 5. ff. de re milit. Oſual. ad Donel. com lib. 17. c. 18. lit. b. Oldradus Conſil. 4.

4. Ad l. 3. ff. de re milit. l. 10. ff. de reg. iur. Oſual. ad Donel. com lib. 6. c. 18. lit. R

5. L. ius publicum 38. ff. de pactis, cap. ſi diligenti, de foro compet. ita intelligendus, tex. in l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de pactis, cum gloſ. vt non de armata militia, ſed de dignitate loquatur alia. Differẽtiam alibi adduximus, in Diſcurſu hiſtor. polit. §. 218. & ſequent.

6. L. 2. vbi Gotofred. Cod. vbi de ratiocinijs. Hinc miles qui non contrahit in caſtris, ſed per mundum vagatur, priuilegium minimè habet: vt notat Bar. in l. miles n. 1. gloſ. ſecutus, de re iudicata, vbi Iaſon, n. 2. ait, quod verbum dictæ legis, qui ſub armata militia, illud qui, ſtat restrictiue: & ita non habet locum in militibus noſtri temporis aurati, qui nõ ſunt bellatores, ſed otioſè in plateis degunt.

7. L. deſertorem 3. in princ. ff. de re milit. ſed intelliged. vt per Me, in d. Diſcurſu. poſt §. 182. cum l. 2. Cod. quando liceat vnicuique, ſine iud. Ad id, Ayala, lib. 3. de iure belli. cap. 8. n. 2.

8. Ad l. 2. §. proprium, l. omne delictum 6. in princ. l. 3. ff. de re milit. l. fi. ff. de accuſation. l. 1. Cod. vbi Senator. l. 3. tit. 29. p. 7. ita in delictis militaribus, leuibusve, ad remiſſionem executionis d. l. de militibus 9. ff. de cuſtod. reor. vt per Carleval, vbi ſupra Bobad. in Polit. lib. 4. cap. 2. ex num. 67.

9. Ad l. nullum 14. Cod. de teſtibus, argum l. ſi quis Decurio 21. Cod. ad leg. Cornel. de falſ.

10. Ex prædicta Schedul. an. 1609. l. 17. tit. 23. lib. 8. recopil. l. 61. in fine, tit. 18. lib. 6. recopil. Decreta Regij Conſilij, relata ad fin. tit. 1. lib. 4. recopil.

11. In l. ſiquis poſtea 7. ff. de iudicijs.

12. L. vbi ceptum 30. d. l. ſi quis 7. ff. eod.

13. Ad l. abſentem 5. ff. de pœnis.

14. Ad l. vnic. Cod. de reis poſtulatis, lib. 10.

15. D. l. qui cum vno 4. §. 1. & §. reus 5. vbi Acurſ. & l. qui metu, fin. ff. de re milit. conſonat, l. ſi cui crimen 7. §. 4. & §. cum ſacrilegium 5. ff. de accuſation. Diximus in Diſcurſo Politico hiſtorico juridico de preſſas, y Soldados, §. 209. y 210. Doctè Carleval de iudicijs, tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. quæſt. 6. ſectio. 4. ex n. 474. ad n. 478.

16. L. 28. tit. 7. lib. 1. recopil. & varia Decreta, ad fin. tit. 1. lib. 4. eiuſdem recopil.

17. Ut Pſalm. 64. verſ. 4. Iob. cap. 21. verſ. 7. Ieremiæ cap. 12. verſ. 1. & Senec. de benefic. lib. 2. cap. 28.

18. Ad l. capitalium 28. §. 3. ff. de pœnis, l. nemo 3. ad fin. vbi Gotofred. Cod. de Epiſcopal. audient. & ſupra, vigil. 23. num. 37.



# Pſephiſmatis XXXVI.

# VIGILIA TRIGESIMA SEXTA.

*HERES NON CONFICIENS INUENtarium, non ſemper vltra vires tenetur hæreditarias.*

SICVTI HERES, inuentario iure confecto, vltra quam teſtatoris bona patiuntur [detracta de legatis Falcidia 1.] creditoribus ſolvere non eſt obſtrictus: ita invẽtarij omiſſio, illum reddit obnoxium, vt præter vires hæreditarias, nedum creditoribus, verum & legatarijs [quarta amiſſa Falcidia] ex Regia, atq; civilis iuris conſona diſpoſitione, abſolute teneatur 2. Nec Canoni-

nonicum ius [cum non contradicat] diſcrepare videtur, ſi ad iuſtas cauſas à legibus expreſſas, Doctorum quæ iuditio ſedulò conſiderata, attentionem applicare curauerimus. 3. Et in conſcientię foro id ſervandum, nec pauci dixere; etſi reclamantibus alijs 4; nec tamen iniuſtè, dum aliqua non appareat ſubtractio; aut inventarij cõfectio, dolo, caliditate, animove defraudandi, omiſſa non ſit.

Attamen non ſemper verum, illud; hæredem inventarium non conficientē (adita hęreditate) vltra vires teneri hæreditarias. Nã in anomalo hærede, vel ſucceſſore, rigor ille temperatur: vt in Fiſco hæredi indigno ſuccedente, in bonis ve vacantibus intrante, aut ex confiſcatione ius habente; cum non tunc hæres propriè ſit, nec vti talis ſuccedat 5. Et in Eccleſia, ſeu Monaſterio, Monacho ſuccedente 6. Et ſimiliter, hæres hæredis, omiſſo inventario, non tenetur creditoribus inſolidum: quia delictũ, dolusve, de vno ad alium nõ tranſit 7. Item, quando ſumus in legatis pijs, omiſſo inventarij, hæredem vltra vires hæreditarias non afficit. Pœnale quidem eſt hoc: & Eccleſia, piaque loca, minimè pœnam proſequũtur. 8. Nec hæres eius qui bonis cęſſit [habet enim hæreditas iuris intellectum, nullo exiſtente corpore 9] inventarij ſolemnitate omiſſa, inſolidum obligatus erit, cum habeat defuncti beneficia: quippe hæreditas, cum ſua cauſa, ſuiſque vitijs ad hæredem tranſit, qui creditoribus, nec in plus quã defunctus grauatur 10: extenditurque ad hæredes earũ perſonarum, quæ vltra quam facere poſſunt, conveniri nequeunt 11. Vxor quoque hęres, à viro inſtituta, omiſſo inventario, non tenetur vltra vires, quo ad dotes ſuas, quas ſalvas habebit 12. Filij itidē hæredis (qui nec inventarium fecit) legitima, non gravatur, 13; nec eam perdit, quæmadmodũ hęres alius Falcidiam amiteret, ob inventarij defectum 14; non tamen Trebellianicam, ſi aliquorum Scriptorum authoritati, rationibusque deferimus 15. Alijs etiã caſibus à Doctoribus expreſſis, fallit regula, quod hæres, ſuc-



ceſſorve, vltra vires hæreditarias, inventario non confecto, teneatur 16.

Hæres igitur qui ſuccedit in hęreditate limitata, aut determinata quo ad certã quãtitatem, præter vires non tenebitur hæreditarias, etſi inventarium non conficiat 17. Id ipſum quando creditores & legatarij fatentur, alia non fuiſſe in hęreditate bona, quã quæ apparent 18. Nec diſpar ratio, cum expreſsè aliàs de veritate hęreditatis cõſtat, deque bonorum qualitate & quantitate: nam tunc hęres, in ſolidum, ſeu vltra vires hęreditarias ob inventarium nõ confectum, minimè tenebitur. Manifeſtæ enim veritati, lex & conſuetudo cedunt 19. Nec de modo curandum, quando finem effectumque à iure ſtatutum, conſequimur 20. Ergo quatenus defuncti bona patiuntur, hęres adſtringetur tantum, deducta de legatis Falcidia, quæ nec amitetur, nec hæres in ea grauabitur.

In cauſa Ioſephi Perez, executoris teſtamentarij Ioannis Muñoz. Qui ſolutis primũ debitis, & legatis aliquibus ſatisfactis, Animaque ſibi de reſiduo hærede inſtituta: præfatum poſtea Ioſephum, hæredem [hac voce] executorem vniuerſalem, & vnicum relinquerat. Senatus declaravit; illum propter inventarij omiſſionem, non teneri creditoribus, & legatarijs, vltra vires hæreditarias. Tum quia executor, etſi loco hæredis habeatur; inventarium facere non tenetur 21. Ad id enim verè adſtringuntur ſub Conſtitutionis & legum pœnis, hæredes qui iure ſuccedunt communi 22, non qui ſpeciali, vti anomali hærèdes, executores, &c. 23. Tum & etiã, quia teſtator in præfato ſuo teſtamento, omnia bona ſua, ſedentia & mobilia, expreſsè minutatimq́ declaravit. Quo caſſu, & ſi hæres abſolutè inſtitutus fuiſſet Ioſephus ille, inventarium facere adhuc excuſatus eſſet, impunèque abſque illo procederet, ex prædictis 24. Die vigeſima Februarij, Anni 1651.

1. EX *l. fin. §. & ſi præfatam* vbi cõmuniter Doctores, *Cod. de iure deliberandi*, *Rolandus á Valle*, *Conſ. 73. in prin. vol. 2. l. 7. verſ.* E aun dezimos, *tit* 6. *part. 6. & l. 1. tit. 11. ead. part. 6.*

2. Auth. *de heredib. & falcid. §. ſi veró non, collation. 1. d. l. fin. §. & ſi præfatam, Cod. de iure deliber. l. 5. 7. & 10. tit. 6. part. 6. Roland. à Valle, tract. de inuentario, p. 5. in prin. Spino, in ſpeculo teſtamentor. gloſ. 35. de confectione inuentarij, ex n. 50.*

3. Ita Baldus *in l. ſcimus, Cod. de iure deliber. n.* 12. *Faquin. controuerſiar. iuris lib. 6. cap.* 23 *Spino, d. gloſ. 35 n. 56. in fine*, cũ alijs ab eo adductis.

4. Anton. Gomez, *ad l. 3. Tauri, n. 120. & 121. Couarr. in cap. 1. de teſtament. n. 20. Spino, d. gloſ. 35. n. 55. & 56. Faquin. d. lib. 6. controuerſ. cap. 24. Rolandus, d. tract. de inuentario, part. 4. verbo*, inuentarij confectio, *n. 2. & p. 5. verbo* an in foro, *n.* 6.

5. Sebaſtianus Monticulus, *trac. de inuentario, in præfatione, n. 62. & cap.* 5. *n.* 51. *Spino, d. gloſ. 35. n. 18. Bal. in d. l. ſancimus, n. 10. Roland. á Valle, tract. de confection. inuentar. part. 2. verſ. vndecimo quæro, n. 7. Phanucius, tract. de inuentario hæredis, part. 2. n. 8.*

6. Rolandus *á Valle, vbi proximè, verſ. duodecimo quæritur, ex n. 6. Monticul. vbi ſupra, n. 62. Porcellinus, de confectione inuentarij. cap. 2. num. fin.*

7. *Sebaſtian. Monticul. d. tract. de inuentar. ad explication. Conſtit.* 1. *de heredibus & falcidia, n.* 129. *Phanunucius, d. part. 2. n. 49. Roland. á Valle, d. tract. part. 5. verſ. Modo quæritur, n. 1. in fine.*

8. Ex *cap. dilecti, de arbitris, & can. fraternitatis* 12. *quæſt.* 2. cum alijs *Gratian. diſceptat. forens. lib.* 1. *cap. 34, n. 1. 10. & 11. Roland. á Valle, d. tract. part. 5. verbo, an hæres & verſ vigeſimo quinto*

9. *L hæreditas, 50. ff. de hæreditatis petitio. l. bona 3 §. 1. de bonor. poſſeſſio l. hæreditatis,* 119. *ff. de verbor. ſignificat.* cum vulgatis.

10. Ita Baldus, *ad l. fin. n. 8. Cod. qui bonis cedere, Cuman. Conſ. 25. Angel. & Imol. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, ff ſi cui plus quam per leg. Mõticulus, de inuentario, cap. 5. num. 50.*

11. Intellige vt per Mõticul. *d. tract. cap. 5. ex n. 18.* & Phanuc. *eodem tract. part. 7. ex n. 63.*

12. Ex Paulo de Caſtro, *Conſ. 164.* cum alijs *per Roland. d. tract. part. vltima, verſ. Pone hæres. n. 9. & verſ. an actio, n.* 12.

13. Iacobus de Canibus, *tract. de execut. vltimar. volunt. §. conſentaneum* 14. *fol. 90.* Intellige vt per *Phanucium, de inuentar. p. 7. ex n. 4.*

14. Roland. à Valle, *d. part. 5. verſ. hæres non conficiens, 2. n. 10. 12. & ſequent. Monticul. poſt tract. de inuẽtario, ad explication. l. ſcimus, Cod. de iure deliber. n. 261.*

15. Roland. à Valle, *d. tract. part. vltima, verſ. Quia, ex num. 20.*

16. Sebaſtian. Monticul. *d. tract. in præfatione, ex n. 64. & cap. 5. ex. n. 10. & n. 50. Phanucius, vbi ſupra, n. 8. cum ſequent. Socinus, regul. 170 Rolandus, d. tract. verſ. Quinquageſimo, & ſequent.*

17. Cancer. *var. reſolutio. part. 3. cap. 3. de priuileg n. 297. Fontanella, de pactis nuptial. clauſ. 4. gloſ. 5. n. 56.*

18. Roland. à Valle, *d. part. 5. verbo, ſed dubitatio, n. 1.* ex Baldo, *in l. filium,* Cod. *familiæ herciſcund. Monticul. de inuentario, p. 5. n. 50.*

19. *Can. veritate 4. diſtinct. 8.*

20. Vt notatur, & colligitur *ex l. fideicommiſſa 11. §. ſi cui,* 11. *ff. de legatis 3. l. ſi ita 15. ff. quando dies legat. ced. l. Gallus 29. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. l. fin. Cod. de donation. quæ ſub modo, l mulier. 22. verſ. Braſidas,* vbi Gotofred. *lit. q. ff. ad Trebell. l. ſi pater 44. in prin. ff. de iure dot.* & ibi etiam Gotofredus, *lit. Q.* & ex *l. ſi mater 3. Cod. de inſtit. & ſubſtitut. Surdus, deciſ. 35. n 8.*

21. Rolandus, *d. tract. part. 2. verſ. vigeſimo primo, & verſ. vigeſimo tertio. Monticulus, eodem tract. cap. 5. num.* 51.

22. Etſi hoc de iure; de foro tamen Regni Aragonũ aliud procedit, cum hæres etiam ſi inventarium non cõficiat, vltra vires hæreditarias minimè teneatur. Omnes

enim cum beneficio inventarij ſuccedunt ( ex quo reſultat confuſionem actionum, in hęredibus nō cognoſci, *Portoles in §. heres, ex n. 3. ad n. 9.*) vt in *obſervantia, item de foro, penul. ibi:* item de foro, hæredes non tenentur vltra vires hæreditarias, etiam ſi nō fecerint inventarium, *tit. de teſtamentis. Molin. in repertor. verbo, hæres, fol. 164. col. 3. vbi Portoles in §. hæres, ex num.* 1. Ratio; quia in illo Regno, nō iuris ciuilis Romanorum rigor, ſed Canonici iuris æquitas communiter ſervatur. Vnde recurſus [Foro deficiente] ad naturalem ſenſum eſt, & ad ius Canonicum, vt æquitate eius inſpecta, iudicium ſuum proferant Iudices. *Ita Rex Iacobus Primus.* Vbi autem *(inquit)* dicti fori non ſufſecerint, ad naturalem ſenſum vel æquitatem recurratur. *In prohemio foror.* De æquitate ergo Canonica, id ipſum procedit abſque inventarij neceſſitate, congrua que naturali ratione colligitur, hæredem non teneri vltra vires hæreditarias [ſi dolus, occultatiove bonorum aliàs non probetur] ob non confectum inventarium *Anton. in cap. 1. de ſolutio. Baldus, in l. cum à matre 14. n. fin. Cod. de rei vendic.* Et de iure Saxonum, idem procedere teſtatur, Matheus Coller, *trac. de proceſſibus executiuis, part. 2. cap. 3. n. 399. cum ſequent. & ex n. 401.*

23. Sebaſtian. Monticulus, *poſt dictum tract. in explicatione Conſtitutio. 1. tit. de hæredibus & falcidia, n. 33. Rolandus à Valle, vbi ſupra, proxime.*

24. Vti ex ſupra adductis apparet, *n. 5. 8. & 17.*

Pſe-



# Pſephiſmatis XXXVII. VIGILIA TRIGESIMA SEPTIMA.

## *IVDEX INIVRIAM SIBI ILlatam, an ipſe puniat?*

EST QVIDEM IVre & ratione æquiſſimè, prudenterque ſtatutum, neminem ſibi ius dicere, neque in ſua cauſa iudicem eſſe poſſe: cum iniquum admodum ſit, alicui in re propria, licentiam tribuere ſententiæ 1. Peccat ſiquidē mortaliter iudex, in ſua, vel ſuorum cauſis iudicando, & ſi à parte id minimè oppoſitum fuerit 2. Quilibet enim ſui amator eſt, vt dicebat Philo 3. vnde quaſi neceſſariò, piā quālibet [ſicut in Abel Caim] interficiet opinionem. Nemo vmquam carnem ſuam odio habuit, teſte Apoſtolo 4. Nullus non benignus ſui iudex eſt; immo quiſque amicus, & ſibi benevolus cenſor: ac proinde, qui ſe amat, cum plus ſe ipſum, quam veritatem honorandum putet, conſequēs eſt, vt omnia ſe meruiſſe exiſtimet, & quod bonum, iuſtū, conveniens ve ſit, perperam iudicet. Nihil certè facilius eſt, quam ſe ipſum fallere 5.

Hinc cum Ioannes quidā, Belga, ob iniurias in Iudices (nec parui momēti) expreſsè illatas, quodā in ſcripto corā ipſis à ſe oblato, in carcerem coniectus eſſet, & proceſſum ad vlteriora: dubitatum fuit primò, & poſtea petitum declarari, Iudices ad punitionē procedere minimè poſſe. Et vltra ea quæ ſupra, ponderabatur Iuſtiniani Imperatoris Cōſtitutio; qua defenſoribus iudicibus, ſibi illatas iniurias puniendi, minime facultatem conceſſit: ſed prouinciarum

Præſi-

Præſidibus caſtigandi, vel vlciſcendi ius [ad quos remitendæ cauſæ] competebat 6. Si enim in cauſa ſuorum [vbi de iniurijs agitur] quis iudicare prohibetur 7: quid in qua ipſe iudex connexus eſt? Et vbi perſona ab officio non facilè ſeparatur, nec affectus hominis diuerſæ naturę & qualitatis ſunt per ſe, quam ſimul cũ officio? Vnde prudentiores credunt, decentiùs eſſe, honeſtumque maximè, ſi iudices cauſas huiuſmodi, alijs diiudicandas remmitant 8.

Attamen, prædictis minimè refragantibus, proceſſum ad vlteriora fuit. Conſideratum eſt, ſacrum iudicandi munus iudices exercere; Dei officium in terris; quare & Dij, & Sacerdotes, & Presbyteri vocati, venerabiles, ab omnibus [vt Dei Miniſtri] obſequendi 9. Et vt bonum iuſtitiæ tribuant fructum ſubditorum mediante reverentia; id ipſis ad faciliùs conſequendam præceptum imponitur, vt ingenio authoritatem augeant 10. Tantum abeſt vt ſe cõtemni patiantur 11: quippe, grauiùs ſemper fuit, iudicis, quam legis deſpicere ſeu violare præceptum, qui lex viva eſt 12; & tuenda pro viribus ipſius authoritas. Sufficit enim tibi (aſſerit Imperator) per omnia ad perfectã fortitudinem, & lex, & imperij ſavor 13. Maximè in iudicibus Superioribus, & Togatis, qui nomine, & re, Principi colaterales nominãtur, & ſũt, illiusque corporis partes 14. Vnde cum [hac inſpecta ratione] non propriam rem, ſed officij authoritatem, & iuriſdictionem ſibi à Principe commiſſam, defendant, & vlciſcantur; iure ad tutamen illarum, vindictamque procedere non dubiè poſſunt 15. Iniuria dum notoria eſt, aut publicè perpetratur in iudicem, cum nec probatione indigeat; executiua animadverſione vtendum, pro illius qualitate 16. Sin autem notoria non fuerit; ordinariè ad iniurię probationem priùs occurrendum, vt iure ad pœnam deueniatur. Si legalis, ea reus plectendus. Si arbitraria, & leuis iniuria comiſſa, ad metas illius punienda. At ſi grauis, atroxve, maximè in officio vt dicunt officiando, cum nõ legalis, ſed arbitraria ſit imponen-



ponenda pœna: maiori eſt conſideratione agendum ne corporalis ea imponatur [à Iudicibus, præſertim, qui ſuperiores alios ad recurſum habent] quæ rectractari nequeat. Non idem in pecuniarijs: quandoquidem iudex, etiam inferior, in ſubditos, in iurioſos, irreuerentes, aut inurbanos, reprehenſione aſpera, carceratione, & multa pecuniaria procedere poteſt 17. quod & in iniurijs manifeſtis, *ò deſacatos*, viget iure Aragonum; quo inſpecto, Iudex, illicò, brebiter & ſumariè, ſine ſtrepitu & figura iudicij, cuique in eum irreuerenti, *ò deſcomedido*, multam indicit pecuniariam (& ſepiùs, etiam repetita ſi opportet, nec ſe reꝰ compeſcat) quam incontinnenti exigit, captione perſonæ, pignorumve 18. Memores tamen, circumſpectiq iudices eſſe debent (ne carnis vel ſanguinis affectui indulgeant) in huiuſmodi pœnis imponendis, vt ad pietatem potiùs, quam ad rigorẽ deveniant: maximè, ne officij occaſione, proprias privataſque vlciſcantur paſſiones. Senſibiliora enim reputantur ea, quæ ſub prætextu & colere dignitatis fiunt: nec vllæ occultiores iniuriæ, quam quæ latent in ſimulatione officij, 19. Deus etenim cum acceperit tempus, iuſtitias iudicabit, & qua meſura menſi fuerint, remetietur illis 20.

Die decima ſexta, menſis Septembris, Anni 1654. omniũ Dominorum Iudicum ſuffragio, in prædictorum confirmationem, ita reſolutum eſt, punitus que Ioannes Belgã, multa trium mille Ducatorũ, cum exilio.

1 AD *l. vnic. Cod. ne quis in ſua cauſa, l. qui iuriſdictioni 10. ff. de iuriſdictio. omnium iud. l. fin. § penult, Cod. vbi Senatores, vel clariſſimi.*

2. Vt in caſibus *d. l. qui iuriſdictioni, & l. 9 tit. 4. part.* 3. de quibus *Carraſco, ad leg. recopil. cap. 9. n. 66. cum ſequent. & n. 24 & 76.*

3. *Philo, in lib.* De eo quod deterius potiori inſidiari ſoleat.

4. *Paulus ad Epheſios, cap. 5.*

5. S. Baſilius, *in Conſtit. cap. 21. Seneca de benefic. lib. 2. cap. 26. Plato, de legibus, lib. 5: Stobeus, ſermon, 24.*

6. Nouel. *Conſtit. 15. cap. & à defenſoribus 5. in prin. tit.* de *Defenſor. Ciuit.*

7. *L. lex Cornelia, 5. in prin. ff. de iniurijs.*

8. *Bobadilla, in polit. lib. 3. cap. 1. n. 38. Gregor. Lopez, ad l. 5. tit. 24. part. 4.*

9. Ad *l. 1. & ibi gloſ. ff. de iuſt. & iur.*

10. Ad *l. obſervandum, 19. ff. de officio Præſid.*

11. *L. 1. ff. de poſtulando. d. l. obſervandum.*

12. *L. 33. tit. 4. part. 3. Archid. in cap. cordi, in fine, de appellatio. in 60.*

13. Auth. *de mandatis, Princip. §. Patrócinia.*

14. Ad *l. ius Senatorum, 8. Cod. de dignitatib. lib. 12. l. humanum 8. Cod. de legibus, l. quiſquis 4. Cod. ad leg. Iul. maieſt. §. filius famil. 4. Inſtit. quib. mod. ius patr. l. 7. tit. 1. part. 4. Bobadill. polit. lib. 3. cap. 1. n. 29.*

15. Ad *cap. 1. de pœnis in 6. & ibi gloſa, l. illud ſciendũ, 8. ff. de appellat. & ibi Angel. & Imol. l. iudici 42. ff. de iniur. l. 36. tit. 23. part. 2. vbi Gregor. Lopez, gloſ. 1. l. 12. tit. 18. lib. 4. recopil. Iul. Clar. prac. quæſt. 35. n. 20. Gaill. lib. 1. obſeru. 39. Carleval. tom. 1. diſput. 2. quæſt. 7. ſection. 2. n. 798. & ſequent. Curia Philip. 3. part. §. 4. n. 8.*

16. Ex *c. de manifeſta & can. manifeſta 2 quæſt. 1.* cum alijs, *à Gaill. d. obſer. 39. lib. 1.*

17. Vt ex iuribus *& Doctoribus ſupra relatis*, copioſé, *Carleval. d. n. 798. vſque ad fin. ſectionis.*

18. Ex iniuria, verbo vel facto, iudici [præſenti] illata, vel alteri tertio coram iudice irrogata [nã eo abſente aliud procedit] imponitur ſtatim, ipſo facto, pecuniaria pœna; [*Notorium* vocitatur] quæ exigitur non obſtante appellatione, inhibitione, & recurſu. Et quamuis pœna hæc arbitraria iure reputetur, reſpectu quantitatis pecuniæ: tamen conſuetudine obtentum eſt, vt inferiores Iudices, vſq ad mille ſolidos illam imponere poſſint: ſuperiores vero, vſque ad duo mille: vel omiſſa pecuniæ multa, reum incarceratum triginta dierũ ſpacio retinere; inferiores iudices, quindecim. Omnia deducuntur, *ex Obſervant. de cõſuetudine Regni licet 17. tit. de priuilegio generali. Obſervãt. item pro deſmentir 3. cum ſequentib. tit. de iniurijs, Forus 1. & 2. tit. de proceſſu ſuper notorio, Michael del Molino, in repertor. verbo, Notorium, fol. 239. col. 2. & verbo, Iniuria, fol. 181. col. 1. in fine, & ibi Hieron. Portoles, n. 36. 37. & ſequentibus, Petrus Molinos, in ſua practica iudicial. tit. Proceſſo ſuper Notorio.*

19. Ad *l. meminerint, Cod. unde vi:* Ad id, *Simach. lib. 1. epiſt. 47. Cicero in Verr. act. 3.*

20. *Pſalm. 74. verſ. 3. Marc. cap. 4. verſ. 24. Luca, cap. 6. verſ. 37. & 38.*



# Pſephiſmatis XXXVIII.

# VIGILIA TRIGESIMA OCTAVA.

## *EMPTOR REI SVBHASTATÆ VIRTVte ſententiæ difinitiuæ, ipſa per appellationem reuocata; an rem, pretiumve rei reſtituat?*

CUM VIRTVTE ſentẽtiæ domus quędam Ludovici de Torres ſubhaſtata eſſet, & appellatione interpoſita, ſubhaſtationis ſententia (anno ferè transacto) per Senatum revocata ex novis documẽtis, reperta ſimiliter ſcriptura: petijt Ludovicus, domum prædictam cum fructibus ipſi debere reſtitui; maximè quia paratus erat pretium emptori reddere. Hic contra: nec rem, nec fructus, ſed ad pretium domus recuperandum, ipſi tantum ſalvã remanere actionem adverſus creditorẽ (qui pretiũ recepit) vel fideiuſſorẽ illi', aſſerebat. Etſi

Etſi enim ex aprobata cõſuetudine, reus ad res venditas retrahẽdas, triduũ habeat in mobilibus, nouem autem dies in ſedentibus; quibus etiam elapſis, nõ tantum reuocata, verum & per appellationem a ſuperioribus iudicibus confirmata ſententia, decernant aliquando, vt ſi intra certum diem debitor [ratione contractus] debitam cum expenſis ſolverit quantitatẽ, bona reſtuantur ipſi: id quidem nulla cauetur lege. Quin imo, ſtatuente Gordiano Imperatore 1. Si prius quam creditori pecuniam offerres, legem venditionis exercuit, quod iure ſubſiſtit revocari non debet.

Verum tamen, vſu inter nos approbante, & humanitate quadam ſuggerẽte illud fit, & exeq uitur: nec ſine iuſta ratione, quando aliqua adeſt fraudis ſuſpitio, vel colluſio creditoris cum ſuppoſito deprehenditur licitatore, vt ad illius manus deveniant bona. Circa quæ, & alia, an retractetur ſententia, & ſubhaſtatio, quãdo dolus adfuit, enormis læſio, res ve magni valoris, pro debito parvo vendita fuere, an executoris iniuria, vel parte inſcia &c: Conſulẽdi plurimi Authores, hoc minutatim explicantes 2.

Nos quidem, iure inſpecto, eo modo quo pignorum venditiones nullas eſſe conſideramus, quando nulliter capta & diſtracta pignora ſũt, aut nulla præcedẽte ſiue exiſtente ſententia [ideoque reſtituenda ab emptoribus cum fructibus, recepto pretio, cum impenſarum intereſſe 3:] ita etiam credimus, reuocata ſẽtentia, cuius virtute debitoris bona vendita ſunt, abſque fraude & læſione, tertio alicui emptori; non revocari venditiones, neque emptas res emptorem reſtituere teneri, ſed debitori rerum domino, ad earum pretium recurſus datur, vt illud à creditore (ſi iam accepit) vel ab eius exigat fideiuſſore 4. Fides ſiquidem haſtæ publicæ, id ſibi vendicat privilegium, vt ſub ea ritè & rectè venditas res in ſententiæ executionem, non facilẽ convellantur, ſed firmam ſemper habeant conſiſtentiam 5. Alias non tantũ iniquum eſſet publicas leuiter retractare venditiones; verum



verum etiam pernicioſiſſimũ exemplo, & authoritate indignum Principum, quorum iuſſu & auſpicijs, publicæ celebrantur ſubhaſtationes 6.

Iam enim conſideremus creditorẽ debitoris loco ſucceſiſſe, bonaque ſubhaſtatione mediante, vti illius procuratorem vendidiſſe 7: iam verò credamus factum Iudicis (ad hoc) factum eſſe partis voluntarium, directè ordinatum ad dominium in re vendita [pretio ſoluto] trãſferendum, & ad ſatisfactionẽ debiti creditori præſtandam 8; quocumq caſſu, ritè ſemel celebrata venditione, minimẽ veniet infrigenda quo ad hoc, vt res vendita ſubhaſtatione mediante reſtituatur debitori; ſed ſolummodo pretium quod ex illa proceſſit 9. Cũ regulare ſit, iure venditam rem, non avocari à poſſeſſore, quantumcumque revocata fuerit cauſa, ex qua venditio facta extitit 10. Memores quidem ſumus, hoc ipſum ſẽſiſſe, & iudicaſſe Regni Aragonum Conſilium, die vigeſima ſecũda, Menſis Auguſti, Anni milleſſimi ſexcentenſſimi quadrageſſimi, in cauſa licitationis ſub haſta publica, Villæ, ſiue Loci de Aſſo, empti cum ſua iuriſdictione, à Comite de San Clemente. At tamen Regius Sancti Dominici Senatus, viſſa, prædicti Ludouici de Torres, cauſa; eam reſolvere diſtulit, quia partes ſe, tranſactione mediante, ad concordiam reduxere. Die 4. Septembris, Anni 1653.

1. IN *l. ſi prius quam 8. Cod. de diſtraction. pignor.*

2. Ioan. Gutierrez, *pract. quæſt. 161. n. 3. lib. 2. Couarr. lib. 2. variar. cap. 11. n. 3. Parlador. rer. quotidian. lib. 2. cap. fin. 5. part. §. 16. n. 6. 7. & ſequent. Gama, deciſ. 40. & deciſ. 77. & ibi additionator.* Fuſius *Curia Philip.* §. remate *22. ex n. 18. Carleval, de iudicijs, tomo vltim. lib.* 1. *tit. 3. Diſput. 24. ex n.* 1. *Poſtius, de ſubhaſtatione, inſpectio. 17. n. 164. cum ſequent.*

3. Ad *l. ſi cum nulla 58. ff. de re iudicata,* vbi Doctores, *l. qui reſtituere, ff. de rei vendication. l. reſtituere, ff. de verbor. ſignif. l. 1. Cod. ſi de vendito pignore agatur,* & cum alijs,

*Giurba,*

*Giurba, deciſ.* 105 *ex n.* 7. 8. 9. & 10. *Curia Philipica, part.* 2. §. 21 *n.* 19. *Anto. Fauer, ad tit. Cod. de diſtractio. pignor. defin.* 23. *Poſtiús, de ſub haſtatio. inſpectio.* 11. *n.* 42. & *inſpectio.* 17. *n.* 120. & 121.

4. Ex *l. ſi ob cauſam* 13. *Cod. de euiction. l. ſi ex cauſa* 10. *in prin. ff. de minorib. l. ſi fundum* 92. *ff. de legatis*, 1. & *d. l.* 1. *Cod. ſi de vend. pignor. agat.* cum alijs latè & doctè *Carleval, de iudicijs, tomo* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſputatio.* 22. *n.* 12 & *diſputatio.* 24. *n.* 13. 14. & 15. *Bal. ad l. fin. Cod. ſi de vendito pignor. agat.* & *in auth.* & *qui iurat, Cod. de bonis authorit. iud. poſid. n.* 47. *in fine, Fauer, vbi ſupra, d. defin.* 23. *Cod. de diſtract. pignor. Carraſco, ad aliquas leges recopil. cap.* 11. *n.* 83. & 84. *Guzman, tract. de euiction. cap.* 34. *n.* 39. & *n.* 51. per Fontanel. *de pactis nuptial. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 7. *ex n.* 40. cum alijs.

5. Ad *l. ſi hypotecas* 8. *Cod. de remiſſio. pignor. l.* 1. & 2. *Cod. ne fiſcus rem quam vẽdidit, lib.* 10. *l. ſi quis fundum vltima, Cod. ſi propter publicas penſitationes.*

6. Ad *l.* 1. *Cod, de his qui veniam ætatis.*

7. Vt per Aſin, *de execution.* §. 4. *cap.* 136. *n.* 8. & §. 6. *cap.* 31. *n.* 47. & *Mangil. de ſubhaſtatione, quæſt.* 62. *n.* 1. *Potiús, de ſubhaſtation. inſpection.* 37. *n.* 76.

8. Ex Bero. *Conſ.* 46. *n.* 27. *vol.* 1. & alijs, *Poſtius, de ſubhaſtation. inſpectio.* 44. *ex num.* 1.

9. Ut ex ſupra adductis, *n.* 3. *Carleval, d. diſput.* 24. *num.* 15.

10. Ex *d. l. ex cauſa*, & *l. ſi fundum*, cum alijs ſupra.

Pſe-



# Pſephiſmatis XXXIX.

# VIGILIA TRIGESIMA NONA.

## CREDITOR REM SIBI OBLIGATAM, an vt quilibet alius, tempore diſtractionis, iure emat?

CAPTIOSA QVAdam irretit i apprehẽſione, nec pauci vulgo credunt, nullatenus per ſe, ſiue per interpoſitam perſonam, poſſe creditorem bona ſui debitoris ſubhaſtationi expoſita, abſque eius conſenſu, emere: alias reddito pretio, rem cum fructibus reſtituere teneri debitori, quaſi nulla præceſiſſet vẽditio 1. Nec longê Imperatorum Dioclečiani & Maximiani Conſtitutionem abeſſe putant, ſimulq; Pauli, & aliorum Iuriſconſultorum ſuffragia 2. Creditor igitur, qui ſui debitoris rem, obligationis nexu innodatam, ſibi addixerit, aut per ſuppoſitam perſonam comparaverit, nedum dominij ius vllũ acquirit, verum in eadem cauſa permanet res, quam ante alienatione habuit, exploſo omni debitoris præiuditio. Itaquod, reddita creditori cum vſuris pecunia, ab ipſo, vel ab interpoſito emptore, illius nomine poſidente, rem cum fructibus, recuperare poterit 3.

Non tamen ex eo adſeverandum, creditori licitum nõ eſſe, niſi conſentiente debitore, rem ſibi obligatam emere. Quandoquidem iure, & conſuetudine approbatum reperitur, non tantum per ſuppoſitam perſonam, ſed & per ſe, palam, rem ſibi obligatam, publica mediante ſubhaſtatione (maxime nullo extraneo emptore exiſtente) creditorem comparare poſſe 4. Ipſo, & alijs licitare volentibus,

Q

bus, præferendum 5. Creditorem enim quatuor habere remedia cum bona vendenda emptorem non inveniunt, nõnulli aſſerunt 6. Hoc eſt, vt ipſi pignoris iure ad poſidendũ traddantur. Ut ei addicantur, ideſt in ſolutum pro debito ( non omni, ſi maius eſt, niſi eo volente ) dentur. Vt ipſe, voluti alius quilibet, emat. Et vt à Principe impetretur dominium. Quod ad excuſandum, tertius qui pignus emat, & ſtatim illud creditori cedat, ſubijci ſolet. Sed hoc ſuperfluum: cum palàm (dummodo ſolemniter & bona fide ) pignus emere poſſit creditor 7. Sic, & etiam nullo exiſtente emptore, quam exiſtente 8. [ ſeclula fraude ] Quin imo, & ad prælationem admitendus, ſaltem facta iam ab alijs licitatione 9.

Imperatorum autem Diocleciani & Maximiani Conſtitutio [ de qua ſupra ] nec loquitur, nec procedit in pignore iuditiali: ſed in conventionali 10. In illo enim, non creditor vendit, ſed emit: aliàs, nec emere poſſet, ſi ipſe idem venderet. Vendit debitor, Iudice mediante, cuius factum, partis dicitur factum 11. Si tamẽ debitore pignus diſtrahente ( referunt Imperatores prædicti ) creditor [ extraiudicialiter ] cõparaverit, illius conſenſu perfectam emptionem revocari ( cum adverſarij dolus, nec adſit, neque metus cauſa id geſtum ) exemplo grave eſt 12. Igitur veram credimus, iuſtamque emptionem, & venditionem, quotienſcumque creditor per ſe palàm, aut ſuppoſito emptore, *con beneficio de traſpaſſo*, rem ſibi obligatam ſubhaſtationi expoſitam, emit: ita quod, nec teneatur fructus in ſortem imputare, vt procedit in pignore iuditiali, 13, nec rem reſtituere, vt in præfata quæſtione: ſed firmam veramque eſſe prędictam venditionem & emptionem 14. Hæc enim ſpecialis eſt diferentia inter privatam & publicam [ ſubſtatione mediante ] factam venditionẽ: vt illa (veluti extraiuditialis, de qua in dicta Cõſtitutione) ſi fiat interveniente læſione enormiſſima; eo ipſo iniuſta & nulla creditur, propter dolum ea in re conſideratum 15: hincque fructus, quaſi mala fide,





& ſine titulo percepti, reſtituũtur, tamquam ſi nulla preceſiſſet emptio, computantur que in ſortem, ad ſatisfactionem vſque debitę quãtitatis, cum obligatione reſtituendi reſiduum 16. In venditione vero publica, & iuditiali, & ſi enormiſſima interveniat læſio [ id eſt, vltra beſſem iuſti pretij ] cum nulla tunc non ſit, ſed veniat reſcindenda; fructus ab emptore percepti, nulla ex parte in ſortem imputantur, nec reſtituentur. Nititur enim, non ſolum prætoria atque iuditiali authoritate 17: ſed & publica fide, cũ neceſſaria cauſa, & iure parendi, debitoque creditoris ſatiſfaciendi ſubhaſtatione mediãte. Quæ omnia, dolum excludunt (præſumptum alias ad nullitatem privatarum venditionum ) vt pro nulla nequeat haberi venditio, dum aliter in ſubſtantia peccatum non fuerit 18.

In cauſa Franciſcæ del Caſtillo, ſuper reſtitutione cuiuſdã fundi, empti ſubhaſtatione mediante, & per quadriennium a creditore poſſeſſi: Senatus ita declaravit. Et quia enormiſſima probata læſio fuit [ ex quo nulla non, ſed reſciſſa emptio ] iuſſit, vt emtor creditor, recepto prætio, fundum debitori reſtitueret, ſine fructibus tamẽ ab eo perceptis, ſed cum illis tantum, quos à litis conteſtatione, ad finem vſque cauſæ, percepit, 19. Die quinta, Menſis Martij, Anni 1652.

1. INter quos, Bolaños, *Author Curiæ Philip*, [ aut quisquis fuerit ille ] *part.* 2. §. *22.* Remate, *n. 14. & num. 23.*

2. Ad *l. & qui ſub imagine, 10. Cod, de diſtractio pignor. vbi Gocofredus refert ex Paul. lib. 2. ſentent. tit. 13. §. 4. per l. contractus 54. ff de obligatio. & action. & l. ſi dominium, 9. Cod. de pignoribus.*

3. *Ex d. l. & qui ſub imagine, vbi Doctores communiter.*

4. *L. cum in cauſa, Cod. ſi in cauſa iudicati pignus. Carleval, de iudic. lib. 1. tit. 3. Diſput. 1. n. 7. Anton. Fauer, in Cod. tit. de diſtractio. pignor. defin. 2. n. 1. & defin. 24. num. 2. cum defin. 33. &*

*ad tit. Cod. de iure dominij impetrand. definit. vnica.*

5. Ad *l. cum bona 16. ff. de rebus author. iud. poßidend.* aliâs *l. 1. ff. de priuileg. creditor.* Maranta (poſt prax. ordin. iuditior.) *Diſput. 1. n. 29. Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. §. 13. n. 12. & 13.* cũ multis refert & explicat, *Carleval, diſput. iuris, lib. 1. tit. 3. diſput 1. n. 7. & n. 30. Anton. Fauer, in Cod. tit. de diſtractio. pignorum, defin. 23. Carraſco, ad leg. recopillat. cap. 11. n. 84. & ſequent.*

6. Vt per *gloſam in l. à Diuo Pio, §. ſi pignora, ff. de re iudicata, Parlador. d. cap. fin. §. 13. n. 12. & ſequent. Carleval, d. diſput. 1. ex n. 16.*

7. Ex ſupra *adductis*; & innuit cum alijs, *Carleval, d. n. 7. & 30.*

8. Ad *d. l. cum ex cauſa, Cod. ſi in cauſa iudicati; vbi Gotofredus.*

9. Ex Fabro, *lib. 5. Coniectur cap. 15. Oſualdus ad Donel. lib. 23. coment. cap. 14. lit. D.*

10. Vt late Carraſco, *ad leg. recopill. cap. 11. ex n. 89. 90. 91. & 92.*

11. Ad *leg. ſi ob cauſam 13. Cod. de euiction. Carleual, diſput. 8. n. 4. & 8. lib. 1. tit. 1. ex d. l. 2. ſi in cauſ. iudic.*

12. *D. l. & qui ſub imagine.*

13. Ad *l. 1. & 2. Cod. de pignoratit. actio; Carleval, d. lib. 1. tit. 3. diſput. 1. n. 19.*

14. *Carraſco vbi ſupra, n. 88. & n. 92.*

15. Ex *l. ſi quis cum aliter 36. ff. de verbor. obligatio.*

16. Ad *l. certum 22. l. nullo 24. Cod. de rei vendicatio.* cum alijs Fauer, *in ſuo Cod. tit. de reſcind. venditio. defin. 3. l. 1. Cod. de pignorat. actio.*

17. Iuſte quidem poſſidet [& vti bonæ fidei poſſeſſor] qui authore Pretore poſſidet *l. iuſte 11. ff. de acquired. poſſeßione.*

18. Ad omnia, *Fauer in ſuo Cod. tit. de diſtractio. pignor. defin. 28. & tit. de luitione pignor. defin. 6 & ad tit. de reſcindenda venditio. defin. 3. 4. 6. 20. & defin. 31.*

19. Ex *d. l. certum 22. Cod. de rei vendicatio*, cum alijs ſupra, & infra, proxime.





# Pſephiſmatis XL. VIGILIA QVADRAGESIMA.

*FACVLTAS RETRAHENDI RES venditas conſanguineo conceſſa in venditionibus conditionalibus reſolutivis, & cum pacto retrovendendi, quando currere incipiat?*

CONSANGVINEORUM retractus leges, eatenus iuſtæ, quatenus Reipublicę favor adeſt in familiarum cõſervatione; & quia naturali cognatorum affectui ad maiorum ſuorum res adſequendas, poſſidendasque, opitulatur 1 Ideó omni ferè tempore & natione viguere: nec in veteri teſtamento, Iudeis incognite 2. Et in Hiſpania [hoc eſt, in Regnis Caſtellæ, Aragoniæ, & Portugaliæ] expreſę, 3. Non enim iuris cõmunis Romanorum diſpoſitionibus reſiſtunt, nec libertatem lędunt, quibus quiſq liberè vendere, ac de rebus ſuis vltró diſponere poteſt 4: cũ hoc, prædictæ leges, non impediant; ſed tantum proximioribus conſanguineis, rem iam à ſuo conſanguineo iure venditam, é manu emptoris extranei, retrahendi, emendique [refuſo pretio] tribuant facultatem 5. Quod fieri debet præciſsé, intra novẽ dies, non à die contractus computandos, ſed á die tradditionis rei venditæ: ne aliàs ocultè contrahentes, damnum incauto incutiant cõſanguineo 6. Si quidem verbum legis noſtræ, *vendida*, cum effectu intelligi debet 7: ac in potiori, plenioríque ſignificatu accipienda venditio, abſoluta

& conſumata, traditione 8. Mora, ſcientiam requirit, negligentiamque: & ignoranti, præſcriptio non officit 9.

In cauſa N. Rodriguez, ſuper retractu cuiuſdam domus: caſus ſic. Didacus Lopez domum vendidit Petro Salvador, octingentorũ Ducatorum pretio, pacto adhibito, vt ſi intra biennium pretium illi reſtitueret, domum recuperaret: ſin minus tempus illud abſque recuperatione præterijſſet, Antonius domum ęſtimaſſet, & quod plus valeret, emptor venditori reficeret, iuxta illius tertij Antonij arbitrium. Tranſactis illis prædictis duobus annis, illicò Antonius, nihil plus domum valere, declaravit. Facta ſtatim declaratione, N. Rodriguez, oblato pretio, domum retrahere voluit, tamquam venditoris cõſanguineus. Petrus obeſſe illi præteritum tẽpus ad domum retrahẽdam, aſſerebat. Hinc inde difuſis allegationibus agitata cauſa; pro parte dicti Rodriguez, ſequentia expreſa fuere.

In conditionalibus venditionibus, legali retractui minimè locum eſſe, niſi conditione adimpleta [etiam ſi traditio interveniat 10.] ex eo que tempore nouem decurrere dies, aſſerunt communiter Doctores 11. Nam dominium non aliter creditur trãſlatum, niſi cum adimpletur, aut exiſtit conditio. Tunc enim perficitur cõtractus 12. Nec antea (ob id) laudemium, gabella que debetur, 13: cum hæc, ſolum ex vera realique venditione ſolvenda ſit 14. Venditio itaque [de qua hic] conditionalis: quia pactum adfuit, vt per triennium redimendi ius perduraret; quod iure factum extitit 15. Et quia in tertij arbitrium, tranſacto tempore, rei venditæ pretium collatũ eſt. Clauſula enim. *Quanti Antonius arbitretur in pretio*, cõditionalis, venditionem que conditionalem reddit 16: cũ ex futuro dependeat eventu, an pretium deſignet, nec ne. Sic que ad nihilum reducitur contractus, aſignatione pretij non facta 17. Et quotienſcũque cõtractus ſecundum futuram æſtimationẽ celebrantur, reputantur, & verè conditionales ſunt 18. Hinc, cum venditio huiuſmodi, non vera, nec





ra, nec efficax ſit, niſi purificata, & adimpleta conditione, ad iuris dominijque effectiui, in emptorem translationem: ſequitur, tempus ad retrahendam rem, conſanguineo non à principio venditionis decurrire; ſed currere à die conditionis adimpletæ. Inſuperq́, etiam in venditione facta cũ pacto de retrovendendo intra certum tẽpus: niſi eo tranſacto, dies ad retrahendam rem venditam non currunt 19. Iam quia redemptionis ſpe, ſiue facultate durante, in emptoris familia pleno iure domus non eſt [quin immo, non eſſe extra familiam venditoris, certiùs creditur, 20.] iam & etiam, quia dum actionem venditor habet ad illam retrahendam & conſequendam, domum ipſam habere videtur 21. Quod ſuficere, ſatis iuſtũ vt fini occurratur, & favori conceſſo, ne res de familia exeant, atque in alienas tranſeant. Et tandem, cũ alienatio illa, verè tunc propriè ſit, & dicatur, quãdo plenè, & irrevocabiliter dominiũ alienatum eſt 22: inde prouenit, nouem dies ad retrahendam rem, non currere conſãguineo, niſi poſt tempus luitioni præfinitum; eo quod tũc perfecta & irrevocabilis maneat vẽditio. Requiſitum neceſſarium ad effectum retrahendi 23.

Ex diuerſo, Petrus Salvador. Dato etiam caſſu [dicebat] quod venditio, de qua in præſentiarũ, eſſet cõditionalis: eo ipſo quod dom⁹ traditio, illicò emptori à vendito re facta eſt, ante conditionis adimplementum, perfecta remanſit, cum dominij translatione. Vnde currere tempus debebat ad retrahendum, à die venditionis, vel ſaltèm traditionis rei vẽditæ 24. Vltra quod venditio prædicta cum pacto retrovendendi, nõ fuit conditionalis, ſed pura: & quamuis ſub conditione reſolvatur huiuſmodi venditio, nec facit conditionalem actum, nec illum ſuſpendit, quominus pura credatur & reputetur, habeatq́ interim executionẽ, ac ſi conditionali reſolutioni minimè ſubiaceret 25. Ex hac enim venditione debetur gabella: ergo quia non conditionalis, ſed pura 26. Hinc eſt, quod emptor ſub pacto retrouendendi

(maximè re tradita) cum verè dominus ſit, non ſolũ fructus illicò facit ſuos [quia dominium ſequuntur] ſed & liberè alijs vendere & alienare poteſt 27. Non idem quod in emptore conditionali, qui fructus à ſe perceptos, reſtituere tenetur 28. Nec ſimiliter obeſt, tertij illius Antonij arbitrium in venditione expreſſum, vt triennio tranſacto, domum venditam ſuo taxaret iuditio, an plus valeret, ad pretij ſuplementum [ſi quod eſſet] reficiendum. Si quidẽ ex eo nõ rectè deducitur, venditionem conditionalem fuiſſe, aut conditionẽ importaſſe, quæmadmodum verba illa, *Quanti Titius arbitretur*, ex iuribus ſupra adductis, cum Iuſtiniano 29. Quia iam à principio conſtitutum pretium fuit, & receptũ. Arbitrandi verò facultas, ex bono & æquo, Antonio data, illud non conſtituebat; ſed tantum pretij ſuplementum, ſi quod deerat, & fortè præſtandũ eſſet, declararet. Vnde pretium (quia iam cõſtans, & expreſsè acceptum) non erat in conditione; ſed illius ſuplemetum. [declaratione facta] in obligatione. Euentus autem, dubitationẽ pœnitùs abſtulit: ſi quidem Antonius, de pretij æquitate ſatisfactus, nihil vltra domũ valere proteſtatus eſt. Idque, iuſtiſſima ratione: nam pactũ retrovendendi, rei venditæ valorem minuit, parsque pretij eſt 30. Quanta ergo pars huiuſmodi ſit, iudicis relinquitur arbitrio: quidquid alij dimidiam, tertiam alij pretij partem, alij veró quartam deſignent. Ita quod, domus prędicta octingentorum Ducatorum pretio vendita, cum pacto intra biennium retrovendendi; perinde eſt, ac ſi ſine prædicto pacto, mille Ducatorum pretio vendita fuiſſet, 31.

Et tandem, adſeverare certum in præſenti caſſu: nouem dies ad domum retrahendã, currere conſanguineo, non à die tranſacti biennij, ſed præciſé à die venditionis traddítæ domus, ex communi Doctorum ſententia 32. Alioquim, ſi dũ retrouendendi pactum viget, præſcriptio ad retractum non curreret; fieri poſſet, vt inanis aliquando, atque inexequibilis eſſet favor,

&fa-



& facultas huiuſmodi rem retrahendi. Quando quidem venditor poſſet in perpetuũ retrovẽdendi pactum adponere: idque eſſet, quotienſcumque ita conciperetur, vt ſemper & quandocumq; voluerit venditor, redimere ipſi liceret. Quod non ſolum iure procedit; ſed & tale redditur impreſcriptibile pactum 33. Euaquaretur namq; hac via, omne retractus beneficium: quod per quam iniquum, nec vllum ſanæ mentis negare credimus. Senatus autem, Die vndecima Auguſti, Anni 1653. obſtãte preſcriptione, ſiue temporis inſpecto ad retrahẽdum tranſcurſu, locum retractui non eſſe [Petro abſoluto] declarauit, &c.

1. AD *l. cum bona 16. ff. de bonis author. iud. poſid.* quæ eſt, *l. 1. ff. de priuileg. creditor. l. qui officij 62. ff. de contrahen. emptio l. Imperator 60. ff. de pactis, l. peto 69. §. fratre 3. ff. de legat. 2. l. milites 9. ff. de re milit. cap. conſtitutus 8. de in integr. reſtit.* conſonat, *l. ſi domus, 71. § qui confitetur 3. ff. de legat. 1.* notat gloſa *in l. ſi tutor, ff. de ſuſpectis tutor.* cum alijs *per Tiraquel. de retractu ligni. in præfatio. n. 55. Igneus ad l. dudum 14. Cod de contrahenda emptio.*

2. Leuit. *cap. 25. verſ. 35 Ierem cap. 32. verſ. 7. & 8. Ruth. cap. 4. Gutierr. practic. lib. 2. quæſt. 162.* cũ multis *Tiraquel. de retrac. ligni. in præfatio. n. 1.*

3. Ad *l. 7. tit. 11. lib. 5. recopill. l. 13. tit. 10. lib. 3. Fori, l. 70. Tauri, cum alijs.* In Aragonia, eſt *& Forus 4. tit. Communi diuidundo, Obſeruant. item eſt & aliud, tit. de generalibus priuilegijs totius Regni, Michael del Molino, in repertor. verbo,* Auoloriũ, *& verbo,* Conſanguineus, *& ibi Hieron. Portoles, Ioſeph, Seſſe, deciſ. 410.*

4. Ad *l. in re 21. Cod. mandati l. dudum, 14. Cod. de contrahen. emptione.*

5. *Tiraquell. d. tract. in in præfatio n. 58. Morla, in empor. iuris, part. 1. tit. 9. q. 11. n. 2. verſ. Neque, Gotofredus, ad d. l. dudum.*

6. Anton. Gomez, *ad l. 70. Tauri, n. 16 verſ. ſed his* (quidquid contrariũ teneat

*Mor-*

*Morla, quæſt. 13. n. 2.) Tiraquell. de retrac. ligni. §. 1. gloſ. 10. n. 56. & 112. cum ſequentibus.*

7. Ad *l. ſi per alium* 5. §. *docere, 2. in fine, ff. ne quis eum, l. 1. §. hæc verba, ff. quod quiſque iuris.*

8. Vt per *Tiraquell. de retract. conuention. §. 2. gloſ. vnica, n. 8. & §. 1. gloſ. 2. num. 66.*

9. Ad *l. qui in alterius 42. l. qui in ius 177. §. nemo, ff. de regul. iur. l. quod te 5. ff. de rebus creditis, l. annus 6. in fine, ff. de calumniator. cap. quia diuerſitatem, 5. in fine, de conceſſione prebendæ*, cum alijs, *Bal. Conſ. 461. ſuper 1. puncto, dub. 4. lib. 2.*

10. Nam cum venditio eſt conditionalis, tradditio etiam rei venditæ conditionalis preſumitur in dubio, dum contrarium non appareat. *Vt ex Bar. in l. ſub conditione, ff. ſoluto matrim. & Bal. Conſ. 477. col. 2. lib. 1. refert Tiraquell. d. tract. §. 1. gloſ. 2. n. 33.* Poſſunt enim res, dominium, poſſeſſioque, ſub conditione traddi. *Ad l. qui abſenti 38. §. 1. ff. de acquirenda poſſeſſione.*

11. Ad *l. Titius, 45. §. 1. verſ. procedit, ff. de excuſation. vbi Gotofred. l. 1. §. annus 2. ff. quando de peculio actio, vbi Albericus, l. hobem 43. §. ſi ſub conditione, 9. ff. de ædilitio edicto, l. cedere 213. ff. de verbor. ſignif. l. cum notiſſimi, 7. §. illud autem 4. Cod. de preſcriptio. triginta vel quadrag.*

12. *D. d. l. cedere 213. l. grege 13. §. ſi ſub conditione 5. ff. de pignoribus, l. ei qui 13. ff. de condition. inſtitut. l. qui abſenti 38. §. 1. in fine, ff. de acquir. poſſeſſio. l. legata, 41. ff. condition. & demonſtrat. l. hæc venditio 7. ff. de contrahẽda emptio.* vt per *cap. ſuper eo 5. de conditionibus appoſitis, in gloſa, verbo, ſi pater.*

13. Ex Bart. *in l. cum Titio, ff. ad leg. Falcid.* cum alijs, *Tiraquell. d. §. 1. gloſ. 2. n. 23. Laſarte, de decima vẽditionis, cap. 5.* vbi latè.

14. Ad *l. 1. tit. 17. lib. 1. recopillation.*

15. Ad *l. 2. Cod. de pactis, inter emptor. & venditor. Caſanate, Conſ. 7. n. 2.*

16. *L. ſi merces 25. ff. locati, §. ſed & certum 1. Inſtit. de emptio. & venditio.*

17. D. *l. ſi merces, l. fin. C. de contrahen. emptio. l. ſi coita 73. ff. pro ſocio, l. ſi quis 43. ff. de verbor. oblig. d. §. ſed & certum.*

18. Socinus, *Conſ. 128. vol. 3. Alexand. Conſ. 33. n. 6. vol. 6. Gabriel. Conſ. 64. n. 23. & n. 43. vol. 2. Bar. Conſ. 74. n. 2.*

19. Ut per *Iacob. de Roſate, in l. contra maiores, 16. Cod. de inoffi. ioſ teſtam. Igne. Caſaneu. Boher. & alios*, refert *Tiraquell. d. tract. de retrac. conuent. § 2. gloſ. 1. n. 32.* cum antecedent. alijs numer.

20. Ad ea quæ ex argum. *not. in l. qui habebat 101. ff. de legat. 3. vbi gloſa, & Bar.* refert *Tiraquell. de retr. conuẽt. §. 2 gloſ. vnica, n. 5.*

21. Ex *l. cum in ſecundo 16. in fine, ff. de iniuſto rupto, l. is qui actionem 15. l. qui poteſt 174. ff. de regul. iuris*, cũ alijs per *Tiraquell. vbi ſupra, num. 6. & 7.*

22. Ad *l. omnes 139, §. 1. ff. de regul. iuris, l. ratio, 3. ff. de action. empti, l. qui decem 72. § Sti hum. 4. verſ. num ergo, ff. de ſolution. l. ſequitur, 4. §. tunc, 12. ff. de vſucapion. l. non videtur, 22. ff. de acquirenda poſſeſſion.*

23. Vt ex Cino & *Bar. in d. l. contra maiores 16. Papon. lib. 11. Arreſtor. tit. 17. arreſt. 8.*

24. Vt per *l. ſi fundum, ff. de fundo dotali, l. ſub conditione, ff. de ſolution.* & *l. 1. ff. de vſucapion. pro dote, Bal. Conſ. 478. col. 2. lib. 1.* refert *Tiraquell. de retr. ligni. §. 1. gloſ. 2. n. 30. & gloſ. 10. n. 55. Portoles, ad Molin. §. Conſanguineus, n. 23. Bardaxi. ad For. 4. tit. Communi diuidundo, n. 7. verſ. ſi verò.*

25. Ad *l. 2. §. 4. ff. pro emptore, l. 2. ff. de in diem addictio.* vbi etiam *gloſa. l. ſi res 3. vbi Gotofredus, ff. de contrahend. emptio.* cum multis rationibus, & fundamentis adductis, *à Tiraquell. de retr. conuent. §. 2. gloſ. vnica, n. 60. 73. 74. & ſequent. Matienzo, ad l. 7. tit. 11. lib. 5. recopil. gloſ. 6. n. 42.*

26. Doctè Laſarte, *de decima vendition. cap. 14. n. 25. & num. 36.*

27. *D. l. 2. §. 1. l. 4. §. ſed et ſi 3. in fine, ff. de in diem addiction.* vbi Gotofredus, *d. l. 2. §. ſi in diem 4. ff. pro emptore, Caſanate, Conſ. 7. n. 4. Morla,*

*Morla, in empor. iuris, part. 1. tit. 9. quaſt. 16. n. 1. & 2. & quaſt. 15.* optimè de fructibus. *Faquineus, Controuerſiar. iuris, lib. 1. cap. 6. verſ. probatur, & verſ. ad argumẽta, Anton. Gomez, variar. lib. 2. cap. 2. n. 27. Matienzo, vbi ſupra, n. 42.*

28. *L. vbi autem 4. ff. de in diem addictio. l. neceſſario, in prin. verſ. quod ſi pendente conditione res tradita, ff. de periculo & com. rei ven.* vbi Gotofredus, *l. omnia 32. §. fundum, 1. ff. de legat. 2. l. arboribus 12. § fin. ff. de vſufructu. Tiraquell. d. gloſ. vnica, n. 73. Faquineus, d. lib. 2. cap. 6. verſ. ad argumenta.*

29. Ex iuribus ſupra adductis, *n. 16. & 17.*

30. Ad *l. fundi partem 79. ff. de contrahen. emptio. l. ſi venditor 6. §. 1. in fine, ff. de ſeruis. exportand.* & ibi Gotofredus, *l. ſi ſterilis 21. §. ſi tibi, 4. ff. de action. empti, Gratian. diſceptatio forens. 616. n. 7. Abbas Panormita. in cap. ad noſtram, de emptio. & venditio. n. 9. Fauer, in ſuo Cod. tit. de reſcinden. venditio, defin. 27. & 28. Tiraquell. de retr. conuent. in præfatione, ex n. 20.*

31. Merlin, *de legitima, lib. 2. tit. 2. quaſt. 19. à num. 21 Farinac. de falſitate, quæſt. 163. n. 13. & 14. Ludoui. deciſ. Perusina 97. Fauer, vbi proximè, defin. 27. Barzis, deciſ. 123. num. 6. Socinus, Conſ. 15. in fine, lib. 1.*

32. Pro multis Tiraquell. *de retrac. conuentio. §. 2 gloſ. vnica, ex n. 33.* latè *Matienzo, ad l. 7. tit. 11. lib. 5. recopillat. gloſ. 6. n. 42 & 43. Seſſe, deciſ. Aragoniæ 410. n. 55. tom. 4. Bardaxi, ad For. 4 tit. Communi diuidundo, n. 7. verſic & ſi dicta venditio.*

33. Ad *l. ſi fundum, 2. Cod. de pactis, inter emptor. & venditor.* Copioſè *Tiraquell. d. tract. de retrac. conuent. §. 1. gloſ. 2. n. 39. & ſequent. Suelves. Conſ. 13. n. 8 ſemicentur 1.* Optimè *Faquineus, Controuerſ. iuris lib. 2. cap. 13. Matienzo, vbi ſupra, ad l. 12. gloſ. 3. n. 4. Caſanate, Conſ. 7. n. 14. & ſequent.*

Pſe-



# Pſephiſmatis XLI.

# VIGILIA QVADRAGESIMA PRIMA.

## IVRAMENTO IN LITEM, AN EX contractu emptionis, quando, & quibus in actionibus locus ſit?

EX EO IN LITEM iuramentum dicitur, quod per illud res ob quam lis agitur, æſtimatur. Fit per actore rei æſtimatio, ſub ſacramento ei à Iudice delato 1. Sic enim occurritur dolis, alieniſque fraudibus; ne facile quis (& invitus) ſuis careat rebus 2. Duplex iuramentum hoc; affectionis vnum; veritatis alterum. In primo quidem, quã tirem æſtimet ex affectione (& in plurimum pretium excedit) iurat actor: in ſecnndo autem, qu inti res eſt, aut realiter intereſt 3. Primum, petit dolus non reſtituentis, cum iudex iubet. Secundum, impoſſibilitas, abſque dolo, reſtituendi 4. Non ſuficit dolum antea adfuiſſe, ſi tũc deficiat, cũ à iudice res iubetur reſtitui, vt affectionis iuramento locus ſit; ſed veritatis & intereſſe tantum 5. Igitur præſentem requirit dolum: & ſuficit etiam præteritus, ſi quominus poſſideat, ipſe fecit 6. Culpa lata, & ſi dolo comparetur, contineat, & repræſentet dolum, & vt talis puniatur 7. & aliquibus placeat, ob illam in litem iurari affectionis iuramento, dum dolum culpamque latam parificãt in ciuilibus, pecuniarijs quę cauſis, ſecluſis criminalibus, ad corporales pœnas 8. Tamen alij, nec ſine ratione, reclamant [practicè ſaltem] vt non in litem affectione iuretur ex culpa lata, ſicuti ex dolo 9.

lo, 9. Similitudo, identitatem non confert, & aliud eſt quẽ eſſe tale, aliud haberi pro tali 10. Dolus itaq;, non alienus, nec præſumptus, ſed propius eſſe debet, vt affectionis iuramento locus ſit 11, ne iuris reſiſtentia [quin adverſante natura] quis alterius culpæ pœnas luat 12. Ideo nec pupillus, ex dolo combenitur tutoris, neque in eum ex affectione iuratur, dummodo illius fraude locupleсtior factus non ſit 13. Et quamuis hæres teneatur in ſolidum, ob contractus á teſtatore doloſè geſtos 14: non tamen ex defuncti dolo, contra eius heredes in litem iuratur; niſi iã lis antea conteſtata fuiſſet. Idem eo caſſu, cum agitur pro pupillo, contra tototis heredem; aut ipſius hæredis heredem, hoc eſt, lite iam conteſtata, vel ex proprio hæredis dolo. Extra hos duos caſſus, in hæredem nõ datur 15, nec vltra neceſſitatem 16, ſed cum probationis adeſt dificultas Hæc requiſita. Quotiens ergo ſciri poteſt quantũ verè interſit; ius iurandum nõ defertur. Sed hoc ſpeciale in iuramento veritatis 17. Affectionis huiuſmodi iuramẽtum, locum habet in actionibus in rem: & etiam in perſonalibus actionibus; non quando ad aliquid dandum, vel faciendum agimus actione perſonali; ſed quotiens eadẽ actione, rem directe exhibendam, reſtituendamque petimus: vel in cõſequentiam 18. Et in actionibus bonæ fidei á Iuſtiniano ex preſsis 19: quãuis aliquando, & in ſtricti iuris actionibus, contra iuris regulas detur 20.

In cauſa Franciſci de la Torre, ſuper tradditione cuiuſdam ſervi, illi à quodam Petro Martino venditi; dubitatum, an affectionis iuramento locus ſit, contra venditorẽ, emptori nollentem ſervum traddere, maximè poſt quam eius recepit pretium. Venditor, quod pretij nomine acceperat, emptori reſtituere cum mercede laborum ſervi, (hoc eſt, *con jornales*) pro ſemeſtre decurſo, paratus erat: nec poſſe mancipium traddere, quia inſcio eo, & abſque culpa [nedum graui, ſed nec leuiſſima] arripuiſſe fugam aſſerebat. Vnde iuſte emptori ſatisfactum. Nec poſſe in li-

tem



tem iurare, tam ex affectione, quam ex veritate; nam quia de valore ſervi euidentiſsime cõſtat, ex ſtatuto ab ipſo emptore pretio (tantum abeſt vt dificultas probationis adſit, ex ſupra adductis) tum & etiam, quia ipſe venditor ob rei venditæ tradditionis defectum [maxime dum non poteſt] ſolvendo intereſſe liberatur 21. Hinceq; in actionibus ex empto, iurare in litẽ non permititur affectionis iuramento; cum non de reſtitutione; ſiue rei noſtræ repetitione, ſed de re aliena nunc primum nobis preſtanda agatur; etſi procacia ſit non traddentis (vt in præſentiarum) vbi actor dominus non eſt, nec rẽ ſui iuris perſequitur; 22. Igitur in id quod intereſt, fit cõdemnatio 23.

Emptor verò contrarium aſſerens, locum eſſe affectionis iuramento contendebat: maximè præſenti in caſſu 24, vbi & dolus cõſtans ex actis, & fraus venditoris in occultatione, manifeſtus exiſtit. Nimia enim in ſe vo no preſtando durities, iteque odioſa execrabilis, ac doloſa illius contumatia, quare non puniendà petitoris arbitrio (iuramento in litem conceſſo) vt ipſius æſtimatione, ſervi prætium ſtatuatur 25, ne in cuiuſq ſit poteſtate, per fraudem vel rapinam, invito & renuente domino, rem ſua voluntate retinere, aut comparare 26. Affectioni itaque indulgeri hic, non iniquum: cũ generale ſit, vt in venditionibus, domini arbitrio pretium ſtatutur; & ſæpè in vilioribus rebus, immodica conſpiciatur affectio 27. Nec immerito nunc, quando ſervus venditus; & à vẽditore poſtea ſubtractus, adeo æſtimabilis ſit, propter illius in ſcribẽdo peritiam, & in calculando experientia, vt facile non ſit, alium hiſce ornatum partibus inuenire. Senatus autem, inſpecto dolo venditoris, & quod emptoris intereſſe, pretium ſervi maximè ſuper greditur, nec facile liquere aliũdè poſſit, quantum vere interſit; iuramento in litem locum fore, declarauit: non taxata prius quantitate, ad quam vſque ſit iurandũ; ſed moderanda poſtea quam iuratũ eſſet, ipſius Senatus arbitrio 28. Die vigeſima prima Maij, Anni 1653.

1. Vt

1. VT poſt Cuintiū, Bolognetū, Equinarium, Kueſembechium, & alios, ad rubricam, Cod. & ff. de in litem iurando, ſentit Gotofredus, ibidem, in notis.

2. Ad l. tutor 8. ff. de in lit. iur. l. qui reſtituere, l. nec quaſi 70. cum anteced. & ſequen. ff. de rei vendicat. l. non enim, 9. ff. de actio. rer. amot. vbi Gotofredus, lit. f. l. ſi filiofamilias 25. §. 1. in fine, ff. ſoluto matrim.

3. Ex l. 1. l. 4. §. iurare, l. 2. §. interdum, l. tutor, ff. de in lit. iuran. d. l. qui reſtituere, §. ſi vero, ff. de rei vendicat. l. non ab iudice, 64. ff. de iudicijs. Menoch de arbitrar. lib. 2. caſſ. 207. n. 17. & caſ. 208. ex n. 1. & 3.

4. D. l. qui reſtituere, l. 5. §. ſed in his, 3. & l. in inſtrumentis 10. ff. de in lit. iur. l. item veniunt 20. §. fin. l. ſed & ſi 25. §. proinde 8. & §. hæc verba 10. ff. de petitio hæredit. l. Neſenius 41. §. 1. in fin. ff. de re iud.

5. Ita l. arbitrio 18. §. 1. in fin. ff. de dolo, cum alijs ſupra.

6. Ex iuribus ſupra, Donel. enucleatus. lib. 26. com. cap. 9. in prin. & Oſual. Illig. d. l. qui reſtituere, Fauer. in Cod. tit. de in lit. iur. defin. 2. n. 6. Quia dolus (inquit) pro poſſeſſione eſt, l. qui dolo, 131. ff. de regul. iur.

7. L. 1. §. 1. ff. ſi menſor falſum mod. l. 1. §. non alias ff. ſi quis teſtam. liber eſſe, l. 4. ff. de magiſtrat. conben. l. quod Nerba, ff. depoſiti, l. magna 226. ff. de verbor. ſignif. l. ſi procuratorem 8. §. 8. l. dolus, 44. ff. mandati, l. 1. §. is quoque, ff. de oblig. & actio. l. is cui §. dolū, ff. vt in poſſeſſio. legat. Donel. & Oſualdus, d. cap. 9. lit. c. & d.

8. Uti ex Fulgoſio, refert Donel, d. cap. 9. & ibi Oſualdus, lit. d. Duaren. diſput. lib. 1. cap. 33. & 34. Fauer. error. 3. Decad. 76. ex l. 2. Cod. de in lit. iur.

9. Ex l. videamus, §. fin. & per l. 5. §. ſed in his, ff. locati, verbo, culpam, vbi Acurſius, & cum eo, Bar. Iaſon, Alexander, & alij, quos refert Decius, & tradidit Menochius de arbitr. lib. 2. caſu, 207. n. 13. Fauer. in Cod. hoc tit. defin. 1. num. 1.

10. Ad l. ſi idem 7. Cod. de codicillis, Bar. in l. quod Nerba,



Nerba, in prin. verſ. oppono nullum ſimile, ff. depoſiti Ioan. Gutierr. prac. lib. 2. q. 176.

11. D. l. ſiue noſtrum in fine, ff. de in lit. iur. Oſual. ad Donel. d. cap. 9. litera b. in fin.

12. Ad l. ſancimus, 22. Cod. de pœnis.

13. L. 1. l. dolus 3. cum l. at ſi 4. ff. quando ex facto tutor, & ibi Bar.

14. L. ſi hominem 7. §. datur, ff. depoſiti, l. ea parte, 121. §. ex facto, ff. de verbor. obligat. l. ex depoſiti 12. ff. de obligat. & action.

15. Ad l. 1. 2. 4. & 5. vbi Acurſius, Cod. de in lit. iuran. l. fin. ff. de fideiuſor. tutor. l. ex contractibus 49. ff. de obligat. & actionib. optimè Monter, deciſ. Aragoniæ 11. n. 7. Oſual. ad Donel. lib. 26. coment. Cap. 9. lit. b.

16. Ad l. fin. ff. de in lit. iur.

17. Oſuald. ad Donel. lib. 26. com. cap. 9. lit. f. & cap. 10. lit. d. Plotus de in litem iur. §. 4. n. 20. & §. 26. n. 1. Menoch. d. lib. 2. arbitr. caſu 208. n. 2.

18. Ita d. l qui reſtituere ff. de rei vend. l. harum actionum 7. ff. ſi ſeruitus vendicet. l. 2. §. præterea 2. & §. eſt autem, l. calſus 5. §. 2. l. gemma 6. ff. ad exhiben. §. æque ſi agat 2. Inſtit. de actionibus.

19. In §. actionum 28. Inſtit. de action. l. in actionibus 5. ff. de in lit. iur.

20. D. l. 5. §. planè cum l. alias 6. ff. de in lit. iur. Fauer, in Cod. hoc tit. defin. 2. n. 4. in allegat. Gotofred. ad d. l. qui reſtituere, lit. n.

21. Ad l. ſi traditio 4. cū l. cum venditor. 10. & l ſicut 12. in fine, Cod. de action. emp.

22. Ita Donel. enucleat. lib. 26. coment. cap. 8. lit. f. & ibi Oſuald. lit. f. & g.

23. D. l. 4. Cod. de action. empti, cum alijs ſupra, l. 1. ff. eodem tit.

24. Ex Bar. in l. in actionibus, ff. de in lit iur. n. 5. Plot. in l. ſi quando, n. 175. Cod. vnde vi. cū alijs, tenet Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 207. n. 28. centur. 3.

25. Ad l. tutor. 8. ff. de in lit. iuran.

26. L. nec quaſi 70. l. qui reſtituere, 68. ff. de rei vendicat.

27. Ita verbis hiſce, refert Oſualdus, ad Donel, lib. 26. com. cap. 9. lit. E.

28. Iuxta ea quæ per gloſam

gloſam *in l. 4. §. deferre. ff. de in lit. iur.* cum alijs tradit *Menochius, de arbitr. lib. 2. caſ. 207. n. 30. centur 2.*

# Pſephiſmatis XLII.

# VIGILIA QVADRAGESIMA SECUNDA.

*DEBITOR IUDICIS MANDATO, alteri quam cui debet ſolvens, quando liberetur?*

SOLVTIONE EIVS quod debetur, tunc omnis tollitur obligatio, cum legitimo fit creditori, aut alteri cui ipſe creditor ſolvere iuſſerit, vel iure ſolutionem accipere poteſt; tam ſi ſponté, quam iudicis mediante præcepto fiat 1. Quid ſi iniuſtum præceptum? Vel incompetẽs Iudex qui pręcipit? Aduc debitor ſolvens, ſi id ignoret, ſecurus: cum iudici obtemperare, pręciſſum; & quęlibet, licet minus iuſta cauſa, iuris vel facti ignorantia, hoc caſu, excuſet, 2. Semper enim pro ſententia & iudice pręſumitur, nec debitoris munus ſit, circa illud diſcutere, vel curioſius diſputare 3. Sin veró ſcientiam habeat ſolvens, contra. Non itaque ſolutionem faciens alteri quam cui debetur, iudicis iniuſto mandato, debitor liberatur 4. Oportet ſiquidem aliquam in eo negotio pati compulſionem ante quã ſolvat, & id omne agere ad ſui præcautionẽ, quod honeſté, ſalva ſalute ſua, facere licet, 5. Hinc, cum debitor quidã Didacus, inſtrumento guarentigio mediante, obligatus eſſet Hieronymo Perez, quãtitatem quingentorum Ducatorum ſolvere; iuſus a iudice quodam [ſcriptura compulſata] eandem ferè ſummã





ſatisfacere Antonio de Uiera, cui (vt dicebatur) debitor Hieronymus erat, virtute chyrographi ab ipſo ſubſcripti (abſq; die, anno, & teſtibus) & cum effectu ſolviſſet, carcerationis comminatione cõpulſus: re ad Senatum poſtea delata, præſentato originali inſtrumento per dictum Hyeronimum, petijt vt in præfatum Didacum debitorem, executionis mandatum expeditum, confirmaretur. Hic, mandato iudicis, cum inſtrumento compulſato, chyrographo que exhibitis, recté ſolviſſe, liberumq; ſe ab illius eſſe debito, & executione, declarari petebat, ex ſupra adductis. Et quia omni euẽtu, iuſu iudicis excuſatus remanet & indemnis, cuius pręcepto ſolutionem fecit Antonio prædicto 6, qui quantitatem accepit; & perinde eſt ad perfectam pleniſſimam que liberationem, ac ſi creditori ipſi, realis ſolutio facta fuiſſet 7.

Attamen Petrus prædictus contra aſſerebat, negabatque chyrographum ſuũ eſſe, nec vnquam á ſe recognitũ: ideò iudicis mandatum, iniuſtum; omniaque ex inde ſubſequuta, nulla. Nec præfatum Didacum vlla ſe poſſe excuſare ratione. Non facti ignorantia; quandoquidem chyrographi invaliditatem, iniuſtã que petentis inſtantiam, & vidit, & cognovit: quod & omnibus feré notum fuit. Ideò illi nocuit ignorantia; maximé, quia ſumma. Quid enim (inquit Paulus 8.) ſi omnes in Ciuitate ſciant, quod ille ſolus ignorat? & recté Labeo definit, ſcïentiam neque curioſiſſimi, neque negligentiſſimi hominis accipiendam: verum eius qui eam rem diligenter inquirendo, notam habere poſſit. Non item ignorantia iuris, cum & prudẽtia, & notitia rerum inſtructus ſit, maximè copia Iuriſconſultorum non deficiente, quos potuit conſulere 9. Sicut & etiã ne ſolveret iudicis inferioris iuſſu; ſuperiorem, quem proximum habebat, appellatione mediante, adire 10. Debitorem quoq; ſuum debuit, de facto & violentia ante ſolutionem, cerciorare; diligẽtiamque adhibere omnem ad ſe excuſandum; aut aliquid pati, ante quam exhiberet pe-

cuniam 11. Quæ cum omnia in contrarium facta ab illo eſſent; non ſine maximo colluſionis inditio, iniuſtè, doloſe, fraudulenter que ſolutionem prædictam feciſſe, nec liberationem potuiſſe aut conſequi poſſe, iura ſuadent, & Doctores 12. Senatus tandem; Die tertia, Menſis Septembris, Anni 1652. executionis mādatum expeditum, confirmauit, ideoque ad vlteriora adverſus Didacum, proceſſum 13, huic tamen reſervato iure, contra Iudicem, & Antonium prædictos.

1. AD *l. ſolutam 49. l. verborū, 107. ff. de ſolutionibus, princip. Inſtit quibus modis tollitur obligatio.*

2. Vt per *l. vnic. in prin. & §. hoc iuditium, vbi gloſ. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. & gloſ. in l. plerique 18. ff. de in ius vocando, l. igitur 12. §. 2 & 3. vbi gloſ. ff. de liberal. cauſa, l. 1. in fine, & ibi gloſ. ff. de abigeis, l. iuris 7. l. error 8. ff. de iuris & facti ignor.* optimè *Padilla, in l. ſi quis maior, Cod. de trāſaction. n. 42. Aflictis, deciſ. 360. num. 6.*

3. Ex *l. Herenius, 63. §. 1. vbi* Gotofredus*, ff. de euiction. Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. caſ.* 137. *n. 5.*

4. Ut per Alexand. *Conſ. 15. n. 4. lib. 2.* & alios à Gutierr. relat. *practic. quæſt. 81. n. 10. & quæst. 113. n. 9. lib.* 1.

5. Ad *l. ait prætor, 7. §. 2. verſ. permititur, & ibi Gotofredus, ff. de minoribus, l. nepos Proculo 125. ff. de verbor. ſignif. l. hæ domum 38. ff. de operis libertor. Gutierr. vbi ſupra, n. 12. &* 13.

6. *L. non videtur, 167. §. qui iuſſu, l. is damnum 169. ff. de regulis iuris, l. ſi quis 7. §. doli, ff. de iuriſdiction. l. quamquam 4. ff. de aqua pluvia, l. Paula Callinico 27. §. fin. ff. de legatis 3.*

7. Ex *l. quæſitum ff. de diſtractione pignor. Parlador, lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 5. part. §. 17. n. 10.*

8. Vt refert, *l. regula eſt, 9. §. 2. ff. de iuris & facti ignorant.*

9. *D. l. regula eſt, §. ſed iuris, 3. ff. de iuris & facti ignorantia.*

10. Vt per *l. 2. §. fin ff. ſi quis cautionibus, & per Aflictis. deciſ. 150. n.* 14. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ.* 137. *n. 17. 28. & ſequent.* Gutierr. *d. lib. 2. quæst.* 113.

11. Vt ex Didaco *Perez, ad l.* 1. *tit.* 10. *lib. 3 Ordinamen.* cum alijs, *Gutierr. d. quæſt. 81. n. 11. 15. & 16. & quæſt. 113. n. 17. & 18.*

12. Ad *l. ſi fideiuſor 29. §. 1. 2. 3. & 4. ff. mandati, l. venditor 2. §. ſolet, 7. vbi Gotofredus, & Doctores, ff. de hæreditate, vel action. vendita,* vt per Parlador, *d. cap. fin. 5. part. §. 17. n. 9. Menoch. d. caſ. 137. n. 8.*

13. *L. rei creditor 17. Cod. de diſtractio. pignor. l pro patre 2. Cod. de his qui in prior. creditor. locum.*



# Pſephiſmatis XLIII.

# VIGILIA QVADRAGESIMA TERTIA.

## *RECVRSVS AN DETVR IN NEgotijs, quæ alicuius conſcientiæ relinquuntur?*

IN PROVISIONE vacantis cuiuſdam Sacriſtię, Curatui annexę, vt executioni Regij Patronatus ſatisfieret, cum duos tantum Prælatus Regio patrono proponeret; an iterum facienda veniat propoſitio, dubitatum. Quia nō tres proſiti, ſed duo, & ipſi quidem ad id, minus habiles, alijs benemeritis, idoneiſque pręterm iſis.

Et ſi enim iure ſtatutum, diſpoſitum que ſit per Regiā Schedulam 1, vt vnicus oppoſitor, quando alij nec concurrunt, poſſit ab Epiſcopo proponi patrono [ſicque pręſentatus ab eo inſtitui] abſq ne-

neceſſitate iterũ figendi ędicta, teminum ve prorrogandi: id tamen verum, dum fraus omnis ceſſat 2. Si ergo perciperetur, concuſione, metu, vel non admiſione, aliquem opponentium, leſum, iniuriatum ve fuiſſe (haud credendum hoc de Prælatis) vt vnicus propoſitus, ſiue duorum alter obtineat; peccabitur in omnibus. Malo tamen huic, medicamen applicabitur, trutina iuſtitiæ, per Eccleſiaſticũ ſuperiorem, medio recurſu ab ipſa læſa parte intentato. Patronus autem Regius, cum in occurrenti caſſu nequeat conſcientiæ ſatisfacere; poterit nouam Prælato petere propoſitionem. Quod deſumitur ex quadã Regia Schedula, ita 3. *Que el Vitrei, ò Governador ſe pueda informar extrajudicialmente, de los preſentados por los Prelados à los beneficios, para elegir el mejor: y no le pareciendo ninguno ſuficiente, pida al Prelado le proponga mas ſujetos: pero eſto ſea en caſo que de otra ſuerte no ſe cumpla con la obligacion de la conciencia.*

At cum in hoc minus iuſtè proceſiſſe Patronum, credãt intereſſe putantes: an appellationem ad Dominum Regem, Regium ve Senatum interponere valeant, dubitatur. Negatiuè reſpondendum videtur, nedum quidem quo ad effectũ ſuſpenſivum [quia res executiva, & Regij Patronatus executio 4,] ſed abſolutè quo ad vtrumque effectum. Ratio. Quotienſcũque aliquid reſolvẽdum, alicuius conſcientiæ (vt in præſentiarum) relinquitur; ab eius ſententia, ſiue reſolutione, appellari minimè poteſt: nec ſuperior, inferioris ſentẽtiam immutare valet: cum ſatis apparere non poſſit, quid contra conſcientiam iudicaverit 5. Solus quidem Deus de occultis conſcientiæ iudicat, cui interiora patent: Iudices autem, ex actis. Si hæc non extant, quia extra iuditialiter Patronus ad notitias perquirendas proceſſit, virtute ſibi datæ facultatis, ibi. *Se pueda informar extrajudicialmente*: quomodo tranſportari poſſunt, vt ſuperior appellationis iudex, ex illorum meritis [viſibili inſtrumentorum inſpectione] iuditium ſuũ interponere queat? Nec





deceret acta vlla penes iudicem ſecularem eſſe, quæ Eccleſiaſticorum delicta (maximè) vel demerita in eis cõtenta, illius iuditio & cognitione, iuditialiter propalare poſſent. Ex huiuſmodi [forſam] ratione, & in Regij patronatus executione, reſolutum extat; vt in remotione Beneficiati [curam animarũ habentis] concorditer à Pręlato & Patrono facta; nullus ad Regias Chancellarias recurſus detur, 6, ibi. *Executen la remocion ſin recurſo à las Audiencias.* Et alibi. *Que las Audiencias no conozcan por via de fuerza, quando los Virreyes, ò Governadores y Prelados removieren algun Beneficiado.* De imperitia, inquam, vel malitia quæri non poteſt, cum aliquid conſciẽtiæ alicuius committitur 7. Vnde incompetens appellatio, ex ſupra adductis 8. Cõſcientia enim, eſt ſui ipſius cordis cognitio 9. Si ergo in ambiguis rebus abſolutum non debet eſſe iuditium; quid quando de illis, nec inſtrumẽtis, partis confeſione, aut teſtium declarationibus apparet? Ipſi igitur de ſe poteſtas veniet commitenda, omni ſecluſo recurſu, iudice tantum illius conſcientia 10.

Sed contrarium, nec ratione deſtitutum videtur. Siquidem arbitrium, voluntas ve [etiam libera] illius, cui aliquid ad ſui libitum faciendũ, committitur; non excludit ſuperioris iuditium, vt ad iuſtũ & æquum reducatur, ſi quid in re peccatum eſt, vel minus iuſte fuerit proceſſum [quod & in executoribus teſtamentarijs locum habet] maximè ſi de tertij agatur præiuditio 11. Semper enim arbitrium, ad bonum & æquum referẽdum eſſe credimus 12. Idem dicendum, quando aliquid conſcientię alicuius relinquitur; id eſt, vt ſi perperam, in alterius præſertim damnum, quid fuerit actum, ſuperioris iuditio reformetur 13. Hinc recurſ⁹ datur ad Regias Chãcellarias, in prouiſionib⁹ à Pro Regibus factis, etiam in negotijs gubernationem reſpiciẽtibus, ſi quoquomodo tertius lædatur, & in rebus gratiæ & liberalitatis; veluti in conferẽdis Iudorum Commendis, in declarationibus Regij Patronatus, aliquibus occurrenti-

bus dubijs, & ſi quę alia eiuſdẽ generis ſint Pro Regibus competentia 14.

Et tandem cum Doctori diſtinguenti credendum ſit 15. in occurrenti dubio occurrat Baldus [iuriſprudentiæ noſtræ, luminare vnum) finemque hęſitationi imponat, dum aſſerit: 16. *Quando per ſtatutum quid alicuius cõſcientiæ cõmittitur: non poteſt quæri de malitia vel imperitia. Sed hoc intellige in hijs, quæ ſunt parvi præiudity*, vt notatur in cap. ſtatutum §. aſſeſſorẽ, de reſcriptis in 6. *Secus ſi ſint magni præiudity*, vt notatur in cap. 1. extra de iure patron. in Clement. *Vbi eſt gloſa ſingularis*, &c.

Hæc in Senatu diſcuſſa, nec tamen abſolutè reſolutũ negotium, cum aliquibus diſpliceret. Primam ſententiam, ſuo caſu, certam; vltimam regulariter ſequendam, anuerũt Domini, Die quinta, Menſis Octobris, Anni 1652.

1. MAtriti expeditam, *die 4. Aprilis, Anni 1609. l. 24. tit. 4. lib. 1. recopillat. legũ Indiar.*

2. Vt per Nicol. *Garcia, Filucium, Barboſam, & alios,* refert *Don Ioan. de Solorzano, de Indiarum gubernat, lib. 3. cap. 15. n. 24.*

3. Expedita in Curia Matritenſi, *Die 8. Nouembris, Anni 1627.* quæ eſt, *l. 27. tit. 4. lib. 1. recopillatio. legum Indiarum.*

4. Vt ex *l. ab executore 4. ff. de appellation. cap. conſueuit 29. eod. tit. l. ab. executione 5. Cod. quor. appell. nõ recip.* [ſaltem quo vſque ſuperioris inhibitio notificetur *Felin. in cap. dilectus filius, de reſcriptis, n. 14. Marqueſan. de Commiſſion. part. 1. cap. 5.*] *Salgado de Regia protectio. p. 4. cap. 3. n.* 164 *& 166.* cum multis Solorzano, *de Indiar. gubernatio. lib. 3. cap. 3. n. 32. verſ. Quod ego.*

5. Ita tex. per *gloſ. notab. in cap. ſtatutum 11. §. aſſeſſorem, de reſcriptis in 6. verbo, conſcientiæ, & verbo, relinquatur, Bal. in l. 2. Cod. de ſentent. ex peric. recitand. Innocentius, in cap. per tuas 2. de ſimon.* vt per Corneum, *Cõſ. 188. n. 2. vol. 3. Maranta, in pract. part. 6. verbo, & quã-*

*doque*



*doque appellatur, num. 363. & ſequent.*

6. Eſt *l. 42. & 43. tit. 4. lib. 1. recopillat. Indiar.*

7. Can. *vir cum propria 7. §. ſi quis ergo. 33. quæſt. 4. Bal. in l. 1. Cod. de rebus creditis, n. 7. Monter, deciſ. Aragon. 3. in prin. & n. 3.*

8. Ex *d. cap. ſtatutum,* cum alijs *ſupra,* conducit *cap. mulier 34. in fine, & ibi gloſ. de iureiurand. cap. poſt electi, final, 11. §. diſcretioni, vbi gloſ. tit. de voto, cap. ſtatuta, 20. final, §. cæterum, de hæreticis in 6. can. habuiſſe, final, diſtinctio 33.*

9. Ita additio *ad d. §. aſſeſſorem, in gloſ. de reſcriptis.*

10. *Cap. 1. verſ. quod ſi, 15. quæſt. 8. d. can. habuiſſe final, diſtinct. 33.*

11. Eſt tex. *in l. ſi libertus 30. ff. de operis libertor. l. ſi in lege 24. ff. locati l. creditor. 60. §. Lucius 4. ff. mandati,* & ex alijs adductis *à Menochio, de arbitr. lib. 1. caſ. 8. n. 29. & caſ. 9. n. 18. & 14.* & conſonat, *lib. 2. præſumptio. 8 num. 16. Carraſco, ad leg. recopill. cap. 11. n. 74. & 75.* & ex *l. fideicommiſſa 11. §. quamquam, ff. de legat. 3. Ancharr. Conſ. 84. n. 6. Bal. in l. ſi quis maior, Cod. de tranſactio. col. 1.* vt per Bobadill. *in politic. lib. 1. cap. 16. n. 38. & 39. Andreas Gaill lib. 1. practic. obſervatio. 151. n. 17.*

12. Menoch. *d. caſ. 8. n. 30. Ancharr. vbi proximè, num. 6.*

13. Vt per Carraſc. *Bobadill. & alios ſupra, Menoch. dict. caſ. 8. n. 40.* Ita intelligendi *textus ſupra citati, ex num. 10.*

14. De quibus latè *Solorzan. de Indiar. Gubernatio. lib. 3. cap. 3. ex n. 31. & lib. 4. cap. 10. ex n. 55. & lib. 2. cap. 7. ex n. 10.*

15. Surdus, *deciſ. 126. n. 12. & deciſ. 58. n. 5.* cum alijs ab eo adductis.

16. Baldus, *in l. 1. Cod. de rebus creditis, n. 7.*

Ple-

# Pſephiſmatis XLIIII.

# VIGILIA QVADRAGESIMA QVARTA.

## *FISCVS SVCCESSOR BONORVM defuncti, an legata ſolvat? Et omiſſo inventario, an in ſolidum defuncti creditoribus teneatur?*

DOMINICVS QVIdam, intra ſemeſtre á ſe confecti teſtamenti, in quo Petrũ fratrem hæredẽ inſtituit (libertate, & legatis duobus relictis) ſuſpẽſione voluntaria, ſibi mortem conſcivit, tędio vitæ [vt dicebatur] perteſus: quia notatus, & apud Regem delatus, ob initam cum exteris inimicis, contractationem. Michael Pri, dictum Dominicum teſtamento hęredem ſcripſerat, & deceſsit bimeſtre antea quam præfatus Dominicus ſpontanea morte deſperaſſet. Non dum iſte, hæreditatem illius adierat [expreſſe] etſi qualemqualem bonorum deſcriptionem facere inciperet, & funeris expenſas ſolveret. Alteram atque alteram ſucceſionem, ſibi Petrus, Dominici fratris hęres ſcriptus, competere affirmabat. Fiſcus contra, ad ſe pertinere dicebat. Contendebãt ambo. Hic, iuris nixus diſpoſitione clara, dicentis. *Todo hombre, ò muger que ſe matare à ſi miſmo, pierda todos ſus bienes, y ſean para nueſtra Camara, nò teniendo herederos deſcendientes*, 1. Ille autem, negato fratris ſcelere, melancholia aut dementia afflictũ & affectum ſe occidiſſe, adleverans; legitimè omnium fratris bonorum hæredem eſſe, allegabat: inſuperque etiam Michaelis prædicti heredem, & virtute tranſmiſionis (iuris noui beneficio 2.) adire poſſe



ſe hæreditatem intra deliberationis annum; vt cum effectu adibat, 3: nullumque in ea Fiſcum ius habere, etſi ſuccederet [quod inficiebat] in bonis defuncti fratris. Quia hæres delinquens, ſi non dum delatam adiverit hæreditatẽ, eam minime proſcribi, nec pauci defendunt. Quandoquidem proſcriptio, nullatenus futura comprehendit 4. Lite hinc inde agitata, creditum que cum fuiſſet, hæreditatem hęredi delinquenti delatam, confiſcationem in ſe etiam includere 5. (maximè dum ille conficit, vel poſtquã confecit inventarium 6.) obtinuit Fiſcus: qui facta bonorum deſcriptione, vtriuſque hæreditatis poſſeſſionem nactus eſt. Legatarij, relicta in Dominici teſtamento, inſtanter à Fiſco petebant. Similiter & creditores Michaelis, qui nec pauci erant. Fiſcus, vtriſque pretenſionem negavit: illis, abſolutè: hijs, quatenus bona ſuficerent, deductis deducendis, non vltra vires hæreditarias. Sed legatarij, hæc ad ſui tutamen iuris, diſcutiebant. Fiſcus cum in bonis ſuccedit, aſſimilatur hęredi, & hæredis loco habetur [maximè dum in vniuerſum ius intrat] ideoque, & onera ſubire, legata, & debita, ſatiſfacere tenetur 7; detrahitq; de legatis, Falcidiam, ad hæredis inſtar 8. Ergo quęmadmodum hæres tenetur libertates & legata præſtare, tenebitur & Fiſcus, 9. Hinc Paulus Iuriſconſultus. Fiſcus *inquit*, eiſdem conditionibus parere debet, quibus perſona, à qua ad ipſum, quod relictũ eſt, pervenit, ſicut etiam cum ſuo onere hoc ipſum vendicat 10. Caliſtratus 11. Cum ex cauſa taciti fideicommiſſi, bona ad Fiſcũ pertinent, omnia quę in teſtamento vtiliter data ſunt, valent. Amplius Gaius 12. Dicitur ex aſſe hęreditates ex Silaniano cum Fiſcus vendicaſſet, vt nec libertates, nec legata tueatur: quod aperte nullam habet rationem, *cum ex quibuslibet alijs cauſis Fiſco vindicatis hæreditatibus, & libertates, & legata maneant*. Vnde Iulianus Iuriſconſultus, 13. Quotiens, *aſſerit*, lege Iulia bona vacantia ad Fiſcũ pertinent, & legata & fideicommiſſa preſtantur, quæ præſtare cogere-

geretur hæres, à quo relicta erant. Et Gaius iterum. Cum Fiſco, *ait*, 14, caduca defuncti bona addicuntur propter invltam mortem, in eum legatorum actio datur, & libertates ratæ ſunt. Igitur Fiſcus, qui in bonis prædicti Dominici ſucceſſit, & libertatem & legata duo in eius teſtamento relicta, præſtare & ſolvere abſolutè tenetur, eadem ratione qua hæres à quo bona habuit teneretur, ſi nec à ſe Fiſcus hæreditatem vendicaſſet.

Creditores verò Michaelis, cuius bona vniuerſim Fiſcus, vti hæres, dicebatur poſidere, illum abſolutè ad debita ipſis perſolvenda teneri, abſque intermiſione inſtabāt: non ſolum antelatione [quia fiſcales pœnæ, creditoribus poſtponuntur, Modeſtino, & Iaboleno teſtibus 15]. Sed etiam inſolidum [cum Fiſcus cenſeatur ſemper ſolvendo eſſe, idoneuſque ſucceſſor ſit, dicente Vlpiano 16.] & vltra vires hæreditarias, ex non confectione inventarij. Nam deſcriptio illa bonorum (de qua ſupra) inſcjis, nec citatis ad id creditoribus, & intereſſe putantibus, nulla: nec inventarij vires habet, vt legis requiſito fiat ſatis, forma & ſubſtantia ommiſſis 17. Fiſcus enim hæres fuit prædicti Michaelis, cum intra deliberationis annum adijſſet hæreditatem: non tamen vti hæres, legis diſpoſitionem adimplens, inventarium (ſeu potiùs) bonorum deſcriptionē fecit. Quod illud iuridicè facere ſit adſtrictus, ſub pœnis à Iuſtiniano ſtatutis 18, indicant illius Conſtitutionis verba, ita *Eam obtinere & in omni perſona, ſiue priuata, ſiue militari, ſiue Sacerdotali, ſiue Imperiali, ſiue alterius cuiuſlibet* 19. Vnde cum hoc procedat in herede Principe, Imperatore, & Eccleſia; vltra vires hæreditarias adſtringētur, ſi inventarium non conficiant 20. Nec enim Fiſcus ſuo Principe maior eſt, nec melioris conditionis quam Imperator ſcriptus hæres. Cōmunia ſunt illorum privilegia 21, vt quæmadmodum Imperator ad inventarium faciendum; ita & Fiſcus ſub Conſtitutionis pœna teneatur. Qui quidem in ea, etiam ſub verbo, *perſona*, comprehenditur: & niſi in caſibus à iure



iure expreſis, ſpeciale aliquid in Fiſco, potiùs quam in alijs, numquam præſumitur, 22.

Attamen Fiſcus, hæc in legatarios proferebat. Teſtamentum ſe ipſum occidentis [vt in occurrenti caſſu] nullū eſſe, Imperatores Dioclecianus & Maximianus expreſsè ſtatuerunt 23. Idemque Iuriſconſulti Martianus, & Vlpianus 24. *Qui mortem ſibi conſtituerunt, hæredem non habent.* Et alter *Qui mori magis quam damnari maluerint ob conſcientiam criminis, teſtamenta irrita conſtitutiones faciunt licet in Ciuitate decedāt.* Igitur cum nullum adſit teſtamentum, nec ex eo hæres vllus; legata itidem nulla erūt. Eſt enim legatum donatio quædam á defuncto relicta, ab hærede, præſtanda 25. Ergo ſi non adeſt teſtator, nec teſtamentum, nec hæres: vnde, per quem, cui, & quid præſtabitur? Et licet morte confirmetur teſtamentum, ex indeque legata, & omnia in eo relicta robur habere incipiant: morte tamen ipſa, ipſoque iure [in præſentiarum] infirmatum teſtamentū fuit, & pro inde legata, traslatumque bonorum dominium in Fiſcum, credimus. Nec aliâs, *bona eius Fiſco vendicanda eſſent*, vt inquiunt Iuriſconſulti, 26. Vendicatio ſiquidem, rei dominium, atque proprietatem, ſpecialiter & verè ſignificat 27. Vlteriùs, quod ob contractationem cū exteris (maximè inimicis) innitam; præfatus Dominicus, vltimi ſuplicij pœnam, cum bonorum amiſſione, ipſo facto, incurſus fuit 28. Eoque caſſu, ſequuta condemnatione, ſiue pœnę declaratione; retrotrahitur ad tempus patrati criminis: ita quod ex eo die, ad Fiſcū bona pertinuiſſe credantur 29. Vnde donationes, legata, & relicta omnia à dilinquente (tamquam de alienis rebus) facta, nulla 30.

Creditoribus tandem, non teneri vltra vires hæreditarias, Fiſcus affirmabat. Et ſi enim in ſolidum, non confecto inventario teneatur, quādo hæres abſolutè, vt quilibet alius, eſt: non tamen cum in bonis ſuccedit vacātibus, alicuive indigno hæreditatem aufert, vel quoquomodo ex confiſcatione ſuccedit, 31

Non

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Non quippe hæres tunc propriè eſt, ſed ſucceſſor quidam anomalus 32. Senatus autem, adiudicauit fieri Fiſci Regij petitionem. Die decima, Mēſis Decembris, Anni 1650.

1. AD hoc, *l. 8. tit. 23. lib. 8. recopill. l. 9. tit. 13. lib. 6. ordinamen. l. 24. tit. 1. l. 1. & 2. tit. 27. part. 7. l. 1. & 2. Cod. de bonis eorum, qui ſibi mortem conſciver. l. qui rei 3. §. 1. & 3. ff. eodem, Corneus, Conſ. 195. n. 4. vol. 2. Couarr. lib. 2. var. cap. 1. n. 11. ad fin. Ant. Gomez, tom. 3. cap. 3. n. 13. verſ. vnum tamē, in fine.*

2. Ad *l. cum in antiquioribus* 19. *Cod. de iure deliberan. l. vnica, §. in nouiſſimo, in fine, Cod. de caducis tollen.*

3. Hæreditas aditur animi ſola deſtinatione, *l. non hoc 4. Cod. vnde legitimi, l. avia 6. Cod. de iure deliber. vbi Gotofredus, l. pro hærede 20. l. gerit 88 ff. de adquiren. hæredit. §, fin. Inſtit. de hæred. qualit. & difer.* Hinc Gotofredus, *in d. l. 6. ait.* De hæreditate nobis relicta poſſumus teſtari, vt eo ipſo actu quod de ea teſtamur, defūcti hæreditatē adijſſe videamur.

4. Ex gloſa *in l. non ad ea, ff. de condition. & demonſtrat.* & Decio, *in l. vltima, in fine, ff. quod quiſque iuris, Sebaſtian. Monticulus, de inventario, cap. 8. n. 326.*

5. Sentit Thomas Gramat. *Conſ. 7. Iul. Clarus, in pract. lib. 5. §. fin. queſt. 78. n. 25. in fine.*

6. Sebaſtian. Monticulus, *de inuentario, d. cap. 8. n. 67. in fine.*

7. Vt per *l. inter eos 51. §. bonis 5. ff. de fideiuſor, l. 2. Cod. ad leg. Iuliam de vi publica, l. in pari 128. §. 1. ff. de regul. iur. l. ſi vt proponis 5. Cod. de bonis proſcript. l. ſi liberis 2. §. 1. ff. de alimentis legatis.*

8. Ex Saliceto, *Gotofredus, in l. etiam ſi 3. Cod. ad leg. falcidiam.*

9. Ex iuribus ſupra, *Roland. à Valle Conſ. 31. n. 33. & 34. vol. 1.* vt per Ripam, *in l. ex facto, in notab. 4. ff. ad Trebell.*

10. In *l. in facto 60. §. 1. ff. de condition. & demonſtration.*

11. In *l. non intelligetur 3. §. cum ex cauſa 4. ff. de iure fiſci.*



12. In *l. dictur 14. ff. de iure fiſci.*

13. In *l. quidam teſtamēto, 96. §. quotiens, 1. ff. de legat. 1.*

14. Ad *l. cum Fiſco, 9. ff. ad Senatuſconſ. Silanian. & ibi Gotofredus.*

15. In *l. in ſuma 17. l. nō poſſunt 11. ff. de iure Fiſci, & in rubro & nigro, Cod. pœnis fiſcalibus creditores præferri.*

16. In *l. ſi maritus, 2. §. 1. ff. de fundo dotali.*

17. Ad *l. fin. Cod. de iure deliber. Auth. de hæred & falcid. §. fiat igitur, coll. 1. l. 5. 7. & 10. tit. 6. part. 6. Auth. ſed cum teſtator. Col. ad leg. falcid.* proſequitur Spino, *in ſpeculo teſtamentor. gloſ. 35. prin. de confection. inuentar. ex n. 19. Ioan. Corraſ. de inventar. n. 17. poſt prin. Roland. à Valle, de inuentar. p. 3. verſ. citandi.*

18. In Nouel. *de hæredib. & falcid.* ex iuribus ſupra adductis.

19. D. Nouel. *de hæred. & falcid. cap. 5. §. quia verò.*

20. Ex *d. §. quia vero, Iaſon in l. fin. in prin. col. 2. & ibi Corneus, n. 28. Cod. de iure deliberan. Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. 1. ff. ſi pluſquam per leg. falcid. Roland. à Valle, d. tract. de invētario, p. 2. verſic. Tertio quæro, & part. 5. verſ. homo magnæ Sanctimoniæ, n. 5. & n. 9.* Idē in Eccleſia procedere ait, licet adverſus omiſſam invētarij confectionē reſtitui poſſit, *cum Saliceto, & alijs optimè d. part. 2. verſ. duodecimo quæro. Phanutius de Phanutijs, de inuentario hæredis. part. 2. n. 2.*

21. Ad *l. Fiſcus, 6. in fine, ff. de iure fiſci.*

22. Ex gloſa *in l. eos vſurarum*, iuncto *tex. in verbo, heres, Cod. de vſuris, & gloſ. in l. item veniunt, §. in priuatorum, ff. de petitio hæreditatis, vt per Roland. à Valle, de inuentario, part. 2. verſ. vndecimo, n. 5. & 6.* cum alijs meminit *fr. Seraſin. de Freitas, de iuſto Imperio Luſitano, cap. 6. n. 84.*

23. In *l. 2. Cod. qui teſtam. facere poſ.*

24. In *l. 3 in prin ff. de bonis eorum, qui ante ſententiā,* & in *l. ſi quis filio 6 §. irritum 5. & §. eius 7. verſ. num. eorū, ff. de-*

*ff. de iniuſto rupto*; Gregor. *Lopez, ad l. 24. tit. 1. part. 7. gloſ. 6.* ex communi opinione, *per Guilleim. Benedictum, in cap. Raynũtius, p. 2. n. 48.* refert *Iul. Clar. in pract. § fin. q. 68. n. 37.*

25. Ad §. *1. Inſtit. de legatis.*

26. In *d. l. 3. §. 1. ff. de bonis eorum qui ante ſentent.* & in *l. fraudem 45. §. eius bona 2. ff. de iure fiſci.*

27. Ex *l. in rem 23. ff. de rei vendicat. §. namque 4. & §. appellamus 15. Inſtit. de action l. actionum 25 ff. de obligat. & action.* vt in ſimili *Menoch Conſ 99. n. 160. & 161. cum ſequent. vol.* 1. ad Donel. *lib. 20. coment. cap. 1. & ibi Oſualdus, lit a. & e. Gotofredus, ad d. tit. ff. de rei vendicatione.*

28. Ad *l 6. tit. 23. lib. 3. recopillat. leg. Indiar* cum alijs non paucis ad id expeditis, vt vulgare eſt.

29. Ut per *l. 1. ff. de pœnis, l. commiſſa 14. ff. de publican. & vectigal.* & per tex. & Doctores, *ſupra num. anteceden* (ad hoc videdi *Menoch. d. Conſ. 99. ex n. 168. Solorzan. Politic. Indiana, lib. 4. cap. 24. in fine, & lib. 5. cap.* 11. *propè fin. Anto. Gomez, var. tom. 3. cap. 14. n. 3. & 4. & cap. 1. n.* 1. *verſ. item etiam, & n. 5. eodem verſic. cum n. 80.*) *Amaya, in comentar. ad tit. Cod. de iure fiſci, in l. 1. n. 57. & ſequent. cũ n. 63. l. 10. n. 39. & 40.* argumento, *l. ſi quis poſt, Cod. de bonis proſcriptor. vbi Angelus, & Odofred. per l. qui pœnæ, verſ. ſed nec rei, de manumis.* Plenius omnium *Alciatus, ad l. poſt contractum* 15. *ff. de donation.* per totam, maximè *n. 2. 15. 16. 17. & 18. Iulius Clar. in pract. criminal. q. 78. n. 18. in fine, & n.* 19.

30. Ad *l. donationes 31. §. fin. ff. de donation. l. ex iudiciorum, 20. verſ. adeò. ff. de accuſation.* ad id, *l. 4. tit. 2. p. 7. l. 2. tit 4. part. 5* & ibi *Gregor. Lopez*, ex *l. nemo plus, ff. de regulis iuris. Alciatus. ad d. l. poſt contractum, de donation. n. 18.* cum alijs ſupra.

31. Ita Iulius Clar, *pract. lib. 5. § fin. quaſt. 78. n. 30.* ex communi opinione, *Rolandus à Valle, tract. de confectione inuentarij, part. 2. verſ. vndecimo quæro, ex n.* 6. *Sebaſtian. Monticul. eodem tracta. cap. 5. num. 10. Franc. Porcellinus, de inventario, q. 7. cap. 4. n. 13. ad finem.*

32. Vt per *l. ſi conſtante 24. §. ſi bona 7. ff. ſoluto matrimonio*, cum ibi notatis, tenet *Roland. à Valle, d. tract. de inventario, part. 2. verſ. vndecimo quæro, n. 7.*



# Pſephiſmatis XLV.

# VIGILIA QVADRAGESIMA QVINTA.

*FILIVS NATVRALIS, QVIS PROPRIÉ? Et an vltra duas vncias, quocumque eventu, in bonis patris ab inteſtato decedentis, abſque aſcendentibus & deſcendentibus, capere poſsit?*

QUIDQVID DOctores diſcutiant de filijs non legitimis, deque eorum iure erga parentes, maximê de ſpurijs, nothis, vulgò quęſitis, inceſtuoſis, adulterinis, ſacrilegis, & nepharijs, alijsve (ſi qui ſunt) ex damnabili coitu productis, quiquidem vt à iure incognitis & incapacibus patri alijsque aſcendẽtibus ſuccedendi, nec filiorum nomen mærentur, nec & ipſis alimẽta præſtantur 1. Naturales tamen, potiori vtuntur prærrogatiua. Licet omnes æquitate [ſaltem Canonica] inſpecta, ad alimenta petenda & conſequenda admitantur 2.

Species itaque huiuſmodi illegitimorũ filiorũ, quamuis à Doctoribus ſic paſſim diſtinctè accipiantur 3: conſuetudine tamẽ ferè vniuerſali, indiſtinctè, qui legitimi non ſunt, communi vocabulo dicuntur *Baſtardos*; quaſi non puri, nec *finos*, ſed Burdi: vti de pannis, *groſeros, ó baſtos*, dici-

dicimus, *Burdos*: & à Germanis hodie *Boeſ. art.* dicuntur; quod eſt, degeneres ingenij. Hinc in Aragonia, omnes illegitimos filios, vulgus vſitatiſſima voce, *Bordes*, appellat: ac ſi diceret, *malos*. Idque ex antiquiſſimo vocabulo, deſumpto (fortaſis) in odium Tyrani illius, qui nominatus eſt, Petrus Burde malus, vulgò *Pedro de Urde malas*, [qui olim Cæſar-Auguſtę Tyrannici Regni Thronũ erexit: ſed à Gothis comprehenſus, Tholoſam, Gothorũ Regũ Curiam advectus, incluſus ęneo Tauro, cõcrematus, temeritatis pœnas luit; & caput eius Cæſarauguſtã deportatũ eſt, ad an. dñi, 501.] dictus à *Burdo* & *Malo*, quod duplex *malũ, malũ*, quaſi *Mala Beſtia*, vel *Ordiens mala* 4.

Itali vero, vulgari vocabulo, hos *Bordes*, ſiue *Baſtardos*, vocitat *Mulos*, hoc eſt, ſine iuſta rectaque generatione, abſque Sacramento & Eccleſiaſtica benedictione ortos. Et Vlpianus, *Burdones*, mulos appellat (ſicut & meminit Sacra hiſtoria 5.) alluſiué ad filios hos, qui ex degenere natura procreati ſunt, ignobiles, Deo non amabiles, nec hominibus honorabiles, iſtabiles fide, nec in bello fortes. 6. Sed ab hac regula, boni excipiuntur, qui parentum iniquitatum imitatores non ſunt, & morum honeſtate cõmendabiles fiunt. Nec enim de parentum eſt erubeſcendum vitijs, nec culpa eius eſt qui de adulterio naſcitur; ſed illius qui generat: ideò potiori honore obſequendi & venerandi, qui cum ex parentibus a virtutibus prorſus alienis orti fuerint, ipſi tamen ſũt virtute mirabiles. 7. Vti de Põtificibus, Deusdedit, Oſio, Bonifacio, Felice, & Agapito, Presbyterorum filijs, & de Silverio, Gelaſio, & Theodoro, Epiſcoporum filijs, refert Damaſus Papa 8.

Verum é diuerticulo recedentes; ad naturales filios revertamur. Naturalis ergo filius eſt, qui ex ſoluto & ſoluta natus; inter quos matrimonium cõſiſtere poteſt 9. Probanda enim qualitas huiuſmodi: nec ſola nudaque patris confeſio, nominatiove, (maximé ſi ex ea tertio preiudicium infligatur) ſuficiet, vt filij naturalis omnia iura adqui-



adquirat 10. Quandoquidẽ non paucis indigeat requiſitis 11. Nec quilibet mulieris ſolutæ ex ſoluto partus, ſuficiet: niſi hæc non meretrix, non corporis ſui quæſtum faciens, non ancilla, non affinis, non rapta, non vim paſſa, Deo ſacrata, aut cuius concubitũ damnat ius, 12. Nec itidem pellex, qua cum aliqua habetur conſuetudo: ſed alia honeſtior ſit fœmina, quæ quaſi vxoris affectu [â nuptijs orbato 13.] domi retineatur 14. Vnde hodie, vix naturales filij inveniri poſſent, ſi nimis ſcrupuloſè in pręfatis proceſſerimus requiſitis 15: tum ob tot circunſtantiarum neceſſarium concurſum: tum & etiam quia omnes ferè cõcubitus, libidinoſiq; actus, vtroque iure, etiam in foro exteriori, punibiles ſunt: lęthalisque culpa quælibet ſimplex fornicatio, concubinę que vſus; & eò grauior, quò diuturniùs in peccato demoratur.

At iure damnatus concubitus, ille tantum, & propriè dicitur, in quem criminalis cadit accuſatio, & adverſus illum cõmitentes, grauis ſeueraque infligi pœna poteſt, 16. Patrijs autem legibus, eo damnabili coitu natus eſſe filius debet [vt naturalium iura amitat] ob quem mortis pœna perpetrãti imponatur. Aut filius ſit Clerici, Religioſi, vel Monialis; aliàs non: ſalva tamen regula, nempè, quod inter eos poſsit matrimonium conſiſtere [quando filiũ procreant] vt veré naturalis dici poſſit, etſi humilis, meretrix, abiectæque conditionis mulier exiſtat 17. Hoc enim [aliarum circunſtantiarũ immemor] lex Regia, ait 18: *Y porque no ſe pueda dubdar quales ſon hijos naturales; ordenamos, y mandamos, que entonces ſe digan ſer los hijos naturales, quando al tiempo que nacieren, ó fueren concebidos, ſus padres podian caſar cõ ſus madres juſtamente ſin diſpenſacion. Con tanto que el padre lo reconozca por ſu hijo, pueſto que no aya tenido muger de quien lo ouo en ſu caſa, ni ſea vna ſola: ca cõcurriẽdo en el hijo las calidades ſuſodichas mãdamos que ſea hijo natural.*

Filij itaque naturales, honoris & dignitatum capaces ſunt, & de domo patris, arma inſigniaque eius portant 19: fa-

faciunt etiam deficere ſubſtitutionem factam ſub conditione, *ſi ſine filijs deceſſerit.* Sed tamen hoc, cum grano ſalis, vt dicitur, intelligendũ 20. Etſi enim Romanorum leges, nihil olim de naturalibus ſtatuiſſe compertum ſit ( relicti quippe erant in ſtatu indeciſſo, extra legum pœnã, non probati, nec tamen damnati; uti de cõcubinatu Marcianus 21: ideò veluti extranei reputati, teſtamento hæredes inſtitui poterant; non veró ab inteſtato patri ſuccedere, ſed matri ſolum 22.) Temporibus tamen Conſtãtini Imperatoris [ nullis tam infenſior, quam naturalibus filijs] ab eo ſtatutum eſt, nihil quidquam de parentum bonis capere poſſe, tam ex teſtamento, quã ab inteſtato. 23.

Poſtea veró, tantulum rigor temperatus. Siquidem pater naturalis, poterat [dum filios legitimos non haberet, orbatus que vtroque parente eſſet] tres vncias totius hæreditatis, naturalibus relinquere; cum matre eorum partiendas. Filijs autem extantibus, naturalibus vnciam tantum, vel ſoli concubinæ, ſemiunciam, 24. Iuſtinianus tandẽ, maiori vtens extenſione, primó vſque ad ſex vncias ſuorũ bonorum diſpoſitionem, ſi ijs legitimis non extantibus, patri ex teſtamento conceſsit: poſtmodum, totum patrimonium [eo caſſu] naturalibus filijs, vel nepotibus largiri in vita, vel morte, teſtamẽto mediante permiſit; ea tamen ſecluſa portione, quæ parentibus ſuperſtitibus debetur. Exiſtentibus autem legitimis filijs; naturales, vnciæ tantum capaces eſſe decreuit 25. Hęc. ex teſtamento. At vero ab inteſtato, mortuo patre ſine legitimis filijs, nepotibus ve: naturales filij (ex concubina tamen indubitata, & domi retenta, habiti) cum cognatis, & legitimis ſucceſſoribus, ad duas ſubſtantię paternæ vncias admittuntur, cum eorum matre (ſi vivat) pro virili cõmunicandas 26. Sed hoc non procedit in filiorum naturaliũ nepotibus, quamuis alimenta quæ filijs debentur naturalibus, ipſi percipiant 27.

Cœterum, iure Regni inſpecto, legitimis non exiſtentibus filijs, vel nepotibus; poteſt pater filio naturali quan-





tum voluerit relinquere, etiã ſi legitimos habeat aſcendentes. Sin autem filios habeat legitimos, quintum tantum bonorum, iuſtẽ pro alimentis relinquere valet. Aliud in ſpurijs, baſtardis ( maximè natis ex damnato coitu, vel ex Sacerdote aut Religioſo ) quibus eo caſſu quo alimenta debeantur, pater vel mater, ſiue in vita, ſiue in morte, neque ũt illis relinquere vltra eam quintam partem, quam propriam habent ad diſponendum pro animabus ſuis: & hoc, alimentorum ratione, intuituq; 28. Verum ab inteſtato, ſuccedunt patri naturales filij, pro vt de iure cõmuni, in duabus vncijs, ſi non aſcendentes vel deſcendentes exiſtant legitimi 29. Nam hoc caſſu, alimenta tantummodo conſequentur. Idem ſi legitima ſuperſit coniux. Hæc enim, naturales repellit filios, ne in duabus ſucedant vncijs, licet habeant alimenta 30. Quod ita inſtitutum, in vxoriæ dignitatis honorem; & ne vxor ſcãdalizetur vidẽs filios ( naturales) non ex ſe genitos, marito ſuccedere 31. Sed Regia lex hoc minime admitit quo ad vxorem: quin potius ob in ea expreſſas rationes, ſtatuitur; filios naturales, etiam legitima exiſtẽte vxore, in duas abſolutè ſuccedere vncias patri ab inteſtato 32.

In cauſa Petri de N. naturalis filij (præuia cauſæ cognitione declarati) cuiuſdam Mathei de N. ab inteſtato, ſine aſcendentibus & deſcendentibus defuncti: cum Hieronyma, vxore eius vidua relicta: non tantum duas vncias & alimenta ſimul petebat; verum & in omnibus naturalis patris bonis ſuccedere, affirmabat, Hieronyma prædicta vxore excluſa. Aſſerebat: negari quidem non poſſe, quod naturalis filius capax ſit patri ab inteſtato ſuccedendi, vti filius, nouiori iure. Ergo tamquam filius, nullis alijs cognatis conſanguineiſque defucti patris relictis ſuperſtitibus [nõ enim adhuc compertum erat, aut certó apparuit, ex quo loco, gente, aut Regno procederet] quare ipſe ſuccedere non deberet? Nec inficiandum ſimiliter, Petrum prædictum, naturã filium eſſe defuncti, in iure agnitũ, quin adeò ad ſucceſionem adpro-

batum, quamuis in quota, ne conſanguinei & affines defũcti, damnum in ſucceſione paterentur. At ijs nec exiſtentibus, in quo, & quibus pręiuditium infertur. *vt* tamquam conſanguineus [ſi nõ tamquã filius patris naturalis] ei ſuccedat, excluſa vxore? Quæ nec iura filij, nec cognationis habet vlla in mariti ſucceſione, licet quartam maritalem â legibus deſignatam capere valeat 33. Quo ad ſextã partem, & alimentorum perceptionem, eſt expreſſa Iuſtiniani diſpoſitio, de qua ſupra 34. *& alimẽtum damus eis* (filijs naturalibus) *& inteſtatis parentibus defunctis, duas paternæ ſubſtantiæ vncias habere.* Nec obſtant verba; *legitima ſobole non extante, neque legitima coniuge,* quaſi eo caſſu, non poſſit ſuccedere naturalis in duabus vncijs; ſed ſolummodo alimẽta habere. Nam & ſi hoc de iure communi procedat; lege tamen ſpeciali huius Regni, hoc minimè ſervatur 35. Ideoque, iure, alimenta filius naturalis percipiet, & legis Regni favore, duarum vnciarum paternæ ſubſtantiæ inſimul capiet ſucceſionem, legitima etiã vxore relicta. Quin imo, ſi cum duas tantummodo capit vncias, nec ſuficientes iſtę ad ſui alimoniam fuerint; petere poterit, vt quod deeſt ad alimentorum vſque ſuficientiam, ipſi præſtetur 36.

Sed præfata Hieronyma vxor, naturalem filium excludendum, alimentis ſolummodo reſervatis, ideò, & dubio procul procedere aſſerebat. Quia ipſa [iure] in omnibus mariti bonis ſuccedit, non extantibus cognatis, ſucceſoribus que legitimis illius [prõ vt non extant] ad decimum vſque gradum, fiſco excluſo: qui aliàs vxore non exiſtente, ſuccederet 37. Hocque, abſque quorumcumque naturalium filiorum obſtaculo: nam ij, nullatenus capaces ſunt alterius portionis [pręſertim maioris] in bonis naturalis patris ab inteſtato defuncti [aſcendentibus legitimis deficiẽtibus] quam duarum vnciarum, modo & forma ſupra adductis. Vnde, cum portio huiuſmodi illi debeatur â iure, vxore non exiſtente; ea relicta, alimenta tantum percipiet, ex prædictis. Nec legis

Regni



Regni obſtat diſpoſitio. pręſenti in caſſu 38: nam illa nõ loquitur quando vxor in totum ſecedit in bonis mariti defuncti; ſed quando ea relicta ſuccedunt conſanguinei. Rationesque à prædicta lege adductæ, id ipſum inſinuare videntur, ibi. *La otra, porque maguer á el tolleſe eſta parte, non la ganaria ella, é averlayan los otros mas propinquos parientes del finado. E demas ſemejaria coſa eſtraña, que ella pudieſſe fazer daño à otri, ſegund ley, non mereciendo nin viniendo à ella ende ningun pro.* Ideo prædictus Petrus naturalis filius, alimẽta ad ſummum [& moderata quidem] percipere poterit, eius inſpecta qualitate, in præſenti ſtatu: quia homo humilis, ex liberta natus, & ferrarij exercens officium, quo cum actenus vitam egit: & quando filius ſe exhibere poteſt, pater alimenta [quæ in ſubſidiũ ſolummodo debentur] præſtare nullatenus tenetur 39.

Senatus pro vxore pronuntiavit, ſextante naturali filio applicata, iure alimentorum: nec reclamante vxore, imo plus aliquid dante, vt liti finis imponeretur, nec ſupplicaret. Die decima ſexta Ianuarij, Anni 1651.

1\. VT per Nouell. 89. *in fine, tit. quibus modis natural. efficiantur ſui. Auth. licet, in fine, Cod. de natural. liber. Auth. ex complexu, Cod. de inceſtis nuptijs, & ibi Gotofredus, lit. n. Nouell. 74. cap. 6.* agunt & explicant *Barzijs, tract. de filijs non legitim. n. 5. & 18. Paleotus, tract. de nothis & ſpurijs,* integro tractatu, maximè *cap. 16. cum ſequent. & cap. 28. n. 1. Spino. in ſpeculo teſtament. gloſ. 16. Ant. Gomez, ad l. 9. Tauri, n. 13. Pichard. ad §. 7. n. 6. & ſequent Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſta. l. 3. in fine, tit. 14. part. 4.*

2\. Ad cap. *cum haberet, extra de eo qui duxit in matrim. quam polu.* vbi Innocentius, & Doctores, *in d. authẽt. ex complexu, Gregor. Lopez, ad l. 2. tit. 19. part. 4. gloſ.* 1. *& prohæmium dicti tituli,* ex communi opinione Aretinus, *in princip Inſtit. de iure naturali, col fin.* cum alijs *Couarr. de matrim p. 2. cap. 8. §. 6. n.*

S4 1. 4.

*1.4.7.9. & ſeq. Gomez, ad d. l.9. Tauri, n. 37. & 38. Portoles, ad Molin. §. baſtardus, n. 33.* Idem de Iure Aragonū procedere, teſtatur Michael del Molino *in repertorio, verbo, Baſtardus, fol. 47. col. 2 in prin.* Sed forus id expresè nō decidit; imò patri arbitrariū hoc eſſe, ſupponit, *vt Foro unico, tit. de natis ex damnato coitu.*

3. Et meminit, *l. 1. tit. 15 part. 4. vbi Gregor. Lopez, & Couarr. d. part. 2. cap. 8. §. 5.* cum alijs.

4. M. Biuarius, in cōmentar, ad Chronicō Marci Maximi Epiſcopi Cæſarauguſtani, *Commentar. 1. §. 4. & 5. ad Annum 501.*

5. In *l. item legato 49. ff. de legatis 3. vbi Gotofredus, lit. d. cum l. qui duos mulos, 62. ff. eodem. ex lib. Regum 4. cap. 5. verſ. 17.* Dixitq̄ Naaman: ſed obſecro, concede mihi ſervo tuo, vt tollam onus duorum Burdonum de terra.

6. Ita Can. *ſi gens Anglorum, 10. diſtinctio. 56. Gregor. Lopez, in prohæm. tit 13. part. 4. gloſ. 5. ex cap. indecorum, de ætate & qualita.*

7. Ad Can. *3. 4. & 5. d. diſtinctio. 56.*

8. Ita Can. *Oſius 2. d. diſtinctione 56.*

9. Auth. *ſi quis liberos, in prin. Cod. de natural. liber. cap. innotuit, 20. de electione, l. 11. Tauri,* cum alijs, ibi *per Anton. Gomez,* latè *ex n. 1. Barzijs vbi ſupra, n. 4. & Paleotus, cap. 12. n. 5.*

10. Sed de hoc ſupra *vigilia,* 29. Imo patris confeſſio, inſtrumēto mediante facta, *illum filium eſſe ſuum,* ſufficit vt iura legitimi etiam filij conſequatur, ſi non adiecerit, *naturalem,* ad *Nouell.* 117. *cap. 2.*

11. Sic Paleotus, *tract. de Nothis & ſpurijs, cap. 12. & 20. n. 8. Pichard. ad tit. Inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. deferun. §. 6 n 1. 2. 3. & 4.*

12. Et meminit. *l 3. tit. 14. part. 4. vbi gloſa* cum alijs iuribus.

13. Nam matrimonio conſtante concubinam penes ſe habere, cuilibet interdicitur, *l. vnica, Cod. de concubinis, l. fin. in fine, Cod. commun. de manumiſſion. Nouell. 18. cap. 5. verſ. ſi autem.*

14. Auth. *de triente & ſemiſ. §. conſideremus, & Auth. quibus modis natur. effic.*

ſui,



*ſui, §. ſi quis, Paleotus, d. tract. cap. 38. n. 8. & 9. Pichardus, vbi prox. n. 4.* Sed huiuſmodi retentionem precise neceſſariam non eſſe, *exprimit lex 11. Tauri, ibi.* Pueſto que no aya tenido muger de quien lo ovo en ſu caſa.

15. Ita Paleotus, *d. cap. 12. n 3. ex Bal. Conſ. 456. vol. 5. & Conſ. 206. vol. 3. refert Pichard. d. §. 6. n. 4. in fin.*

16. Anton. Gomez *ad d. l. 9. Tauri, n. 13.* & ex *Socino Conſ. 148* & alijs, *Paleotus, tract. de Nothis & ſpurijs, cap. 40. n. 6.*

17. Ex *l. 9. Tauri, vbi & Ant. Gomez, n. 14 & 15.*

18. *L. 11. Tauri, l 9. tit. 8. lib. 5. recopil. Pichardus, ad §. 6. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. n. 7.*

19. Benedictus de Barzijs, *tract. de filijs non legitim. n. 13.* per tex. quos adducit. Habent quidquid dictante naturali ratione, ex gentium politico ſenſu, & intelligentia rationabili habere poſſūt, vti deducitur *ex l. parentes, 6. ff. de in ius vocando, l. adoptivus 14 §. ſerviles, 2. l. lege 44. § nec diſtinguit* & ibi cum Bar. & alijs, *Gotofredus, ff. de ritu nuptiar.*

20. Ex *l. ex facto 17. § ſi quis rogatus 4. ff. ad Trebellian. & ibi Gotofredus;* Hoc eſt, conſiderata conditione, dignitate, & qualitate fideicomitentis; Vel ſi ita teſtatoris ſubſtitutionem facientis, expreſa quaſi voluntas mensque percipiatur: alias ſubſtitutio, quo ad duas tantum vncias, vel quo ad partem quam ab inteſtato fili⁹ naturalis capere poteſt, limitanda veniet. *Paleotus, d. tract. cap. 27. vide de Oſuald. ad Donel. lib. 8. comment. cap 33. lit g.*

21. In *l. in concubinatu 6. ff. de concubinis, Paleotus, cap. 11. n. 67 & 68.*

22. Ad *l. qui filium, vltim. ff. de iure deliber. l Lucius Titius 44 de vulgari, l. Lucius Titius 88. §. damæ 12. ff. de legat. 2. l. 2. 4. & 8. ff. vnde cognati, l. 1. §. 2. ff. ad S. C. Tertyll. Paleotus cap 35. & 36*

23. Meminere, *l. fin. in prin. & l. 1. Cod. de natural. liber. Authent. quibus modis naturales in prin.* vbi Gotofredus. *& in fin. collat. 7. Paleotus, d. tract. de Nothis, & ſpurijs, cap. 36. & cap 38. n. 2.*

24. *L. matre 2. Cod. de*

na-

*natural. liber. Auth. quibus modis natur. quæ eſt Nouel. 79. cap. 12. diſcretis.*

25. *L. humanitatis 8. cũ Auth. ſequent. l. fin. Cod. de naturalibus liber. d. Nouel. 79. cap. 12. §. nos igitur,* cum duobus ſequẽt *Nouel.* 18. *de Triẽte & ſemiſe, cap. 5. Ludouicus de Sardis, tract. de natural. liber. part. 3. n.* 1 *& 2. Donel. Comentar. lib. 6. cap. 17. literis o. p. & q. & ibi Oſualdus.*

26. D. Nouel. *79. §. ſi quis autem 4. d. Nouel. 18. cap. 5. verſ. Nunc, Auth. licet, Cod. de natural. liber.* In huiuſmodi ſucceſione ſervandam viciſſitudinem eſſe, vt ſuccedat pater naturalis eodẽ modo naturali filio ab inteſtato ſine filijs decedenti, diſponit, *l. 8. in fine, tit. 13. part. 6. d. Nouel. 79. cap. 13. in quibus, Paleotus, cap. 39. Ludouic. de Sardis,* vbi ſupra.

27. *L. fin. in fine, Cod. de natural. liber.* & ibi Gotofredus, *Paleotus, cap. 58. n. 5. &* 6. *& cap. 47.*

28. Omnia hæc, *ex l. 22. tit. 3. lib. 1. Ordinam. l. 9. & 10. Tauri, vbi Anton. Gomez, n. 6. 8. & 15.*

29. Anton. Gomez, *ad d. l. 9. & 10. Tauri, n. 4. ad finem.*

30. D. Nouel. *79. cap. 12. §. ſi quis autem 4. Paleotus, d. tract. cap. 38. n. 5.*

31. Sic conſiderauit Hoſtienſis, *in ſumma, tit. qui filij ſint legit. §. an vtrumque genus,* vt per *Ant. Gomez vbi proxime, Paleotus, d. cap. 38. num. 5.*

32. *L. 9. tit. 13. part. 6. Ant. Gomez, d. n. 4. in fine.*

33. Auth. *præterea, Cod. vnde vir & vxor. Nouel. 117. cap. 5. Quia verò & Nouel. 53. cap. 6 Quoniam verò* Cõſtitutio Leonis Imperatoris, *106. de indotatis mulieribus, l. 7. tit. 13. part.* 6. *gloſa, & Bal. in l. licet, Cod. de iure dotium.*

34. D. Nouel. *79. cap. 12. §. 4. & Nouel. 18. cap. 5.*

35. Ex ſupra adductis, *n. 30. & n. 32.*

36. Ita per Bartolum *& Roderic. Suarez, Gregor. Lopez, ad l. 8. tit. 13. part. 6. in gloſa 10. verbo, meneſter, in fine.*

37. Ad *l. vnicam, Cod. vnde vir & vxor. l. vnica, ff. eodem, l. ſi ita 9 ff. de legat. 3. l. 6. tit.* 13. *part. 6. l. 23. tit. 11. par.*



*11. part. 4. Ant. Gomez, ad l. 8. Tauri, n. 20. & 21. Spino in ſpeculo teſtam. gloſ. 1. princip. n. 36. 37. & 38. Rox is, in epitome ſucceſion. cap. 33. n. 1. Donel. lib. 9. comentar. cap. 1. vbi Oſualdus, lit. K.*

38. *D. l. 9. tit. 13. par. 6.*

39. *L. ſi quis à liberis 5. §. ſed ſi filius 7. ff. de liberis agnoſcendis,* & ibi *Dioniſius, Gotofredus, litera i.*

# Pſephiſmatis XLVI.

# VIGILIA QVADRAGESIMA SEXTA.

*VENDENS NOMEN DEBITORIS ſimpliciter, an de euictione teneatur, ſi debitor ſolvendo non ſit?*

LIS QVÆDAM exorta eſt, inter Michaelem Perez, & Philippum Delgado. Hic creditum ducatorũ mille, ipſi debitum à quodam Nicolao Muñoz, dicto Michaeli vendiderat, eodẽ ferè pretio. Michael prædictus, cum debitum illud conſequi non potuiſſet, ob Nicolai pauper tatem, qui ſemeſtre à die vẽditionis tranſacto, obæratus decoxit; petijt vt præfatus Philippus pretium reſtitueret cum vſuris & damnis. Reſiſtebat venditor, notiſſima iuris ratione fulcitus: quia ipſe nomen debitoris ſimpliciter ceſſit [aut vẽdidit] quale habuit, eique traddidit, ſcriptura guarentigia mediante, cuius virtute debitum exigere poſſet. Quod ſi nõ conſequutus eſt, ipſi Michaeli imputandum, non autem Philippo venditori, qui ſolummodo nomen, ſiue creditum verum, præſtare obligatus eſt, non vero exigibilem; hoc eſt, Nicolaum debi-

debitorem eſſe, non diuitem. Ita Vlpianus. *Si nomen ſit diſtractum, Celſus libro nono digeſtorũ ſcribit, locupletem eſſe debitorem, non debere præſtare: niſi aliud convenit.* 1. Simpliciter enim & abſque vlla qualitate, creditũ quale erat, vendidit; emptor acceptauit, in cuius conſequentiam, debiti ſcripturam recepit; nihil aliud inter partes expreſsè actum eſt, ex quo deduci poſſit venditorem teneri euictionis iure, niſi ad id quod de facto eſt, non vero quod iuris; id eſt, debitorem vere eſſe, non autem locupletem debitorẽ, vel eſſe ſolvẽdo, ex communi Doctorum cõcluſione, expreſſa iurium fundata ratione 2. Bonum ſiquidem nomen fecit emptor, qui admiſit & debitorem & debitũ 3. Hinc Ulpianus 4. *Si non idoneum* (inquit) *fideiuſſorem dederit, magis eſt vt ſatisfactum ſit: quia qui admiſit eum fideiuſſorem, idoneum eſſe comprobavit.* Imputet enim ſibi, qui nõ idoneum admiſſit debitorem 5, nec qualitatem conditionem que illius à quo debitum exigere intendebat, perſcrutatus eſt 6. Quippe cũ ignotũ non ſit contrahentibus, iure permiſſum, ſe invicem circũvenire, & in re, & in pretio 7. Cœterum, quia emptor, facta nominis venditione, illud conſequi potuit. Diſtulit petere, imo nec petijt, effectus eſt non ſolvendo Nicolaus: igitur, ad ipſum cuius culpa deterius nomen factum eſt, ſpectare periculum debet, nõ ad venditorem, qui illius negligentiæ pœnam nullatenus ſuſtinere valet, nec de evictio ne teneri, etiam quocumque fortuitu caſſu, & contingentia ſuperueniente in re vẽdita, poſt contractam venditionem 8.

Sed tamen emptor nominis Michael, contrarium procedere affirmabat. Nam vẽditio ipſi facta, ita intelligenda eſt, vt vere exigi nomen venditum poſſit; quæmadmodum verba omnia cum effectu accipiuntur 9. Vnde debitor, is intelligitur (Modeſtino teſte 10.) à quo inuito exigi pecunia poteſt. Et ex diuerſo, ille vere creditor eſt, qui nulla perpetua exceptione ſubmoueri valet 11. Cui enim natura tantum debetur, vere creditor non eſt, nec ipſi (qui



(qui debet) debitor: imo nec locum debitoris tenet 12. Si ergo nullam illum credimus habere actionem, quum propter debitoris inopiam inanis exactio eſt 13: Quid à Philippo venditum fuit? Quæ actio translata eſt? non ne perpetuæ exceptioni equiualet Nicolai decoctio, cum ab eo in poſterum nihil conſequi valeat?

Etſi enim regula illa, de qua Iuriſconſultus Vlpianus, tunc locũ habere poſsit, quãdo emptor ipſe, emptionis tẽpore ſciret inopiæ debitoris ſtatum, exactionis que debiti: non tamen quando ignorauit (vti in occurrẽti caſſu) quod regulariter præſumitur, dum contrarium a debitore opponente, non probatur 14. Quin imo ex actis apparet, venditorem notitiam venditionis tempore habuiſſe, Nicolaum inopia pregrandique eſſe debitorũ ſarcina obrutum. cuius occaſione, antecedenti anno, nec debiti adhuc partem conſequi potuit. Debuerat ſiquidem, vẽditi nominis qualitatem, in ſpecie, emptori, venditionis tempore exprimere, ne alias in dolo conſtitueretur 15. Ideoque, cum ſtudioſa taciturnitate inutilis debiti actionem vendidiſſet, nedum de euictione tenetur ad reſtituendam pretij quantitatẽ (quia incepit pœnes eũ pretium eſſe, ſine cauſa 16) verùm & de dolo ad damnũ & intereſſe adſtrictus eſt 17.

Nihil ad huiuſmodi propoſitum faciunt verba illa, de qua ſupra; nempè, quod in venditionibus ſit contrahentibus licitum, ſe alterutrum circumvenire. Nam circunſcriptio hæc, non ſic intelligẽda vt dolum comprehendat, nec læſionem illam nimiam iure deteſtatam 18: ſed prudentiam quandam œconomicam, induſtriamque, ſiue ſtudium [non fraudulentum in tertij damnum] rei familiaris augendæ 19. Idem de regula, qui cum alio cõſtrahit. &c. Nam hæc in præſentiarum, vltra quod non bene combenit; intelligenda eſt, reſpectu perſonæ qua cum contrahitur, non vero reſpectu rerum contractarum, quarum qualitates reticere, ſuſpectum nimis: ideo omnes illas vendiror exprimere tenetur emptori, vt dictum eſt 20. Et quamuis

quamuis aliquam fateremur culpabilem deſidiam in emptore, rem non inveſtigante: dolus tamen in venditione, & à venditore tacente commiſſus [ex actis percipitur ſatis] præponderare, vt ad damnū & de euictione teneatur 21: maximè cum hic, de lucro captādo, ſubdolè agat; emptor verò, de vitando damno 22.

Verùm quo ad inſtantiam, diligentias que ab emptore factas, vt nomen à præfato exigeret Nicolao; conſtat, mandatum executionis petitum, expeditum & exequutū fuiſſe (intra bimeſtre a die vē ditionis) in aliquibus bonis [nō in perſona, quia latitabat, nec inveniri potuit] parvi valoris; quæ aliorum crediforū [& quidem anteriorum] oppoſitione, illicò occupata fuere. Et ſi enim certum eſſet (abſque veri præiuditio) nonomen illud venditum exigibile fuiſſe, & venditionis tempore idoneum debitorē; non ideò ſtatim liberatus erat venditor, ſed cōmodum tempus concedendum erat, intra quod petere & exigere poſſet, continuata debitoris idoneitate 23. At emptor, negligens minimè fuit, qui cum primum potuit, petijt ſtatim: quamquam multis iam retrò menſibus, ſolvendo prædictus Nicolaus non erat, præ nimio æris alieni grauamine. Ergo excuſatus, & illæſus, ab omni culpa, negligentiaque, remanet emptor 24; etiam ſi nullam in exigendo adhibuiſſet deligentiam: nam culpam aliquam nullatenus incurrit, qui ommitit facere id, quod aliàs factum profuturū non erat 25. Et proinde venditor, ad intereſſe, & de euictione tenetur: maximè inſpectis verbis ſcripturæ venditoris, ibi. *Los quales* [mil ducados] *ſe los darà, y pagarà el dicho Nicolas Muñoz, al dicho Miguel Perez, ò à quien ſu poder y cauſa huviere, realmente, y con efecto, para lo qual le entrego la Eſcritura de obligacion que de dicha cantidad me hizo.* Et poſtea aſſerit. *Yà que todo lo ſuſodicho es, y ſerà cierto, y effectiuo, y verdadero, obligo mi perſona y bienes en aquella forma que mas pueda, y ſea à mayor beneficio del dicho Miguel Perez,* &c. Quæ verba, euictionem non ſolum



ſolum de iure, ſed & de facto [hoc eſt, & verum, & bonum, exigibile que eſſe debitum] emptoris favore commonſtrare videtur 26: & ſubiecta materia id expoſcit; quæmadmodum alius quilibet actus, ab ea, interprætationem recipere ſolet 27. Itaque Senatus, ad pretij reſtitutionem nominis venditi, cum expenſis & vſuris, venditorem teneri; declarauit, Die vigeſima ſexta Menſis Aprilis, Anni, 1653.

1. IN *l. ſi nomen 4. ff. de hæreditate, vel actio. vendit.*

2. *D. l. 4. l. ſi plus 74. §. fin. ff. de euiction.* teſtantur, proſequuntur, & intelligunt huiuſmodi cōcluſionem, *Bal. Conſ. 72. ſi quæritur, n. 2. vol. 3. Surdus deciſ. 326. n. 41. & 42. Menoch. Conſ. 778. lib. 8. Barboſ. in l. æſtimatis 51. ff. ſoluto matrimon. n. 11.* cum multis *Giurba, deciſ. 77. n. 10. Mantica, de tacit. lib. 4. tit. 13. n. 5. & 10. Guzman de euiction. cap. 35. per totum, maximè n. 4. 8. & 9. Olea, de ceſion. iur. & action. tit. 7. q. 3. per totam, præcipuè n. 3 & 4. Ant. Fauer. in tit. Cod. de hæred. vel actio. vēd. definit. 15.*

3. Ita *l. inter cauſas 26. §. abeſſe 2. ff. mandati.*

4. In *l. qui ſatis dare 3. in fine, ff. de fideiuſſor. l. ſi ab arbitro 10. §. 1. ff. qui ſatisdare cogant.*

5. Ex *l. 1. §. illud 10. ff. de ſeparation. & Gotofredus, ad d. l. inter cauſas, l. iam tamen 5. § nunc videamus 3. in fine, ff. iudicatum ſolvi,*

6. Argumento *l. qui cum alio 19. ff. de regulis iuris.*

7. *L. item ſi pretio 22. §. 3. ff. locati, l. in cauſa 16. §. idem Pomponius 4. ff. de minoribus, l. ſi voluntate 8. Cod. de reſcindend. venditio.*

8. Ad *l. periculum 35. ff. de rebus creditis, l. Lucius 11. ff. de euiction. l. 1. Cod. de periculo, & com. rei vend. l. pupilli debitor 96. §. ſoror 2.* vbi Doctores, *ff. de ſolution. l. ſi delegatio 3. in fine, Cod. de nouation. Guzman de euiction. d. cap. 35. n. 60. & 61. Olea, de ceſion. iur. d. tit. 7. quæſt. 3. n. 37. & 39.*

9. *L. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque iuris, l. ſi per alium 5. §. docere, ff. ne quis*

*quis eum qui in ius vocab.*

10. In *l. debitor. 108. ff. de verbor ſignif.*

11 *L. creditores 10. l. creditor, 55. ff. de verbor ſignif*

12. D. *l. creditores 10. verſ. quod ſi, ff. de verbor. ſignificat.*

13. *L. nam is 6. ff. de dolo.*

14. Argum. *l. veriùs 21. ff. de probatio. ad l. ſuper ſervis 6. in prin. Cod. qui milita-re poſ.* vbi Gotofredus, *lit. E. Surdus, deciſ. 265. n. 6.* vided' Socin', *regul. 177. & reg. 276.* Et data paritate ignorãtiæ ſtatus debitoris, inter venditorẽ & emptorem nominis; hic potior eſt (qui agit de damno vitando) illo, qui lucrum captare intendit, *Olea, d. quæſt. 3. n. 8. Minſinger. obſervatio. 55. n. 4. & 6. centur.* I.

15. Ex *l. ſi vina, 15. verſ. plane ff. de periculo & com. rei venditæ, l. tenetur* 6. *§. fin.* & ibi Gotofredus, *ff. de action. empti, Surdus, d. deciſion.* 265. *n. 6. 7. & 8. & n. 18. in fine, Minſinger. obſervat.* 56. *centur. 1.*

16. Ex *l cum hæreditatẽ 7. in fine, ff de hæred. vel actio. vend. Anton. Fauer, in Cod. eodem tit. defin. 15. n. 3.*

17. Ad *l. quod ſi 8. l. ſervus 20. ff. de. dolo, l. ſi quis domum 9. §. 1. verſ. quid tamẽ, ff. locati, l. ſi plus 74. § fin. in fine, ff. de euiction. d. l ſi vina, in fine,* vbi Gotofredus, *l. rectiſſimè 14. ff. de liberali cauſa* & ex *Alexand. Conſ. 14. n. 3. vol. 5.* tenet *Surdus, d Conſ. 265. n. 18. Bar. in l. ſi cum dotem, §. ſi mulier, n 2. & 4. ff. ſoluto matrim. vbi Alexand. n. 4.* cum multis, *Guzman, d. cap. 35. n. 20. & 45. Olea, d. quæſt 3. n. 6 & 7. Ant. Fauer, d. tit. de hæred. vel act. o. defin. 15. & in allegat. n. 4. Minſinger. obſervat. 55. & obſeruat. 56. centur. 1.*

18. Ad *l 2. vbi Doctores, Cod. de reſcinden. venditio.* Vbi etiam Gotofredus.

19. Ad *l. in cauſis 16. § 4. ff. de minoribus,* & ibi notat Gotofredus, *lit. d. & e.*

20. Ut ex iuribus ſupra, *n. 15. cum Surdo, d. Conſ. 265. n. 6. 7. 8. & 18. in fine, Caſtillo, controuerſ. lib. 4. cap. 42. n. 100. & ſequentibus.*

21. Ut per *l. item ſi obſtetrix, in fine, ff. ad legem Aquiliam, Surdus, d. deciſ. 265. n. 18. & 19.*

22. Ex *l. fin. §. 2. Cod. de codicill. Guzman, d. cap. 35. n. 21. Olea, d. quæſt. 3. n. 8.*



23. Vt optimè *Guzman, d. cap. 35. n. 29.* Nomen debitoris decoctioni proximi vendens; emptori obligatur ad intereſſe, & euictionis recurſui obnoxius manet ex ſuo dolo, dum ſciens id fecit. Proximitasque illa, ad ſex menſes iure Regni reducitur. Sed iure communi, iudicis relinquitur arbitrio, *Carleual., de iudicijs, lib. 1. tit. 3. diſput. 6. n. 29. 33. & 34.*

24. Olea, *d. quæſt. 3. n. 38.* cum alijs ab eo adductis, *Ant. Fauer, in Cod. tit. de pignoribus, definit.* 29.

25. Ex *l. fin. §. 1. verſ. ſed vt quid, ff. quis ordo in bonor. poſeſ. l. ſi alius 7. §. 4. verſ. idem ait eſſe, ff. quod vi aut clam, l. fin. §. ſi ea conditione, 1. ff. ad legem Rhodiam de iact.* cum alijs *Olea, d quæſt. 3. n. 40. Bal. Conſ. 145. n. 3. vol. 3. Guzman, d. cap. 35. n. 35. 36. & 37. per l. 2. §. penult, ff. ad S. C. Tertyllian.*

26. Ex Decio, *Conſ. 102. col. 2. verſ. & maxime, Rota Genuens. deciſ. 156. n. 3. Menoch. Conſ. 778. n. 2. Corneus, Conſ. 141. n. 1. 2. & 11. lib. 2. Mantica, de tacitis, lib. 4. tit. 13. n. 11.*

27. Cap. *intelligentia 6. de verbor. ſignificat.* & ex *Euerardo in ſua Centur. legal. in loco, à ſubiecta materia, Menochi. vbi proximè, n. 7.*

# Pſephiſmatis XLVII.

# VIGILIA QVADRAGESIMA SEPTIMA.

*OFFICIVM SEMEL DATUM (MAXImè ad nutum concedentis) an ad ipſius libitũ adimatur?*

ADEÒ EXAGITATA huiuſmodi quæſtio eſt, vt meritò dici poſſit, Regiæ legis indigere deciſione. Quãdo quidẽ fateantur non nulli, iuriſdictio-

ctionem alicui ad vitam conceſſam, officiaque Magiſtratibus itidem data, Principem quandocumque abſolutè auferre poſſe. Eodem enim iure quo Pōtifex Summus, poteſt beneficia tollere; poterit & Rex, qui eandem in Regno ſuo poteſtatem habet, quoad officia: in quibus regula de iure quæſito nō tollendo, minimè procedit 1. Dantur regulariter à Principe officia, ſub eius beneplaciti clauſula; & beneplacitum extinguitur morte 2. Fortiùs igitur finem accipiēt cōtraria expreſſa voluntate, hoc eſt, formali reuocatione 3. Maximè cum ſēper præſumatur cauſa (& quidē iuſta) in Principe 4. Cuius ſuprema poteſtas, nullis ſubiacet regulis, niſi legi diuinæ, vel naturali ſolū 5: lex animata eſt, de qua nec diſputare licet 6. Quis ergo Principi, eive qui ſupra leges eſt, neç vlli adſtringitur formæ, & cui ſuficit pro ratione volūtas 7, dicere poterit, *cur ita facis?* Et quod conceſſio alicuius gratiæ, ſicut mera fit voluntate, mera quoque voluntate revocetur, ita quod nulla neceſſaria ſit cauſæ expreſſio, ſentiunt non nulli 8. In alijs etiam inferioribus ius idem procedere, nec diffitentur: ita quod Epiſcopus, conſtitutum à ſe Vicarium; Gubernator, Aſſeſſorem; Corrector, Locumtenentem ſuum; Dux militaris, ſigniferum; Caſtellanus, ſubſtitutum, liberè revocare poſsint, 9. Nam nominandi facultas, habet etiā in ſe reuocandi facultatem. Ideò Iuriſconſultus, 10. *Sicut mandare*, inquit, *iuriſdictionē, aut non mandare, eſt in arbitrio Proconſulis, ideo adimere mandatam iuriſdictionem licet quidem Proconſuli.* Hinc Medicum à Republica electum & approbatum, reprobari poſſe, tenet Modeſtinus 11. Et de Locumtenente, eſt lex Indiarum expreſſa, aſſerens 12. *Que los Gouernadores nombren los Tenientes que huvieren de tener; y los puedan quitar y remouer, ſin que las Audiencias ſe entremetā en ello, ni ſe lo impidan, ni buelvan à poner.* Iuſtū enim eſt, vt is qui officialem nominat ad ſuæ conſcientiæ exhonerationē. illum liberè reuocare valeat: maximè ſi de miniſtri iſtius factis, in vtroque Syndicatu, rationem Deo, & Principi reddere tenetur. Hoc ſiquidem caſſu, cum ſatisfactus eſſe debeat de nominatione, exercitioque officialis, ſecundum ipſius nominātis conſcientiam: abſque recurſu [in exteriori foro] & abſolutè, ab officio illum poterit removere, quotieſcumque ſuæ conſcientiæ non fiat ſatis 13. Faciliùs remotio huiuſmodi procedet, ſi nominatio fiat cum clauſula, vel clauſulis, *Mientras fuere mi voluntad*, aut. *Que pueda quitarlo, y removerlo à mi arbitrio. Quando quiſiere libremente, con cauſa, ó ſin ella.* Tunc enim, ad libitum & abſque cauſa tollitur 14., cum fraudari minimè videatur, nec de iniuria iuſtè conqueri poſsit, qui pacto cōſenſit 15: & quæ præcario conceſſa, placito concedentis ſuſtinentur, & revocantur 16.



Attamen ſupponimus, Magiſtratus ad Principis beneplacitum creati, officia que ad nutum data concedentis (cum nullo limitentur tempore) perpetua reputari 17. Idque colligitur ex diſpoſitione Regia, in ijs Indiarum partibus, qua neceſſum fuit limitare *beneplacitum*, ne aliàs perpetuum videretur; ita 18. *Que no embargante que los titulos de Virrey digan, que vsē los cargos por el tiempo que fuere la voluntad del Rey; los vsē ſolos ſeis años.* Ideo, nec immerito conſentiunt plurimi: iure Principe, legibus inſpectis, nō poſſe (directiue loquamur, nō coactivè) miniſtros, officiarios ve ſuos, abſque culpa & iuſta cauſa removere, vel privare 19. Electio enim [vt in plurimum] meritum preſupponere videtur: hac ſemper præſumptione fulcitur. Quare Imperatores inquiunt, 20. *Sacrilegij enim inſtar eſt, dubitare an is dignus ſit, quem elegerit Imperator.* Si ergo meritum adeſt in electo, quomodo ſine demerito (notorio, aut legitimè probato) quis ſuo munere, exercitio, & authoritate ſpoliabitur? Quotieſcumq̄ agitur de tertij preiuditio, non arbitrium abſolutum, ſed ad iuris & rationis metas regulatum, accipiendum 21; nam quoad bonos, probosque viros, fama æquiparatur vitæ: quinimo honor, vita maior eſt,

eſt, 22, & maximo afficitur dedecore, qui ab officio removetur 23. Hinc Fredericus Aragonius, Siciliæ Rex, cum ei nuntiatum eſſet, Gubernatorem ſuum, Vrbem Cataniam, Duci Calabriæ traddere velle: mile Civitatem illam perdere [ reſpondit ] quam miniſtrum inauditum, tali dedecoris nota inurere 24. Principũ quippe, & maximè iuſtorum eſt, dicere (& adimplere) *id poſſumus, quod iure poſſumus* 25. Nec decet ſuum ſemel conceſſum reuocare ſiue cauſa, beneficium: illeſaſque à ſe factas liberalitates ſervare, Regię Maieſtatis proprium eſt 26, & conſtanter perſiſtere in collatis beneficijs, ſicut in cœlo Polus, habereque vnum calamũ, vnumque os, vt proferat, *quæ ſcripſi, ſcripſi, & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita* 27. Deteſtantur ſiquidem leges, quem abſolutè, inauditum, culpa maximè carentem, punire, vel officio ſpoliare: vnde decreta huiuſmodi, nec executioni mandantur 28.

Hoc tamen regulariter. Nec enim in ſupremo Principe, ſemper ea quæ in inferioribus requiruntur, neceſſariò concurrere debent, vt ſine cauſæ expreſione, validè & iuſtè officia poſſeſſoribus nequeat auferre. Cum in illo nedum ſemper cauſa [ & iuſta, vt dictum eſt ] præſumitur, (quemadmodum & voluntas iuri conſentanea 29) verum & quãdo deffectꝰ miniſtri, notorij ſunt & Principi. Ita lex, *Salvo en el caſo que el maleficio, que aya cometido ſea notorio, y nos ſeamos certificados bien dello.* 30. Item, quotieſcumque remotio publicę cõvenit vtilitati, quæ ſemper priuato commodo præferri debet 31. Hinc Philo dicebat. *Debent enim parvæ res, magnis cedere, priuatæ publicis, quibus perditis, leges quoque & patriæ inſtitutæ pereũt,* 32. Et M. Tul. Cicero, ſemper graues [inquit 33.] & ſapientes iudices in rebus iudicandis, quid vtilitas Ciuitatis, quid communis ſalus, quid Reipublicæ tempora poſcerent, cogitauerunt. Eo enim caſu, etiam ius parti quæſitũ, non iniuriè Princeps tollere poterit, & tertio præiudicare 34: maximè (vt in præſentiarum)



tiarum) quando ipſe cauſa fuit, vt illi tertio ius quæreretur. Et intuitu publicæ vtilitatis, etiam contractum cum ſubdito celebratum, poterit revocare 35. Similiterque, quãdo nutualis officij remotio, vtilitatem ſolummodo reſpiceret pecuniariam 36.

Inferior autem poteſtas, non ita amplè iure huiuſmodi vti poterit, legibus, Doctorumque ſententijs prædictis reclamantibus. Si quidẽ fortioribus adſtricti ſunt vinculis, ne quem officio priuare valeãt inaditum, & ſine iuſta cauſa 37. Quæ ſententia, nõ ſolum iure inſpecto credimꝰ probabiliorem [quidquid in puncto iuris, veriorem exiſtiment alij contrariam 38: cum nec iura facilè inventu ſint, quæ ad libitum ſpoliationem tertij poſſidentis, inauditi, ſine cauſa, & in honoris proprij, famæque detrimentum, omni æquitate, naturalique adverſante ratione, calificent] ſed & communi praxi, vti iuſtiſſima, recepta, & à Supremis Regijs Tribunalibus admiſſa, manutentionibus, remedijs que adiuta poſſeſſorijs, ne quem poſſidentem exercentemque iuſtè & pacificè officium, inauditum, indefeſum, deſpoticè, & ſine cauſa remoueant, ſpolientve 39: etiam ſi ad remouendum, & hac vtendum facultate, adſit in conceſſionibus, vel titulis, clauſula, *como, ò quando le pareciere,* 40. Nam verbum *videbitur*, & verba, *ad beneplacitum*, de iuſta voluntate intelligenda, & boni viri denotant arbitrium 41. Aliàs dabitur [vt dictum eſt] ſpoliato, manutentio, & procedet quo ad vtrumque effectum appellatio 42. Peccabitque mortaliter ſic ſpoliationem perpetrans, & ad intereſſe tenebitur 43. Spoliatus que ſi de facto privetur, & eijciatur; illicò reſtituendus eſt, & cum fructibus 44. Id enim verbi *reſtituere* natura expoſcit 45. Nec Vicarius Epiſcopi, Notarius, & alij Officiales [etiam ad beneplacitum prouiſſi] abſque iuſta cauſa removeri poſſunt 46. Ea autem ſuperveniente, aliud prò cedet, ex dictis: nam quæ de novo emergunt, novo indigent remedio 47. Et ſine cauſa [hoc eſt, deducta, nec probata in iuditio] diſſicultèr ad

huc obtineri poterit in miniſtris inferioribus, Alguazellis, Satellitibus, Apparitoribus, Portarijs, Spiculatoribus, Lateronibus, Stipatoribus, & hijs ſimilibus, æqualibus, vel minoribus: qui forte [ inſpecta eorum non ſana, vt in plurimum, præſumptione, & opinione ] poterunt dũ infeſti in exercitio notantur, à iudicibus remoueri, & abſque dilatione manumiti, appellatione non obſtante, vt in poſterum ſcandala, & quærimoniæ ceſſent 48.

In Locumtenentibus tamẽ, maximè Correctorum, Gubernatorum que ( de quibus nobis quæſtio ) magna eſt vtẽdum circumſpectione; ne inauditis, & abſque iuſtiſſima cauſa removeantur. Tum ob illorum qualitates, qui ferè ſemper literis & honore fulgent 49. Tum & etiam, quia ex huiuſmodi remotione [ vt ſupra dictum eſt ] magnum quis patitur dedecus, notatus que apud omnes remanet, ob delicti, vel diſidentiæ (quæ illicò ſeſe illis offert) preſũptionem. Inſuperque honor & meritum, etiam exacto & cõpleto officio, ipſis debitum, nedum læditur & vulneratur, ſed & adimitur in totum 50. Quæ vt obuientur, lege peculiari Indiarum ſtatutũ reperitur 51. *Que los Tenientes den fianza de dar reſidencia; y no puedan ſer remouidos ſin cauſa.* Nec obſtat, quod à Correctoribꝰ nominati, ab eis iuriſdictionẽ habeant: vnde, ſicut mandare iuriſdictionem [ vt inquit Iuriſconſultus ] aut nõ mandare in arbitrio eſt Proconſulis; ita adimere iam madatam, ei licet. Nam adhuc eo caſu, Proconſul per ſe, & inconſulto Principe, non reuocat iuriſdictionem. ibi. *Nõ tamen debet inconſulto Principe hoc facere.* Et in delegata iuriſdictione, huius reuocatio ad libitum non fit [ maximè in tertij præiuditium ] per inferiorem à Principe: nec adimitur alicui, vt alteri detur, ne primo delegato iniuria fiat 52. Ultra quod Locumtenẽtes, non à Correctorum vel Gubernatorum abſoluta voluntate depẽdent: nam quam uis ab eis nominentur, cum & approbentur (regulariter) à Senatu, in eo que iuramentũ præſtent 53; omne à confirmante robur mutuaſſe cenſẽ-

tur



tur 54. Vnde illorum revocatio (etiam cum cauſa) non Correctoribus, ſed Senatui, aut ſaltem Senato conſulto, illis [ parte audita ] conceditur 55. Hinc, Ciuitatis defenſor, qui olim à Præfecto prætorio cõfirmabatur (poteratq; creari & deponi) nequaquam à Prouinciæ iudicibus deponebatur: imo confirmans, ad hoc erat præciſè conſulendus, ex Iuſtiniani Conſtitutione 56. ita. *Non habente licentiam clariſſimo Prouinciæ iudice remouendi eum:* (defenſorem) *ſed ſi quid videatur agere non recte, nuntiare ad glorioſiſſimos præfectos, vt inde ei fiat Curæ priuatio, vnde etiam datur.* Cœterum hodie [ iure & cõſuetudine Regni ] Locumtenentes prædicti Gubernatorum, Correctorumve, non delegati, nec delegatam exercent iuriſdictionem; ſed ordinariam, cum à lege ipſis detur 57. Ideò nihil obeſt ſupra adducta Proconſulis conſideratio, reſpectu ſui Legati. Nec item alia, nempè, electum ſemel & approbatum, reprobari poſſe: nam illud, cum cauſa intelligendum, vel cum publica ſubeſt vtilitas. Quæ ſufficiens cauſa eſt, vt Ordo, vel Republica, electum iam ſemel ab eis, improbent poſtea, ſi publico deprehendant bono, inutilem vel noxium. 58.

In cauſa T. Gubernatoris Prouinciæ de N. qui Locum tenentẽ ſuum, officio & exercitio depoſuit: recurſu ad Senatum per appellationem introducto, viſo proceſſu, reuocata fuit Gubernatoris ſentẽtia, reſtituto Locumtenente; quia is nec accerſitus ad cauſam, nec auditus; & quia incõſulto Senatu, ad executionem priuationis Gubernator proceſſit. Sed tamen poſtea, iterum parte præſente inſpecta cauſa [ ritè actuata ] viſis que remotionis meritis per Senatum, ad depoſitionem peruentum eſt. Sine Die, & Anno, honoris intuitu.

1. BAl. in *l. reſcripta, Cod. de precibus Imperat. offeren. n. 13. Thom. Gramatic. voto 28. n. 10 Faner, in §. cum autem, Inſtit. quibus modis ius patria poteſt. ſolvit. n. 4. Xuarez allegat. 12. n. 32. in fine, Mieres, de maior.*



*part.*

*part. 4. quaſt. 10.* *Bal. in l. qui ſe patris 3. n. 33. Cod. vnde liberi, l. 5. tit. 5. part.* 1. vbi Gregor. Lopez, *gloſ. 21. Alfaro, de offic. fiſcal. gloſ. 12. n. 6. & 7. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quaſt. 55. n. 4.*

2. Ita ex Petro *Gregorio, lib. Syntagm 47. cap. 20. n. 6. & 9.* & *de Repub. cap. 1. num. 34.* vt per *Oſuald. ad Donel. lib. 17. com. cap. 8. ad fin. liter. o, o, o.*

3. Ad *l. ſi vero 22. §. ſi mandauero 16. ff. mandati.*

4. Alfaro, *de officio Fiſcal. gloſ. 12. n. 6.*

5. Bal. *in cap. cum veniſſent, de iudicijs.*

6. Ex *l. proſpexit* 12. *ff. qui & á quibus, Alfaro, d. gloſ. 12. n. 7.*

7. Ex *l. 1. ff. de conſtitutio. princip. Bal. in l. impetrata 3. Cod. ſententiam reſcindi non poſſe, n. 7.* & per Dominic. *in cap. ſi gratioſa, de reſcriptis in 6. poſt gloſ. verbo á Romano, Gregor. Lopez. ad d. l. 5. tit. 5. part. 1. gloſ. 21. in prin Matienzo, ad l. 6. tit. 10. lib. 5. recopil. gloſ. 2. n.* 4. per *l. diſputare, Cod. de crimine ſacrileg.* (Et ſi lex huiuſmodi, non loquatur de poteſtate Principis; ſed de iuditio electionis perſonæ, *vt per Faquineum, Controuerſ. iuris, lib. 7. cap. 50) Alfaro, de officio Fiſcal. gloſ. 12. n. 7.*

8. Ad *l. 15. tit. 10. lib. 5. recopill. Petra, de poteſtate Prin. cap. 24. n. 218. Afflictis, deciſ. 128. n. 10. Mariſcot. variar. lib. 2. cap. 30. n. 9. Molina, lib. 4. cap. 3. n. 20. Sanchez de matrim lib.* 8. *diſputat. 33. n.* 11 *Suarez, de legibus, lib. 8. cap. 37. n. 7. & 10. Gregor. Lopez, ad l. 3. tit. 13. part. 6. verbo*, mugeres, *quaſt. 29 Couarrub. var. lib. 3. cap. 6. n. 1. Burg de Paz, in prohem. ad l Tauri, n. 325. Gonzalez, in regul. 8. de menſibus, gloſ. 35. n. 32. Garcia, in addition. ad tract de beneficijs, part. 3. cap. 7 n. 22.* cum alijs a ſe adductis, *Valenzuela, Conſ. 101. n. 10. vol. 2.*

9. Ex Clement. *& ſi principalis*, vbi gloſa & Doctores, *de reſcriptis, Rebuf. in pract. tit. forma vicariatus Archiepiſcopo. n. 192. & 224. Bal in l. iuditium ſoluitur, ff. de iudicijs, n. 2. Ioan. Gutierr. de iuram. confirm. par. 1. cap. 1. n. 86.* cum multis Bobadilla, *Politic. lib. 1. cap. 16. n. 9. &*

*10 Gar-*



*10. Garcia, Valenzuela, cum alijs, vbi ſupra proximé* Refert Solorzano *de iure Indiarum, lib. 3. cap. 13. ex n. 60.* & in Politica, *lib. 4. cap. 13. pag. 608. verſ.* Lo que la tiene mayor. Quod procedere, refert ex prædictis, etiam ſi tempore nominationis, iuramentum de non revocando interveniat. *d. lib. 3. cap. 8. num. 48.* Sed hoc durum ſatis, nec facilé iure probandum: *ex infra dicendis*

10. *L ſolet. 6. §. ſicut 1. ff. de offi io Proconſ.* conſonat *l. iuditium 58. ff. de iudicijs.*

11 In *l. vt gradatim 11. §. 3. ff. de muner & honor. l. ſi duos 6. § ſed & reproba 16. ff. de excuſatio. tutor. l 2 Cod. de profeſſor. & medicis.*

12. *L. 29. tit. 4. lib. 4. recopill leg. Indiar.* ex Schedula, *dat. Matrit. 7. Iulij, & alia dat. 14. Septembris, Anni 1591.*

13. Ex *cap. ſtatutum §. Aſſeſſorem, de reſcriptis in 6.* cum alijs ſupra, *vigilia* 43. *per totam.*

14. Gotofredus, *ad l. iuriſperitos, ff. de excuſation. lit. b. Guido Papæ, deciſ. 475. n.* 1. *Bar. in l. cum quidam, in prin. ff. de legat 2.* ita ex *l. Imperatores, ff. de iure fiſci, l.* 1. *tit.* 16. *lib. 5. recopil. Mantic. de conventio, lib. 12. n. 32. tom.* 1. cum alijs iuribus & Doctoribus, quos refert, tenet Solorzano, *de Indiar. Gubern. lib. 3. cap* 13. *n. 67.*

15. *L. qui autem, 6. §. preterea, ff. quæ in fraud. creditor l ſi Titius 49. ff. de fideiuſor. l. nemo, 188, ff. de regul iuris.*

16. Ad *l. ait prætor* 2. §. *2. ff. de precario.* In inferiorib⁹ tamen, hoc intelligendum videtur, dũ non officiales damno afficiant, vel omni commodo priuent, *vt per l. in commodato,* 17. *§. ſicut autem, verſ. atque intempeſtivé, ff. commodati, Gracian. Diſputatio. forens. tom.* 1. *cap.* 167. *n.* 16.

17. Ad *l. iuriſperitos 30. ff de excuſation.* vbi Bal. *n.* 1. *& 2. Burgos de Paz, Conſ. 21. n. 5. Gregor. Lopez, ad l. 6. tit. 4 part. 3 gloſ. 5 in fin. Padilla, in l cum quis, Cod. de iuris & facti ignoran. n. 34. Barboſa, in l. quia tale, ff. ſoluto matrim. n. 89. Ceball pract quæſt. 425. n. 15. 16. &* 24. *Lara, de Capellan. lib. 2. cap. 6. num.* 11 *& 12.*

18. I ſt

18. Eſt *l. 7. tit. 3. lib. 4. recopiliat. legum Indiarum.*

19. Ad *l quod ſemel 5. ff. de decret. ab ordine faciend. l. Pomponius 10. ff. de ne otijs geſtis, cap. dilectiſſimi, in fin. 7. quaſt. 2.* vbi gloſ. *verbo, indicari, cap. horrendus 32. quaſt. 5. Bar. Bal. Albericus,* & communiter Doctores *in d. l. iuriſperitos, Beer. deciſ. 149. n. 11. & ſequent. & de authoritate magni Conſ. n. 154. Menoch. de arbitr lib. 1. caſ. 55. n. 6. & 7. Capicius, deciſ. 121. n. 5. Gracian. diſcepta. forens. cap. 167. n 47. & 48.* cum multis, *Suelves, Conſ. 3 n. 13. ſemicent. 1. Ceball pract. quaſt. 425. n. 15. 18. & ſequent Burgos de Paz, Conſ. 21. Azebedo, ad l. 4. tit. 25. lib. 4 recopill n. 6. Bar. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi, verſ. tertio quero, ff. de noui operis nuntiat.* ( Et in Pontifice Maximo, quoad beneficia Clericorum, *Rebuf. tract. Nominationum, n.* 56 ) *Petra de poteſtate Princip. cap. 29. n. 24. & 27. Salgado de Regia protectione, part. 3. cap. 2. n. 61. & 62. l. 2. verſ.* e otro ſi, *tit. 10. part. 2. vbi Gregor. Lopez, gloſ.* 8. & pro multis, docté, eruditèque, *Larrea, deciſio. Granat. 2. per totam,* cum alijs *infra, n. 37.*

20. In *l. 3. Cod. de crimine ſacrilegij.*

21. Menoch. *de arbitr. lib. 1. caſ. 7. n. 57. & infra, n. 41. & ſeq.*

22. *L. iuſta 9 in prin.* vbi *Gotofredus, ff. de manumiſſis vindicta, l. iſti quidem 8. §. quod ſi 2. ff. quod metus cau.*

23. Ad *l. cognitionum 5. ff. de varijs & extrar. cognit. l. teſtamento, 51. in fin, ff. de manumiſſis teſtamento.*

24. Tradit Zurita, *Annal. Aragon. lib. 4. cap. 41.*

25. Ad *l. filius qui, 15. ff. de condit. inſtitu. gloſ. verbo, poterit, in Clement. 2. de verbor. ſignific. Andreas Gaill, obſervat. lib. 2. cap. 56 num. 9. & 10.*

26. Nouel. *10. de referendarijs, §. 1. verſ. propterea, Nouel. 81. tit. Conſtitutio quæ dignitatibus, cap 2. in fine, cap. decet 16 ff. de regul. iur. in 6. Bal in prohem. decretal. verſ. Rex pacificus, n. 12.* ad id Seneca, *lib. 6. de beneficijs, cap. 1.*

27. Ita refert Bal. *Conſ. 327. n. 4. lib. 1 Decius, Conſ. 588. num. 19.*

28. Ad



28. Ad hoc. *l. 7. tit. 13. lib. 4. recopil. & l. 6. l. 13. ad medium, tit. 10. recopill.* vbi Matienzo, *gloſ. 2. n. 2. l. 3. tit. 18. lib. 8. recopil. l. 2. 3. & 7. Cod. de precibus Imperat. offer. l fin. Cod. de location. prædior. ciuil. l. de contractu 3. Cod. de reſcind. venditio. l. ſi donationem 5. Cod. de reuocād. donatio. l. ſi teſtamentum, 10. Cod. de teſtamentis.*

29. Per *l. ex facto, ff. de vulgari, Faquineus, Controverſ. iuris, lib. 7. cap. 33. verſ. Porrò dato, & lib. 8. cap. 63.* ad hoc videndus cum Gaill, *obſervat. 58. lib. 2. Menoch. lib. 2. præſumptio. 10. & Alciat. præſumptio. 8. regul. 3.*

30. *D. l. 3. tit. 18. lib. 8. recopillatio.*

31. Ad *l. vtilitas 3. Cod. de primipilo, cap. Imperialis, in prin. tit. de prohibita fœudi alienat. per Lotharium. lib. 2. Fœudor. l. vnica, §. fin. Cod. de caducis tollen. Nouel. 39. cap. 1. verſ. ſancimus enim, in fine,* vbi Gotofredus, *l. ita vulneribus, 51. §. 2. verſ. multa, ff. ad leg. Aquiliam.*

32 Philo Iudeus, *lib. de Legatione, ad Cayum, fol. mihi,* 626.

33. M. Tul. Cicero, *in Oratio. pro L. Flacco, ad fin.* Memorabile exemplum relatum à Iuſtino, *hiſtor. extern. lib. 31. propè fin. verſ. Primò igitur.*

34. Ad *l. lex Cornelia 5. §. fin. in fine, ff. de iniurijs,* ex alijs iuribus, *Ant. Gomez ad l. 50. Tauri, n, 39. verſ. Quinto facit, Faquineus, Cōtrouerſ. iur. lib. 8. cap. 63. verſ. quinta quæſtio. & verſ. probatur igitur.* Ex communi Doctorum ſententia *Gaill, lib. 2. obſeru. 56 n. 12. & ſequent.* Dixi *in* Diſcurſo polit. de las preſas, §. 133. *in fine,* Alias (ſine iuſta, æquali, aut maiori cauſa) regula erit obſervāda: Principem, etiam de plenitudine poteſtatis, ius alicui quæſitum auferre non poſſe; niſi tantundem reddat, & reſartiat de ſuo: vti notatur *in l. item ſi verberatum 15. §. 1. & 2.* vbi gloſ. & Gotofred. *ff. de rei vendicat,* & in *l Lucius 11. ff. de euiction.* ad id, *l. Antiochenſium, 37 ff. de bonis aut hor. iud. poſſid.* [ alias eſt, *de priuileg. creditor* ] vbi gloſ. & DD. *in l. fin. Cod. ſi contra ius vel vtilitat. publ.* facit *l 30. tit. 18 part. 3.* Quæ & alia adducit

ducit *Anton. Gomez, variar. reſol. tom. 3. cap. 13. de tortura reor. n. 39. in prin. & verſ. ſed his non obſtantibus.*

35. Ut per Roſental. *de Fœudis, tit. de regalijs, concluſ. 86. n. 4 Zaſius, de Fœudis, p. 8. n. 75.* & in *l. Princeps, ff de legibus, n. 13 Alexand. Cōſ. 216. lib. 2. Burſat. Conſ. 54. n. 17. Bellon. Conſ. 5. num. 6. Socin. Iun. Conſ. 94. n. 14. lib. 2. Franc. Marc. deciſ. 528. n. 12. lib. 1.*

36. Ad Clement. *1. verſ. præmiſſa veró, vbi* gloſa & Doctores, relati *à Gonzal. regul. 8. gloſ. 5.* § 6. *n. 53. Azebed. ad l. 4. tit. 25. lib. 4. recopill n. 6. & 7. Gutierr. lib. 3. quæſt. 11. n. 21. Caldas, Pereira, Conſ. 1. Menochius de arbitr. lib. 1. caſ. 55. n. 16.*

37. Ad *tex. in cap. conquerente 7: de reſtit. ſpoliat. cap. ſatis perverſū, 7 diſtinct. 56. cap. geſta 2 in fine. diſtinct. 74. cap inventum eſt. 38. 16. quæſt. 7. l. 23 tit. 7. par. 1.* vbi Gregor. Lopez, *gloſ. 1. Rebuf. de muneribus Regis Franciæ, verſ. 114. incip.* pro qua ratione ego adduco, *& ad leges Gallias, tract. de materijs poſeſſorijs, artic. 4. gloſ. 1. n. 9.* cum alijs á me *ſupra, num. 19.*

38. Ex ijs, D. Ioan. de Solorzano, *de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 13. n.* 68. Et ſi antea *cap. 8. n. 48.* veriorem, receptioremque contrariam opinionem, fateatur.

39. Vti ex Ioan. *Gutierr. pract lib. 3. cap. 11. Ceball* de las fuerzas. *part. 2. quæſt. 62. n. 51 Maſtrill. de magiſtrat. lib. 1. cap. 27.* cum alijs, Solorzano, *d. lib. 3 cap. 8. n. 48. & cap. 13. ex n. 68. & in Polit. lib. 4. cap. 13. pag. 608. col. 2. verſ.* Por manera.

40. Gracian. *diſcept. forens. tom. 1. cap. 167. n. 41. Menoch de arbitr. d. caſ. 55. num. 11 & 12.*

41. Ad *l. fideicommiſſa 11. §. quamquam, 7. ff. de legat. 3. l. Thais, 41. §. ſorore. 4. in fine, vbi Gotofred. lit. i. & l fideicommiſſa, 46. §. quod ſi, 3. verſ. nam & eam, ff. de fidei om. libertat Nabarr. Cōſ. 11. in fin. lib. 3. tit. de ſtatu Monachor. Gracian. vbi proxime, & tom. 3. cap. 590. n. 13. Corneus, Conſ. 92. n. 11. lib. 2. Menoch dicto caſ. 55. n. 11.*

42. Cap. *ſepe 44. de appellatio. in gloſ. verbo, rata manente ſententia, in fine,* vbi *Abbas,*

ducit



*Abbas, n. 14. Nauarr. vbi ſupra proximè,* cum alijs *Salgado, de Regia protect par. 3. cap. 8. num. 1. Gracian. d. cap. 167. n. 23.*

43. Cap. *grauis, 11. de reſtit. ſpoliator. Suarez, tom. 4. Diſput. 28. aſſertio. fin. n. 7.*

44. Cap. *1. & ibi gloſ.* reſtitui, *cap. conquerente, cap. grauis, de reſtit. ſpoliat. Gracian. d. cap. 167. n. 52.*

45. Ad *l. plus eſt, 22. l. reſtituere, 35. l. hæc verba, 37. l. reſtituere 75. ff. de verbor. ſignificatio.*

46. *Riccius, collectan, 1062. in fine, part. 5. Barboſ. de offi io Epiſcop. allegat. 54. n. 171. Ceball. commun. quæſt. 425. n. 14. 15. & ſequent. & n. 27 Gracian. d. cap. 167. n. 23. & 24.* cum alijs ſupra adductis, in allegation. *num 19 & 37.*

47. *L. de ætate 11. §. ex cauſa, 8 ff de interrog. actio.* vbi cum multis Gotofredus, *l. 1. in prin ff. de ventre inſpic. l. plane, ff. vt in poſeſſ o legat. cap. inſinuatione 25. de officio deleg cap. paſtoralis, 4.* vbi gloſa, *verbo, de nouo, de exception*

48.. Ita Salgado,, *de Regiæ protect. part. 3. cap 8. n. 5.* ex Bobadilla, *Polit. lib. 1. cap. 13. n. 37. & lib. 2. cap. 17. n. 48. ad finem.*

49. Doctè proſequitur Bobadilla, *Politic. lib. 1. cap. 16. ex n. 16. & n. 49.*

50. Ad *l. Decurionibus, in fine, Cod. de ſilentiarijs, lib. 12. l. quicūque, Cod. de diverſ. officijs, l. teſtamento Centurio 51. ad fin. ff. de manumiſ. teſtamen. l cognitionum 5. §. 1. & 2. ff. de varijs & extraordin. cognit.* cum alijs per *Bobadil. vbi ſupra proximè.*

51. *L 40. tit. 4. lib. 4. recopil. Indiar.* ex Shedula *dat. Matriti, Die 25. Martij, Anni 1620.*

52. Vt per *Gregor. Lopez, ad l. 21. tit. 4. part. 3. gloſ. 1. verbo,* revoca el mandamiēto

53. *L. 44 & l 53 tit. 4. lib. 2. & l. 11. cum l. fin. tit. 5. lib. 3. recopill Caſtellæ, & l. 30. l. 34. tit. 4. lib. 4. recopill. Indiar.*

54. Ad *l. 1. §. ſed neque, 6. in fine. Cod. de veter. iure è nuclean, cap. 1. in fine, de tranſactionibus, cap. quoties 2. de pactis, Bald. Conſ. 501. vol. 5. Gutierr. pract. lib. 3. quæſt. 17. & 18. n. 121. Gaill, obſervat.*

*ſervat. 1. num. 18 & 19. lib. 2. Bobadill d. lib. 1. cap. 16. n. 25. & 27.*

55. Vt per eundem *Bobadill. d. cap 16. n. 25. & ſequent. & n. 35. & 36.*

56. Auth. *de defenſor. Ciuitat.* quæ eſt, *Nouell. 15. cap. 1. §. ius iurandum, in fine, vbi Gotofredus.*

57. Vt per *leg. Regni ſupra, Couarr. var. lib. 3. cap. 20. n. 4. Parlador. rer. quotidian. lib. 2. cap. 1. n. 10. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap 25. n. 11. & 12. in fine, Maranta, de ordin. iuditior. 4. part. diſtinct. 5. n. 17.*

58. Ad *l. quod ſemel, 5. ff. de Decret. ab ordine facied. l. ſi duos, 6. §. ſed & 6, ff. de excuſatio. tutor.* vbi Gotofredus, *l Grammaticos, 2. Cod. de profeſſor. & Medicis.*

# Pſephiſmatis XLVIII.

# VIGILIA QVADRAGESIMA OCTAVA.

## *AD MVNVS IVDICANDI ACceptandum & exercendum, an quis compelli poſsit?*

ARDVVM QVIdem onus, ſatiſque ſubiectũ fortunæ iudicandi & regendi munus 1. Exclamat Tullius Cicero 2. *O miſeras conditiones adminiſtrandarum Ciuitatũ & Prouinciarum in quibus diligentia plena ſimultatũ eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernitioſa, fraus hominum familiaris, multorum animus iratus iracundæ occultæ, blanditiæ apertæ, venietes Pratores ſpectãt, præſentibus inſerviunt, ab euntes deſerunt.* Nudæ incũbere iuſtitiæ, mundaniſque obſecundare reſpectibus, deſervire commoditatibus, philautiæ, philargyriaque vti; nõ bene conueniunt: nec tam diverſa interſe, ſimul conſiſte repoſſunt. Nemo enim [dicente Salvatore noſtro] duobus poteſt dominis, hoc eſt, Deo & Mammonæ, ſervire: aut vnum ſuſtinebir, & alterum contemnet 3. Undique periculum. Ratio, æquitas, & iuſtitia, tunc deſpiciuntur; cũ terrena temporaliaque diliguntur. Hæc, in iudices cõſpirant iuſtos, dum illa amplectuntur, proſequuntur que. Rogatus Chriſipus cur ad Rẽ publicam non accederet adminiſtrandam? Quia [inquit] ſi malè adminiſtravero, Deos: ſi benè Ciues iratos habeo 4. Odit mundus quos nec ex mundo ſunt. Inviſſi Deum ſequentes. Sed á Domino conſolati, dicente. Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit: ſi de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret, quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mundus 5. Et alibi: Beati eritis cum vos oderint homines, & perſecuti fuerint propter me: gaudete quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Et iterum. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum 6.

Hijs & alijs, boni rectique iudices ſuadentur, alliciuntur que ad iuſta ſequẽda, & operanda: Quemadmodum & in contraria declinantes Divini Uerbi timore monentur & comminantur. *Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo* 7. Et ſimiliter. *Audite Reges, diſcite Iudices: altiſsimus interrogavit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri Regni illius, non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ. Horrende & citò apparebit vobis, quoniam duriſsimum iudicium in his qui præſunt fiet: potentes autem* (qui decernunt iuſtitiam, 8.) *potenter tormenta patientur. Qui cuſtodierint iuſtitiam iuſtè iudicabuntur*, 9.

Nec tamen pauci ſunt, qui divina memores proteſtatione. *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimeſ-*

*cas*

*cas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua*, 10. Eo imbecilli obſeſſi animo inveniūtur, vt tot mala perpeti nequeant, laboreſque ſuferre recuſſent, quaſi deſperati ſe mūdana poſſe in huiuſmodi exercitio ſuperare accidentia: qui quantumcumque boni, iuſti, & recti, odia perſecutionesque nullatenus evitabunt, vti lex advertit Regia, dicens. *Los omes que officio tienen, maguer fagan derecho, nonpuede ſer, que non ganen mal querientes*. Adeo enim fragilis, flexibiliſque eſt voluntas ſenſusque Ciuium erga Prætores, vt non tantum improbitati eorum irraſcantur, ſed etiam rectè factis plerumque faſtidient, 12. Vnde interrogatus Solon, quanam ratione ritè Reſpublica gubernari poſſit? Reſpondit: *Si tam indignarentur illi quibus non eſt facta iniuria, quam quibus facta eſt*, 13. Ideò multos legimus publica officia & honores reſpuiſſe: inter quos Pomponius Aticus, Aulus Caſſelius, Manlius Torquatus, & Iuriſconſultus Labeo; qui magiſtratus & Conſulatus oblati, parvi pendentes, nec acceptarunt, 14. Par etiam Themiſtoclis, Demoſthenisque opinio, qui quidē ex duabus vijs, ad Tribunal ducentibus vna, ad ſepulturam vel exilium altera; hanc potius quam illam eligendā eſſe, affirmabant, 15. Et Seleucus, paucis notum eſſe [dicebat] Regum, Magiſtratumque quantæ ſint curę: alioqui nullum inventum iri, qui Regium Diadema humi proiectum tolleret 16. Exemplo etiā docuit Dominus noſter, fugere ea munera & officia: maximè quæ hominum tantummodo veniunt directa fallaci iudicio; quando quidem *Fugit iterum ſolus Ieſus in mōtem, cum cognouiſſet quia venturi eſſent vt raperent eum, & facerent eum Regem* 17. Vnde cum tot tantiſque circumſeptum inveniatur obligationibus, iudicandi officiū: nemini ad huiuſmodi acceptandum exercitium compelli poſſe, iuſtum, maximè que rationi conſonum eſſe videtur. Nam iudicare, onus eſt, 18, & perſonale quidem, 19: nec leve hoc; licet honorabile munus. Hinc Dominus Philippus Secundus, Rex noſter,





ſter, Miniſtro cuidam illum conſultanti, *Si ſeria deſacato pedirle licencia para dexar la plaza*, ſic reſponſum dedit *A eſto reſpondemos, que no ſerá deſacato: porque nos, no nos queremos ſervir de nadie contra ſu voluntad*, 20. Et quod nemo cogatur ad Aſſeſſoris officium exercendum, cum non metu terrendus compellendusve, ſed præmiorū ſpe ad conſilium atrahendus vocandusque ſit; Imperatores Diocletianus & Maximianus diſpoſuere, 21. Similiter, arbitrium ſuſcipere, nullus cogitur: & ſi acceptatum ſemel, perficere compellatur, 22.

Verùm quod publicum officium, munusque iudicandi quis cōpelli poſsit ad acceptandum; iuri & rationi conformiùs eſſe videtur. Secluſa tamen iuſta, euidentique excuſationis cauſa: aliâs ſi provt cuique libuerit [vt Vlpiani verbis vtar 23.] permiſſum fuerit ſe excuſare, non eſſent qui munera neceſſaria in rebus publicis obirent. Cōprobant, inquam, acceptandi officia neceſitudinem, non pauca Imperatorum decreta, & Iuriſconſultorū reſponſa 24. *Si quis Magiſtratus* [aſſerit textus] *in municipio creatus, munere iniuncto fungi detrectet: per Præſides munus adgnoſcere cogendus eſt, remedijs quibus tutores quoque ſolent cogî ad munus, quod iniunctum eſt, agnoſcendum*. Nō enim nobis ſolum, ſed & Reipublicæ nati ſumus, & patrię: quę nobis ſemper chara; amabiliſque eſſe debet; primi maximique parētis ad inſtar, & velut alter quidam Deus, 25. Nec novum, poſſe Principem, Rempublicamve [præſertim ſi id communis expoſcat vtilitas 26.] vaſallos ſubditosque cogere, vt munera pacis, bellique, tam regiminis, quā militare ſuſcipiant exercitium 27. Quandoquidem olim Romani, impoſiti Ciuibus Magiſtratus, ſuſcipere & exercere (etiā proprijs ſumptibus) militibus que nomina dare ad bellum, certis ſub ſtatutis pœnis compellebāt: hac præcipua fulti publicæ vtilitatis ratione 28. Quæ & nūc ſimiliter efficit, vt Advocati, à Principe iure cogi poſſint, Conſiliariorum, atque Auditorum ſubire munera, cuius obedientiæ præciſsè adſtricti

ſunt, & obtemperare tenentur; ni pœnas, illius arbitrio imponendas, euadere cupiũt, 29. Et in Clericis etiam ratione vaſallagij, huiuſmodi locũ habere preceptum, Regia lex ſentire videtur, ibi: 30. *Aſsi como en pleytos que les mandaſe el Rey juzgar.* Nec tamen negandum, iuſtas adeſſe aliquando excuſationis cauſas: ſed an iuſtæ, & admitendæ; Regis tãdem abſoluto reſeruandæ erunt arbitrio 31.

Sine excuſationibus ergo iuſtis, quiſque acceptare compellendus erit. Ita Ulpianus 32. *Qui autem non habet excuſationem, etiam inuitus iudicare cogitur.* Ex eademque ratione, Legatus, ad acceptandam & exequẽdam legationem, poteſt compelli 33. Item ex eo, Aduocatus patrocinium ſuſcipere compellendus eſt: quia illud publicum munus; & ad publica capeſẽda munera, quis cogi poteſt 34. Similiter, idẽ de Aſſeſſoris officio dicendum: quod cum munus ſit publicum; & publicam reſpiciat vtilitatem, ad illud exercendũ, poterit Iuriſperitus quilibet obligari 35. Nec diſpar ratio vt quis ad Commiſionem acceptandam & exercendam, iure compelli valeat 36. Quin, Iudex à Principe delegatus, iudicem ſubdelegatum nominare poteſt, & compellere vt acceptet & exerceat, etiam ſi alterius fori ſit 37. Excuſatio tamen iuſta [hoc in caſu] admitenda: aliàs appellatio procedet, quemadmodũ & in tutoris excuſatione non admiſſa 38.

Salarium quoque competens tribuendum: cum nemo ſumptibus proprijs ſeruire teneatur, & dignus quilibet ſit mercede laboris ſui, 39. *Quis militat* [ait Apoſtolus] *ſuis ſtipendijs vnquam?* Ideò Dominus non alligari os boui trituranti, præcipit 40: & pro modo laboris, conſtituendũ, vel augendum ſalarium 41. Nec intereſt quod (aliàs) ex altera occupatione, publicum aut Regium habeat ſtipendium: nam cum perſona vna duplex exerceat officium, nõ eſt incomueniens; quin imo iuſtiſsimum credimus, duplici ſuo debere ſalario 42. Maximé cum iudex iſte, non tumultuarié & ſine delectu (vt quilibet alius) ſed maturè cõ-

ſulto



ſultòque eligitur & nominatur. Hæc enim meriti, & liberalitatis eſt diferentia, reſpectu eorum qui officia & dignitates obtinent: vt conquiſitus, debiti adſequatur iure compenſationem: alter verò, gratiam 43. Hinc Caſiodorus, aſſerit. *Dignitas, Patres Conſcripti, dum ad incognitum venit, donum eſt: cum ad expertum, compenſatio meritorum, quorum alter, debitor iudicij; alter obnoxius eſt fauori* 44.

Hæc diſcuſſa, & ſecundũ proxime dicta & adducta, iudicauit Senatus, in Conſultatione a nobis facta, vt quidam Aduocatus, Licenciatus Don Blaſius de Yſaſi Arnaldo, cõpelleretur ad acceptandum exercitium iudicandi; ſimul, in quadam graui cauſa, à Rege Domino noſtro nobis delegata. Et ex verbis inſuper Regiæ legis, ſic dicentis, 45. *Eſcuſar non ſe puede ninguno de ſer peſquiſidor, mandandogelo el Rey, ò alguno de aquellos que han poder de lo fazer. Onde dezimos que lo deben ſer, é non puede ninguno aver eſcuſa, ſi non por enfermedad, ò ſeiendo mal ferido, ó por enemiſtad que aya, de que ſe debe temer con derecho. Ca entonce el Rey le debe dar conſejo à aquel que mãdare fazer la peſquiſa. E qualquier que non lo quiſieſſe ſer, non aviendo alguna deſtas eſcuſas ſobredichas: mandamos que aya tal pena, como manda la ley de eſte nueſtro libro, 46. que fabla de los que non quieren ir en mandado del Rey, nin fazer lo que les manda, podiendelo fazer, non aviendo eſcuſa derecha.* Die decima ſeptima, Menſis Septembris, Anni, 1650.

1. SEntit *Can. nerui 2. verſ.* ſed quia omne *13. diſtinctio. tex. cum gloſ. in cap. paſtoralis, 28. de offic. iud. delegat. verbo, exonerare:* exemplificat *Cagnolus, in l. 2. § fin. ff. de origine iuris, n. 160.* Colligitur ex Moiſi quærela, *in Sacra hiſtoria, Numer. cap. 11. ver. 11. M. Tul. Cicero, in Oratio. pro Sextio, & officior. lib. 1. Platea in l. cornicularij, Cod. de apparitor. præfector. prætor. lib. 10. n. 1.* & Tacitus refert. *Annal. lib. 1. § 6.* Tiberium Senatui adſeueraſſe, *experiendo ſe didiciſſe, quam arduum, quam*



ſub-

*ſubiectum fortunæ regendi onus.* Optime Patritius, *de Regno, in prohem.* & *lib. 1. de Republic. tit. 1. Divus Chriſoſtomus, in Oratio. de Beato Philogonio.*

2. M. Tul. Cicero, *in Oratio. pro Flacco*, 2. Pro-Reges, Præſides, & Senatores, viſitatione, Syndicatu, ſiue reſidentia, immunes eſſe deberent, ob ſpecialiſſimas rationes, quæ [ maximè in ijs Indiarum partibus ] vigent circa libertatem huiuſmodi ſuprema munera exercẽdi. Suadent ſimultates, periuria, corruptiones, latrocinia, fraudes, & alia ex ijs reſultantia, quæ Deo, Regi, Reſpublicę & Iuſtitiæ exitioſa valdè ſunt, vt quotidiè experimento docemur, & ferè ſẽper veritas opprimitur, nec quod agitur, ſed quod agendũ erat plerũq manifeſtatur. Nemo Iudex, *dicebat Plato, dialog. 6*, Magiſtratusve ſit, qui geſti ſuì officij rationem non referat: præter eos, qui Regum inſtar, finem rebus imponunt. *Et Valerij Maximi verba, lib. 7. cap. 1.* Vacuum omni iudicij metu, eum honorem reddendo, qui exigere debet rationem, non reddere. *Idque denotat ratio tex. in l. 1. §. 1. ff. de offic. præfect. prætor.* Quis enim Syndicatus timore perterritus [ vbi boni & recti paſſim calũniatur, & puniũtur ] chriſtiana libertate procedere poterit, ad corrigendos & in fide & pace continendos infenſos ſubditos, animadverſione & ſupplitio dignos: ſi ij poſtea artibus & illicitis intelligentijs, in Magiſtratum, fervoroſa inſurgunt vindicatione?

3. Mathei, *cap. 6. verſ. 24.*

4. Laerti. *lib. 7. cap. 3. Stobeus, ſerm. 43.*

5. Ioan. *cap. 15. verſ. 18.*

6. Lucæ *cap. 6. verſ. 22. & Mathei, cap. 5. verſ. 10. & 11.*

7. Vt ex *Pſalm 74. verſ. 3.*

8. Proverbior. *cap. 8. verſ. 16.*

9. Sapientiæ, *cap. 6. ex verſ. 2. ad 12.*

10. Eccleſiaſtic. *cap. 7. verſ. 6.*

11. Ita, *l. 11. tit. 1. p. 7.*

12. Sic ait *M. Tul. Cicero, in Oratio. pro Milone.*

13. Refertur *ex Stobeo, ſermo. 41. de Republica.*

14. Vt ex Plinio, *de viris illuſtribus cap. 28. Aggellius, Noctium Attic. lib. 10. cap. 29. & lib. 17. cap. 12.*



15. Ex Plutarcho, *in vita Demoſthenis, Ælianus, lib. 9. varia. hiſtoria. cap. 18.*

16. Vt per Valer. Maxim. *lib. 7. cap. 2. Stobe. ſerm 46. Eraſm. lib. 8. Apoph.*

17. *Ioan. cap. 6. verſ. 15.*

18. Notat *cap. paſtoralis 28. in prin. verbo,* exonerare, *de offic. delegati,* cum alijs, *Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 41. n. 3. & 4. Longoual. in repet. l. Imperium, ff. de iuriſdictio. n. 193.* Regendi iudicandi que munus Moiſi à Deo impoſitum, *onus* à Domino, *pondus* vero à Moiſe vocatur; vt ex Sacra apparet pagina, *Numer. cap. 11. verſ. 11. & 17.*

19. Ad *l. munerum, 18. §. iudicandi 14. ff. de muneribus & honoribus.*

20. Refertur in Schedula quadam, *Valliſolet. expedit. Die 2. May, Anni 1550. vt eſt in tom. 1 impreſ. fol 347*

21. In *l. 1. Cod. de adſeſſoribus & domeſticis,* ſequitur Ant. Fauer, *in ſuo Cod. tit. de ſententijs, & interlocution. Definitio 7. n. 3.*

22. Ad *l. Labeò, 3. §. 1. & 3. ff. de receptis arbitris,* conſonat *l. ſicut 5. Cod. de obligatio. gloſ. in cap. paſtoralis, 28. de offic. iud. delegati, l. prætor, 13. §. 3. ibi.* Si poſt cauſam actam ceperit ſe excuſare iudex, audiendus non eſt: ſemel enim agnoſcendo iudicium, renuntiat excuſationi, *ff. de vacatione muner.* facit *l. 1. in fine ff. de operibus publicis.*

23. In *l. 1. in prin. ff. de vacation muner.*

24. Ad *l. vacuatis 19. l. ſi ad Magiſtratum 18. l. Curiales 21. l. nullus 28. Cod. de decurion. lib. 10. l ſi quis 9.* vbi Gotofredus, *l. munerum 18. §. 14. ff. de muner. & honor. l. prætor 13. §. qui autem 2. ff. de vacation. muner.* Exornat *Larrea, allegat. fiſcal 63.* & in punctò, *n. 25. & n. 30. & 31.* notat *Carleval, lib. 1. tit. 1. diſput. 1. cap. 15. n. 18. & ſequentibus, Roman. ſingular, 188.* ab eo relatus, cum *l. 1. tit 3. lib. 8. recopillation.*

25. De hoc aliqua Diximus; *in tract. de ſui defenſio. lib. 5. quæſt. 2. ex n. 1.* Et que tetigimus, *en el diſcurſo politico* de las preſas y deſpojos de Soldados; §. 206. *ad medium.*

26. Ut & conducit cum



alijs,

alijs, *l. 31. tit.* 6. *part.* 1. vbi Gregor. Lopez, *cap. quæris,* 6. *de ætate & qualitate.*

27. Vt ex *l. iubemus, Cod. de offic. magiſtr. officior. & l. milites, Cod. de re militar.* cũ alijs tenet Larrea *Allegatio. fiſcal.* 63. *n.* 31.

28. Ad hoc, *quæ ſupra, vigil.* 17. *n.* 10. *in allegatio.* & quę dixi, en el diſcurſo militar de las preſas, y deſpojos, §. 14. 33. 105. & §. 106.

29. *Ita ex Ioanne Platea, in l. in filijs, Cod. de decurionibus, n.* 2. *& in l. ſemel, in fin. Cod. de re militar. Bobadill. Polit. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 8. *n.* 17. *& ſequent.* & plena manu Larrea, *d. Allegat.* 63. *ex n.* 19.

30. *L.* 48. *tit.* 6. *part.* 1.

31. Ad *l. nemo* 14. *Cod. de decurion. lib.* 10. *Bobadilla, d. cap.* 15. *n.* 8. *l.* 5 *tit.* 17. *verſ.* Ca eſtonce, *part.* 3.

32. In *l. penultima,* §. 2. *ff. de vacatione munerum.*

33. Ut per Acurſium, *in l. ſi quis decurio, Cod. de Decurionibus, Bobadilla, d. cap.* 15. *n.* 11.

34. Ex *l. prouidendum,* §. 1. *Cod. de poſtulando, & Menoch. caſ.* 369. *cent.* 4. traddit Larrea *d. allegatio.* 63. *n.* 30. *in fine.*

35. Vt per *l. munerum, ff. de muneribus, & Abbat. in cap. paſtoralis. de officio delegat. Andreas Alciatus, in rubrica, ff. de officio Aſſeſſor. num.* 5.

36. Vti colligirur *ex gloſa, in cap. quia Pontificali* 2. *de officio delegat. in* 6. & Regia *l.* 6. *tit.* 17. *part.* 3.

37. Ex *d. cap. paſtoralis,* 28. *de offic. iud. delegat, vbi gloſa.* Sed Iudex ordinarius, fori alterius hominem non cõpellit acceptare, *vide gloſ. d. cap. verbo,* renitentem.

38. Ad *l.* 2. *Cod. de decurion. l. vnica, Cod. de vacatio. public. muner. l.* 31. *tit.* 6. *p.* 1. *cap. quæris,* 6. *de ætate & qualitate, l.* 1. §. *ſi tutor, in fine, ff. quando appelland. ſit.* Eſt & Regia, *l.* 8. *tit.* 23. *p.* 3.

39. Aliqua diximus *ſupra, vigilia* 17.

40. Paulus Apoſtolus, *Epiſtol.* 1. *ad Chorint. cap.* 9. *verſ.* 7. *&* 9. *Deuterom. cap.* 25. *verſ* 4. ad id Avendaño, *in capit. Prætor. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 45. *verſ.* alias autem.

41. Vt per Felin. *in cap. cum olim, de re iudicata, num.* 1. *Menoch. de arbitr. iud. lib.* 2. *caſ.* 223. *num* 7. *& caſ.* 514. *num.* 20. *&* 21.





42. Ad Nouel. 8. *vt iudices ſine quoquo ſuffragio, cap. illud tamen,* 2. *l. hu Scholaribus, Cod. de erogation. militar. anon.* ex qua, & ex *l. binos,* 10. *Cod. de Advocatis diuerſor. iud.* refert Bobadilla, *Polit. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 68. *Belluga, in ſpeculo Princip. rubrica* 45. §. *quamuis, n.* 2. *lit. a. verſ. adverte. Auendaño, d. cap.* 4. *n.* 47. *Menochius, d. caſ.* 223. *n.* 8. *&* 9. *Gaill, practic. obſervatio.* 44. *n.* 8. *lib.* 1. cũ multis, doctè & copioſsè Carleval, *lib.* 1. *tit.* 1. *Diſput.* 6. *n.* 21. *cum antecedent. & ſubſequent.*

43. Ad notata *in l. nemo,* 2. *Cod. de offici. magiſtr. officior. l. fin. Cod. de Tyronibus, l. contra publicam* 14. *in fine, Cod. de re militari.*

44. Caſiodorus, *variar. Epiſtol.* 13. *lib.* 1.

45. Ita *l.* 6. *tit.* 17. *part.* 3.

46. Eſt *l.* 11. *& l.* 16. *tit.* 15. *part.* 2.

# Pſephiſmatis XLIX.

# VIGILIA QVADRAGESIMA NONA.

*LEGATVM RERVM MOBILIVM (maximè certo in loco exiſtentium) an debitorum nomina comprehendat?*

INTER MOBILIA & ſedentia bona, mediũ (& tertium quidem) bonorum genus Doctores conſtituere: nempe iura, & actiones. 1. Quæ vti diverſa fere ſemper habentur 2; eo quod natura & ſubſtantia, à mobilibus & immobilibus diſtinguntur, nec [quia incorporeç res, & inviſibiles] tangi, videri, poſiderique, realiter & fiſice poſſint 3: quamvis ad noſtram quodammo-

do intelligentiam, iura hæc incorporalia, quaſi poſſideri fateamur 4. At cum in bonis noſtris ſint [vel ſaltem dum extra bona non apparent noſtra] dominium in illis habere, præfata quaſi poſſeſſione mediante, nec inficiatur 5. Ea enim in bonis noſtris eſſe dicimus, quæ bona fide poſſidemus 6. Ideò licet rigoroſe minimè oppignerentur, quia traddi (vti quælibet corporalis res) nequeant, proindeque nominis pignus ipſo iure non valere (etſi Prætoris tuitione ſubſiſtat) aſſerant aliqui 7. Tamen iure incognitum non eſt, oppignerari iura & actiones, ne dum poſſe; verum & capi, & diſtrahi, in cauſam iudicati 8. Ergo & cedi, & vendi, & donari, & legari, iura poſſunt & actiones 9; Quęmadmodum & res aliæ, quæ in bonis ſunt noſtris, vel noſtro ſubijciuntur dominio, in quibus regulariter quiſque adhibitum moderator eſt & arbiter 10.

Hinc, an legatis, donatisve mobilibus, iura & nomina debitorum legata, vel in legato contineri cenſeantur? Negatiuè reſpondendum credim⁹ do

Iura & actiones, inter mobilia non computantur 11. Ergo legatis mobilibus, debitorum nomina legata non videtur. Imo fortiùs: legatis mobilibus abſolute, neque aurum, neque argentum in ſpecie debetur, niſi ſpeciali nota hoc fiat, vel alias clariùs de volũtate appareat teſtatoris. Ita Modeſtinus, & Paulus 12. *Mobilibus legatis, aurũ vel argentum non debetur, niſi de eis quoque manifeſtè ſenſiſſe teſtatorem poſſit oſtendi.* Et alibi. *Mobilibus legatis, aurum vel argentum non continetur. ſed horum ſpecialiter fit mentio. Ex lebibus enim præſumitur teſtator, quibuſcumque mobilibus memoratis, non generaliter precioſiora quoque, ſed ſpecialiter memoraturus fuiſſet,* 13. Item, omni a teſtatore legato argento, id quod in nominibus argentum eſt, nullatenus legatum creditur; tã ex ſupra, & proxima adlata ratione; quam ex adducta á Iurecõſultis Vlpiano, Paulo, & Pomponio, ibi, 14 *Ar ento omni legato quod ſuum eſſet, ſine dubio non debetur id, quod in credito eſſet: hoc ideò, quia non videtur ſuum eſſe, quod vin-*



*vindicari non poſſit.* Et ad id, M. Tul. in Topic. *Non ſi vxori vir legavit omne argentum quod ſuum eſſet; id circo quæ in nominibus fuerunt, legata ſũt. Multum enim difert, in arca poſitũ ſit argentũ, an in tabulis debeatur.* Cum itaque nõ nullæ res ob ſui naturam, aliqua indigeant ſpeciali nota: inde, extra conſiderationem reputatur intellect⁹ [eius qui legat] ea legata extitiſſe quæ nec ſpecifica nominatio demõſtrat, vel nõ obſcura relinquentis voluntas perſuadet 15. Vnde legato generaliter relicto, *eorũ quæ in domo ſunt*; venalia non veniũt 16. Nec pecunia fœnori deſtinata 17. Nec ibi depoſitas pecunias, aut emptioni rerũ paratas 18.

In cauſa Dominici de Porras, fratris Andreæ teſtatoris: qui ſi io hęrede inſtituto vniverſali, legatũ prædicto Dominico fratri, ſub ijs verbis, reliquit. *Y por que la mitad de las caſas en que de preſente habitó, erá y pertenecia á Domingo de Porras mi hermano, el qual me la cedio y traſpaſsó por precio de mil y quinientos peſos, de los quales le eſtoy debiendo quinientos y ſetenta y cinco, mando ſe le paguen luego de mis bienes; y aßi por averme eſperado tanto tiempo, como por el amor y voluntad que le tengo, le dexo la habitacion por los dias de ſu vida, del quarto alto, ſala, y dos apoſentos, con todas las alaxas que tienen, las quales le doy, y mãdo para que las aya como coſa ſuya propria, cõ mas dos caxas de cedro, y vn eſcritorio, que eſtán en el vltimo de los dos apoſentos con todo lo que ay dẽtro.* Mortuo teſtatore, illicoq; rerum facta deſcriptione, intra arcam (vnam ex illis duabus) vaſa quædam argentea inventa fuere, duoque aurei anuli, nec non & pecuniæ ſaculum: ſimiliterque inter folia cuiuſdam libri rationum, duo chyrographa debitoria ducentarum vnciarum argẽti, pecuniæ ſignatæ, & inſtrumẽtum ſcripturę obligationis eiuſdem quantitatis, ad favorem dicti Andreæ teſtatoris. Quo facto, legatarius omnia prædicta iure proprio ſua eſſe conſtanter aſſerebat. Idque comprobabat [vt & ſuaderi videtur huiuſmodi ferè in caſu] ex Iuriſconſu ti Scęuolæ reſponſo 19. Ubi Pamphilo liber-

liberto, à teſtatore legato fũdo, *cum inſtrumento & his, quæ in eodem erunt*; & dubitatum, an reſiduum vini exiſtẽtis in dolijs [quod ille poſt inſtitutum legatum, vivente adhuc vendiderat] ad libertum legatarium pertineret? *Reſpondit, verbis quæ proponerentur, contineri; niſi manifeſtè contrariam voluntatem coheredes approbent.* Et infra proſequitur, & ait. *In eo fundo inſtrumenta calendarij & numos reliquit: reſponſum eſt de numis quoque, vt ſupra reſponſum.* Nec diſentit Pomponius, 20; qui, cum legatus fundus eſſet, *cum his quæ ibi erunt*: pecuniam inibi exiſtẽtem [fœnerandi cauſa] invẽtam que, aut ibidem ad tempus repoſitam, minimè legatam eſſe, reſpondit. Igitur ſi non fœnerandi cauſa, ſed abſolutè, nec ad tempus pecuniæ ibidẽ inventæ fuere; prædicto Dominico legatæ creduntur. Id etiam Celſus, Proculus, & Scęuola amplectuntur, 21: aſſerentes, in legato ſub hac forma. *Quidquid ibi poſideo*, vel *Quæ ibi mobilia mea erunt, do, lego*, numos ibi repertos vt mutui darentur, vel ad tempus repoſitos; non eſſe legatos. Quemadmodũ & in pignoribus, vel hypotecis contrahendis, non creduntur obligata, quæ ad tempus inducta in prædium, vel illata fuerint: ſed ea dumtaxat, quæ à domino animo hoc eſſent inducta, vt perpetuò, nõ temporis cauſa acommodarentur 22. Et in argento Iavolenus decidit, ex proxima adlata ratione 23. In pecunia, argento, ſuppellectili, & alia precioſiora; fatetur Paulus, contineri ſub verbis, *Domus mea, & paterna, in quibus habito, cum omnibus quæ ibi ſunt*, 24. Nec in prædictis tantum: verum & in nominibus debitorum idem procedere credebat; tam ex pręfata Scęuolę reſolutione, quã ex aliquorum ſententia, aſſerentium: mobilium appellatione, nomina etiam contineri debitorũ 25. Maximè addita teſtatoris generali clauſula, *con todo lo que ay dentro*: quæ propter verbum, *omnia*, iura & actiones comprehendit 26.

Hæres autem adverſus legatarium, hæc proferebat. Argentum, aurumque mobilibus



libus legatis, non deberi: & de pecunia, teſtatur Paulus, ex eadem ferè legati forma, 27. Hæc enim, vti pretioſiora, ſub generalitate non comprehenduntur, 28: maximè ſpeciali bonorum deſignatione interveniente, *con todas las alajas que tienen*, etſi poſterior clauſula generalius dicat, *con todo lo que ay dentro.* Nam verba hæc, nõ ad *arcas*, ſed ad *cubicula* vti proximiora & ſermoni conſequentia, referenda & intelligenda 29. Et quamuis prædicta verba, ad iam ſpecificata, (hoc eſt, *à las alajas*) referri minimè poſſe credatur; ad ſummum referenda ad alia eiuſdẽ qualitatis: non verò ad alia diuerſæ vel maioris ſubſtantiæ, ſi quæ eſſent, & invenirentur *dentro de los apoſentos*, 30. Niſi conſtaſſet appoſita verba illa eſſe, pro rebus ipſis iam ſpecificatis, vt legatum illud maiori conſiſteret firmitate: vt in ſimili repetitione teſtatur Iuriſconſultus, ibi. *Ædiles tollẽdæ dubitationis gratia, bis idẽ m dixiſſe, ne qua dubitatio ſupereſſet* 31. Et ad id Sacra pagina, ſic. *Quod autem vidiſti ſecundo ad eandem rẽ pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt*, 32. Etenim (dicebat Papinianus) *quæ dubitationis tollẽdi cauſa, contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt.* 33.

De Chyrographis, & ſcriptura obligationis, nullatenus dubitandum. Nam etiam legata omnia mobilia (etſi deſignatiuè) certo in loco exiſtentia; nomina debitorum in legato nullo modo comprehenduntur, & ſi ibidẽ inſtrumenta ſint & reperiantur authentica: cum hæc (ex ſupra in principio dictis) minimè circumſcribãtur loco 34. Et licet fateamur, in legis diſpoſitione diuerſa procedi intelligentia: in diſpoſitione tamẽ hominis, perſonales actiones, chyrographa, & debitoria inſtrumenta, numquam mobilium, ſiue immobilium appellatione continentur, 35. *Id enim quod ſuum eſſet* [ait Põponius, 36.] *nõ quod in actione haberet, legavit.*

Nec obſtat generalis illa clauſula (de qua ſupra): nam vltra proximè dicta, quantũcumque dictiones vniverſales ſint, ſecundum naturam rei, & ſubiectam materiam

(vt in præſentiarum) reſtringuntur & interpretantur, 37. Minus officit Scęvolæ Iuriſconſulti reſpõſum, ſupra adductum, 38, cũ ex eo potius noſtra, quam adverſarij firmetur ſententia, quæ fatebitur ſi ingenue perpendatur. Deciderat ſub legati verbis, *cum bis quæ in fundo erunt cũ moriar*, comprehendi vinum in dolijs inventum. Poſtea cũ dubitatum eſſet de inſtrumẽtis Calendarij, ac de pecunijs ſimiliter in fundo repertis, ait: *reſponſum eſt de numis quoque, vt ſupra reſponſum*. Sed nihil de Calendarijs dixit, tamquã aliud diuerſum, prorſusque contrarium militaret ius [pro vt re vera militat, ex ſupra dictis] in nominibus debitorum, quam in pecunia illa 39.

Re in Senatu introducta [appellationis recurſu mediante] partibusque hinc inde auditis, iuribus etiam & rationibus ad ſacietatem vſque inſpectis: *mobilia illa bona inibi exiſtentia, pecuniam, anulos, argenteaque vaſa, legatarij eſſe; nomina veró debitorum, hoc eſt, ſcriptura inſtrumentum, & chyrographa duo, ad hæredem pertinere*, declaravit. Die vigeſima ſeptima, Menſis Iulij, Anni 1653.

1. VT per *l. á Diuo Pio, 15. §. in vẽditione, 2. in fine. & §. ſic quoque 8. ff. de re iudicata* ex multis refert *Tiraquellus, de retract. ligniag. gloſ. 7. §. 1. n. 9.*

2. Ad *l. fin. in prin. ff. de donation d. l. á Diuo Pio, l. fin. ad medium, verſ. & nemo, Cod. de quadriennij præſcriptio.* Dixi in Schol. *ad Command. ſiue depoſit. inſtrum. clauſ. 17. n. 13.* Sed quod appellatione bonorum ſimpliciter, veniant iura & actiones, contineanturque debitorum nomina, [quamuis hoc non in legis, ſed in hominis diſpoſitione intelligendum] percipitur, *ex l. 1. Cod. de vſufructu. l. Princeps bona 21. l. bonorum 49. ff. de verbor. ſignific. cum ſimilibus.* Ideo in generali bonorum obligatione, debitorum nomina & actiones venire, certum eſt, *ad l. nomẽ 4. Cod. quæ res pignori, l. nihil 43. fin. ff. de vſufructu legato, Angel. & Doctores in l. ſi conſtante §. fin. ff. ſolut. matrim. Abbas in cap. relatum de teſtamentis, & cap. fin. de præſcription. in fine, Bar. in l. quintus 3. §. argento, ff. de auro & argen. legat.* Et in Aragonia id maximè procedit, vt bonorum appellatione, iura veniant & actiones; cum ibi nec detur, nec habeamus tertiam hanc bonorum ſpeciem, vti ex Obſervantis á practicis foriſtis adductis, tenent *Molin in repertor verbo, mobilia bona, & ibi Portoles, Bardaxi, in Foro tit. de Iudaís & Sarracenis baptizãdis, n. 2.* Dixi in Scholis ad Comand. ſiue Depoſiti inſtrument. *clauſ. 17. n. 14.*

3. Vt ex *l. ſequitur 4. §. ſi viam 27. l. ſi aliena, 10. § 1. ff. de vſucapion. l. poſsideri 3. de acquiren. poſſeſſio. l. ſervus, 43. §. 1. ff. de acquir rerum domin. l. ſi ædes 32. in fine. ff. de ſervit. vrbanor prædior. §. incorporales, 2. Inſtit. de rebus corpor. & incorpor. Tiraquell, d. gloſ. 7. §. 1. n. 12.*

4. Vt per *d. l. 4. § 27. Gotofredus, ad d. l. 3. ff. de acquir poſſeſſione.*

5. De hoc, latè *ſupra, Vigil.* 21. maximè, *n. 6. & 7. & n.* 14. *& 15.*

6. Ad *l. rem in bonis, 52. ff. de acquir. rer. dominio, l. bonorum, 49 ff. de verbor. ſignificatio.* Dixi in Scholijs *ad Com. ſiue Depoſiti, Clauſ.* 25. *num. 64. & 65.*

7. Ex Ant. Fabro *Coniectur. lib. 8. cap. 15. Oſuald Illiger. in notis, ad Donel. lib. 15. coment. cap. 43. lit. f.* vti meminere videtur *tex. in l. ſi conuenirit, 18. in princip. ff. de pignorati actione*, & ſupra, *vigil* 21. maximè *n. 15. & 16.*

8. *L. nominis 3. l. poſtquã 7. l. ex nominis 8. Cod. de hæreditate, vel actio. vend. D. l. à Diuo Pio, §. in venditione, 2. & §. ſic quoq; 8. ff. de re iudicata, l. etiam nomen, 5. Cod. de executio. rei iudic. l. nomẽ quoque, Cod. quæ res pignori, l. 2. Cod. quãdo fiſcus vel priuatus, Donel. d. lib. 15. cap. 43 lit. E. & ibi Oſualdus.*

9. *D. l. 3. & l. ex nominis, 8. Cod. de hæredit. vel actio. vẽdita.* Quæmadmodũ ergo in rebus mobilibus, & immobilib⁹, tradditione & poſſeſſione trãſit dominiũ, *ex l. traditionibus, 20. Cod. de pactis, l. ſi ager, 50. ff. de rei vendition.* ita ſõla patientia in incorporabilibus, ſuficit. *l. ſi ergo, 11.*

§. 1.

§. 1. *ff. de publiciana in rem actio. l. 1. in fin.* vbi Gotofred⁹, *lit. k. ff. de ſervitu. vrbanorum l. omnium, 3. in prin. ff. de vſufructu.* In quibus & cæſio, pro tradditione habetur, *ad Bar. in l. 1. Cod. de actio. & obligatio. gloſ. in l. fin. Cod. quando fiſcus vel priuatus, Alexand. Conſ. 180. lib. 6.*

10. Uulgata *l. in re mãdata, 21. Cod. mandati,* cũ ſimilibus.

11. Ad *l. quam Tuberonis, 7. §. in peculio 4. ff. de peculio, cum alijs ſupra.*

12. In *l. cum quidam 8. ff. de ſupellectil legata, Paulus, lib. ſentar. 3. tit. 3. de legatis*

13. Ita Harmenopolus, *lib. 5. præſumpt. tit. 10.* Et ex ſimili, mouentia legata, animalia non comprehendi, niſi quatenus de voluntate, aut teſtatoris mente conſtat. *Gotofredus, ad l. mouentium, 93. ff. de verbor. ſignificat.*

14. In *l. Quintus Mucius 27. §. argento 2.* & clarius, Pomponius, *in l. ſcribit, 34. ff. de auro & argen. legato.* Ea enim Vlpiani verba, *non videtur noſtrum, quod vindicari non poteſt*, quatenus inſinuant, dominium ad vindicãdum neceſſarium: vera quidẽ. Et nedum hoc; ſed & vt adſit corpus ſuper quo dominium cadat, requiritur: cum corporales ſolummodo res vendicẽtur; *vt ipſe in l. 1. §. 1. ff. de rei vendicatio.* Aliud in aurifice á domino aurum ad operandum habente, cuius retinuit dominium *(ex Pomponio)* dicendum, vt vendicari poſſit: *nam tunc licet apud aurificem ſit aurum, dominium tamen non mutauit, in d. l. ſcribit 34. verſ. in aurifice, ff. de auro & argent. leg.* Verum etſi dominium neceſſarium ad vẽdicandum; hoc, reſpectu corporis illius intelligendum, nõ reſpectu actionis ad conſequendum vel exigendũ: cuius dominium (quo ad effectum ſaltem) negari non poſſe credimus, licet ad vendicandum inſufficiens. Etſi enim dicatur, qui actione habet ad rẽ, ipsã habere rẽ videatur. *l. id apud ſe, 143. ff. de verbor. ſignif. l. ſtipulatio, 38. §. ſicut autẽ, 5. ff. de verbor. oblig. l. is qui, 15. ff. de regul. iuris.* Verius tamen eſt, minus eſſe actionem ad rem habere, quam ipſam rem; *ex tex. & gloſ. in l. ſciendum 13. §. ſi fundus, 3. cum ſequent. ff. qui ſatis dare cogãt. l. minus,*

204.



*204. ff. de regul. iuris*, cum illud, repræſentatiuè, hoc vero realiter, & re ipſa; *ita Gotofredus, ad d. l. is qui, 15.* Et verbum, *videtur*, quandoque non fictionem, ſed veritatem importat, *vt in l. qui liberis, 8. §. hæc verba, ff. de vulgari.* Et aliquando vnum & alterũ, *l. naturaliter, 12, vbi gloſa, & Gotofredus, ff. de acquirenda poſſeſſione.* Et alias (ſecundum ſubiectam materiam) iuris ſolum denotat præſumptionem, *ex l. ſciendum eſt, 30. ff. de verbor. obligat. & l. cum acutiſſimi, 30. Cod. de fideicomiſ. Menoch. præſump. 89. n. 12. lib. 4.* Non numquam tamen [vt in præſentiarum] fictionem & improprietatem ſignificat, *l. 1. §. deieciſſe, 12. ff. de vi & vi armata, l. interdum 13. §. denique, 2. ff. de hered. inſtituendis Pichar. ad §. 1. Inſtit. de exheredatio. liberor. n. 6. Menoch. præſump. 86. num. 12. lib. 4.*

15. Ad *l. ſuos, 73. & §. eum qui 4.* vbi Gotofredus, *lit. z. l. ſi chorus, 79. §. 1. l. ſervis, 81. §. 4. l. ſi ita, 86. l. ſi mihi Mæuiæ, 92.* vbi etiam Gotofredus, *ff. de legatis, 3. l. ſcribit, 34. l. Seiæ, 36. ff. de auro & argent. leg. l. cum quidam, 8. cum ſequent. & antecedent. ff. de ſupellecti. legat. cum alijs, infra. & paſſim.* Hinc, qui procuratorem generaliter ad omnia conſtituit: non in hac generalitate comprehenduntur ea, quæ ſpeciale requirunt mandatum, *ad cap. qua ad agẽdum, 9. de procuratoribus, in 6.* faciunt, *l. Pomponius, 40. in princip. ff. eodem tit. can. quamquam 6. 23. diſtinctio. & ſupra, n. 12. & 13.*

16. Ex *l. generali, 32. §. vxori, 2. & §. item quæſijt, ff. de vſufruct. legato.*

17. Per *l. ſi fundus, 44. ff. de legatis, 3. l. ſi vxori, 39. §. 1. ff. de auro & argẽt. legato.*

18. Ad *l. vxorem, 41. §. legauerat, 6. ff. de legatis 3. d. l. ſi vxori, 39. §. 1.* Aliter in rebus quę non ad tempus, ſed perpetuò manent ibi. *d. l. ſi fundus, vbi Gotofredus, & in d. l. vxorem, §. 6. in fine, literis, a, & e. & h.* & ad *d. l. ſi chorus, 79. §. 1.*

19. In *l. prædia, 27. § liberto, 3. ff. de fundo inſtructo.* De vino nihil hæſitandum: diuerſus prorſus caſus. Dubiũ fuit: an legata teſtatoris re, ab ipſoque poſtea vendita, vel

alie-

alienata, debeatur legatum? Reſolvit Vlpianus, *deberi, & peti poſſe niſi probetur, adimere teſtatorem voluiſſe, probationem autem mutatæ voluntatis, ab hæredibus exigendã*, in *l. fideicomiſſa 11. §. ſi rem, 12. & §. ſequent. ff. de legatis* 3. Legauerat teſtator fundũ, *cum his, quæ in eodem erunt cum moreretur*: aliquantum vini in dolijs habebat, eius quod vivus totum vendiderat: deberi remanens, reſpõdit; dum contrariam teſtatoris voluntatem hæredes manifeſtè non probant. Idem ſi legato debitoris nomine, poſtea exegerit. Debetur quidẽ, dum de animo reuocandi nõ apparet, *ex ſupra adductis*.

20. In *l. ſi fundus, 44. ff. de legatis 3.*

21. In *l. chorus, 79. §. 1. & l. vxorem, 41. §. legauerat,* 6. & ibi Gotofredus, *ff. de legatis, 3. d. l ſi fundus, ibi.* Quę ad tempus ibi ſunt, non vidẽtur legata.

22. Ad *l. debitor, 32. ff. de pignoribus, l. in prædijs, 7. §. videndum, ff. in quibus cauſis pignus tacite contrah.*

23. Ex *l. ſi uxòri, 59. §. 1. ff. de auro & argent. legato.*

24. In *l. Gaius Seius, 86. in princip. ff. de legatis, 2. l ſi ita legatum, 86. ff. de legatis, 3.*

25. Sic cum multis refert Tiraquell. *de retract. ligniag. §. 1. gloſ. 7. n. 12. & ſequent.* Ita in Senatu Pariſienſi declaratum, teſtatur Papon. *Arreſtor. lib. 17. tit. 4. cap. 4. Imbertus, inſtit. Forenſ. lib. 1.*

26. Uti per tex. *in l. 1. §. ſi ex fundo, ff. de hered. inſtituen.* defendere videtur Benedictus, *in cap. Raynuntius, verbo, cætera bona, n. 8.* vt refert Tiraquell. *d. gloſ. 7. n. 25.*

28. Ex adductis *ſupra, ex n. 12. 13. & ſequent.*

27. In *l. ſi mihi Mævia, 92. §. 1. in fine, ff. de legatis,* 3. ſed hoc, cum pecunia ad tempus eſt repoſita, vel vt mutuo daretur: non ſi perpetuò, *vt ſupra hic*, & ex iuribus, *n. 20. & 21.* Ita intelligenda prædicta verba textus Pauli, *vt notat ibi Gotofredus, lit. y*

29. Vt per *l. ſi idem, 11. §. fin. in fine*, vbi gloſa, *ff. de iuriſdic. omn. iudic.*

30. Ad *l ſtipulationes, 55. & l. doli clauſula, 116.* vbi gloſa, & Gotofredus, *ff. de verborum obligation.*

31. In *l. 1. §. ſed ſciendũ, 7. in fine, ff. de ædilitio edicto.*



32. Ex *lib. Geneſis, cap. 41. verſ. 32.*

33. In *l. qui mutuam, 56. ff. mandati,* conſonat, *l. ſervo libertatem, 47. in fine, ff. de condition. & demonſtration. l. ſi ita legatũ, 65. §. 1. ff. de legatis 1. l. teſtamento, 17. Cod. de teſtamentis, l. quæ dubitationis, 81. ff. de reg. iuris, & l. quibis 18. ff. de verbor. obligationibus.*

34. Ad *l. vxorem 41. §. legauerat,* 6. *l. ſi mihi, 92. ff. de legatis, 3. l. Gaius Seius, 86. in prin. ff. de legatis, 2. Amaya, Obſervat. iuris, lib. 1. cap. 16. n. 16.* & ſupra, *ex num. 11. hic*, & ex Corneo, *Conſ. 104. incip. circa primum, col. 3. lib. 2. Aretin. in §. 1. Inſtit. de inutilib. ſtipulatio.* Cum multis Tiraquell *de retract. ligniag. §. 1. gloſ. 7. n. 9. & 30. Guido Papa, deciſ. Gratianopolit.* [meminit] *quæſt. 291. & 499.* Nec in domo, debitorum nomina cenſentur eſſe, etſi ibi reperiantur, & ſint inſtrumẽta debitoria, quando legatur domus, cũ omnibus quę ibi fuerint, *d. l. ſi mihi, 92. §. 1. l. ſi fideicommiſſum, 50. §. tractatum, 1. ff. de iudicijs. l. cum de lanionis, 18. §. fin. ff. de fundo inſtructo, Paulus, in d. l. vxorem, §. legauerat, ff. de legatis, 3. Bal. in l. 1. in princip. ff. de ſtatu hominum, Mantica, de coniectur. lib. 9. tit. 3. n. 13. & tit. 2. num. 45. Corneus, Conſ. 49. lib. 3. & Conſ. 104. num. 20. & 21. vol. 2.* cum innumeris alijs.

35. Vt ex *d. l. Gaius, ff. de legatis, 2. Tiraquell. d. gloſa, 7. num. 5.*

36. In *l. ſcribit, 34. in princip. ff. de auro & argento legato.*

37. Uti apparet ex adductis á Tiraquello, *d. §. 1. gloſ. 7. num. 26.*

38. In *d. l. prædia, 27. §. liberto 3. ff. de fundo inſtructo.*

39. Quæ (pecunia) nõ ad tempus, nec ad fenerandum deſtinata, inventa eſt; ſed vt perpetuò extans. Alias minimè in legato eſſet comprehenſa, *ex iuribus ſupra adductis*.

# Pſephiſmatis L.

# VIGILIA QVINQVAGESIMA.

## *Recognitionem ſcripturæ defuncti, an hæres facere teneatur?*

SCRIPTVRÆ RECOGNITIONEM [de priuata nobis preſens ſermo] communi & Regio iure memoratam, non raro compe-rimus 1. Recognoſcitur, ad hoc vt confiteatur (vel inficietur) factam re vera fuiſſe, ſcripturã, noſtraq manu ſcriptam, ſiue ſubſcriptam: cũ tantum operetur ſcriptio, quam ſubſcriptio, aut ſubſignatio 2. At cum inter alias probationes, hæc, [recognitionis nempe, & confeſsionis] præcipua ſit, & principem habeat locum (vt exequi poſsit) teneaturque requiſitus apertè reſpondere 3; compellatur etiam quis apocham, ſiue privatam ſcripturam recognoſcere 4; & negãs literam ſuam, ſcribere cogi poſsit 5; ita quod nec audia-tur, nec ferendus ſit iuſus recognoſcere, cum parere renuit, etiam ſi appellet 6: nã vt dicebat Iuriſconſultus Paulus. *Sicut manifeſtæ turpitudinis & confeſsionis eſt, nolle nec iurare, ita nec iuſiurandum deferre* 7. Dubitatum extitit. An hæres ſcribẽtis vel ſubſcribentis inſtrumentum chyrographi, compellendus ſit recognoſcere & iurare? Fatẽtur nonnulli, 8. Hæres namque vna eademque perſona cum defuncto eſſe videtur 9: & cum eum repreſentet, factum vnius, alterius factum eſſe dicitur 10. Defuncti facta ſcire præſumitur hæres 11, illiuſque factum præſtare tenetur, 12. Ideò exhibere debet hæres, librum rationis defuncti, eo caſu quo teneretur defunctus: nec ſuo creditur iuramento, dum teſtatur ad ſe librum non perveniſſe, 13. Nec enim melioris condictionis eſſe poteſt, quam defunctus 14. Quibus ex diſpoſitionibus, intelligentijs, & præſumptionibus; cum patrimonium hæredis & defuncti (ad perſonarum inſtar) vnicum credatur patrimonium, ac proinde carcerari poſſit hæres, pro quo defũctis poterat carcerari, quia quaſi contrahit cum creditoribus, nec tam ex defuncti, quam ex proprio ſuo facto obligetur 15. Meritò ex hijs credebatur, hæredem teneri, compellendumque eſſe, ad defuncti ſcripturam ab eo ſubſcriptam, ſcriptamve, recognoſcendam.

Uerum tamen contrarium, iuſtum, iuri, rationique magis conſonum eſſe dubio procul exiſtimamus. Hoc eſt, hæredẽ nec teneri, nec cogendum eſſe defuncti ſcripturam recognoſcere, ex ſaniori Doctorum ſẽtentia, non paucis fulcita rationibus 16: quoniam contractum ignorare poteſt 17. Imo, vt Gaius Iuriſconſultus, aſſerit: qui in alterius locum ſuccedunt, iuſtam habent cauſam ignorantiæ, an id quod peteretur, deberetur 18. *Is ergo iurare cogitur*, inquit Vlpianus 19, *qui amouiſſe dicetur; idcirco nec hæres eius, qui quave amoviſſe dicitur, iurare cogetur*. Adeò enim perſonalis eſt iuramenti actus [maximè ſuper recognitione, vbi de actione, & facto defuncti proprio, agitur] vt per alium expediri nequeat, neque per procuratorem; niſi (ſuo caſu) ad id ſpecialiſsimum habeat [inſtructus] mandatũ 20: *cum iniquum ſit*, eodem Vlpiano dicente, *de alieno facto alium iurare*. Ideòque, ex prædicta proximè ratione, procurator [regulariter] defenſor, curator, hæres, & ſi qui alij huiuſmodi cathegoriæ, non iurant 21. Quæ enim perſonæ, & quę facta ſunt, ad hæres non tranſeunt: veluti animi declaratio, quæ ad hæredes nullatenus pertinet 22. Hinc hæres, iuramentũ defuncti ſervare non tenetur: & quia perſonale vinculum eſt, 23. Delatum etiã defuncto iuſiurandum [non tamen executum, quia morte preventus] hæres minimè preſtare tenetur: cum non huius, ſed defuncti fides electa ſit, ac ſepè viro bono, hæres improbus

probus & levis, qui ferè alieni facti nec veram habet notitiã; vnde anceps periurij periculum, 24.

Nec quidquam faciunt ſupra adducta: nempe, hæredē eandem eſſe perſonam cum defuncto, vnicumque ambo habere patrimonium, poſſeq; pro defuncti debito carceribus mancipari. Nam illud nō verè, ſed per fictionem, & ad ſuos effectus iudicamus, & dicimus ſic 25. Et quo ad perſonæ capturam, ex proprio hæredis facto (ſi quid reſultet) procedet quidem, non ex perſonali defuncti obligatione: adhibita à nobis alibi traddita, ad hoc, diſtinctione 26. Si ergo adhuc in eo qui chyrographum propria exaravit manu, quandoq; literas ſuas vix cognoſcere poteſt, præcipuè ſi alicuius temporis intermiſio occurrit, cum aliter iuvenis, aliter ſenex ſcribat 27: quid de hærede dicēdū, qui nec ſcripſit, nec fortè defuncti literam notam habuit, vel vidit numquam, vt de alieno facto & negotiatione, iuramento mediãte, ipſe, tamquã de re & actu proprio, debeat declarare?

Nec tamen negatur, quod ſi hæres recognoſcat, valida ſit recognitio, habeatque paratam executionem 28. Et credimus ſimiliter, hæredem iurare poſſe [& teneri quidē] cum apparet, ipſum rei, negotiove interfuiſſe, vel ſubſcriptioni (vti teſtis quilibet) perſonaliter adſtitiſſe: cum eo caſu, nō de alieno, ſed de proprio iuret facto, teſtificetur, & declaret. At tunc non erit recognitio, ſed teſtificatio. Illa, dum ſit quædam confeſio, confitenti tantum, non tertio nocebit 29. Hæc verò, regulariter, tertio pręiudicar.

Quid ſi vt teſtis deponendo, confitetur hæres? An ſibi præiudicet, ita quod ex hoc pati executionem poſſit? Fatendum videtur: nam confeſio ab aliquo tamquam reſte facta, plenam facit fidem, & nocet illi tamquam parti; 30. Et [vt aſſerunt] teſtis vnius depoſitio, nedum contra ipſum fidem facit in eadem cauſa, verum & in alia, & habetur pro confeſione in ſui præiudicium, licet non in tertij damnum. Hinc, nec incongruè dici poteſt: tutorem, nequaquã admitendum impugnare proprio nomine, quod nomine egit



egit tutorio. 31.

Oppoſitum tamen defendere, nec ratione deſtitutū 32. Si quidem officium ſuum (vt cum tamquam teſtis deponere cogitur) nemini debet eſſe damnoſum 33: nec velle dicitur is, qui parere neceſſe habet 34. Ideó ſi compulſus, vel iudicis præcepto mediante [ſecus ſi voluntariè] hęres vti teſtis declaraſſet, confiteretur q; nō ipſi pręiudicabit abſolutè: quæmadmodum & in tutoris facto, vt teſtatur Iuſtiniani Imperatoris diſpoſitio, dum aſſerit. *Sciturus quod ex noſtra, ſua eu iura immutilata reſervat, nihil ex huiuſmodi authoritate vel conſenſu præiudicij ſubiturus,* 35. Sicut & in geſta ab Advocato Fiſci patrono, & in omnibus illis quibus officiū ſuū interponere cogit lex, aut iudicis ſiue ſuperioris compellit pręceptum: vel publicę neceſſitudinis intuitu, vitę honoriſque, natura illecti, aliquid operantur. Tūc enim, nullum quis patietur præiuditium, vt poſtea ex ſua liberè perſona agere poſſit, valeatque operari: cum alia illuc, alia verò huc, conſideretur eſſe 36.

Verum ſicut hoc in actu preciſſo & neceſſario, ita aliud dicendum in ſpontaneo & voluntario, & quãdo abſque periculo, metuve conſiderabilis damni, ſe quis excuſare poteſt. Iniuſtum quidem eſſet tunc, quem fructum conſequi ex eo quod niſus eſt impugnare 37. Hinc, tutor ille [de quo Vlpianus, ſupra 38.] proprio nomine, & vt privatus reuocare nequiuit, quod vti tutor, & tutorio nomine egit: quia potuit, & debuit minoris prædia nō diſtrahere, ſolēnitatib' iuris [illicitè] ſpretis. Cum ergo officij ſuſcepti neceſſitas, nedū tutorem illum non compelleret alienare, verum contrariū prorſus ſuaderet, ipſumq; vltrò [& ſpontanea voluntate apparuit admiſiſſe quod pręciſsè excuſare debuerat: Ideò proprio ligatum remanſiſſe nomine, iuſtum iudicamus.

In cauſa Ioannis Benitez, contra Melchior N. vti hęredē Sebaſtiani Dominguez, ſuper recognitione & declaratione cuiuſdã chyrographi á dicto Sebaſtiano cōfecti & ſubcripti; non teneri illum recognitionem declarationemq;, tamquã hęredē, iuramēto mediante facere, per Senatum reſolutum

lutum eſt: ſed vti teſtem, dicere & declarare [quia perceptũ fuit, ipſum rei anteactæ, non tantũ aliqualem habuiſſe notitiam, ſed & negotio interveniſſe] creditore id petente, anuerunt Domini. Quòd tũc, de facto eius cui defertur iuramentum, agatur; nec alitis quã ipſe melius ſcire poſsit, 39. Sic itaque factum, deciſumque, in concurſu [iam tunc exiſtẽte] aliquarum circumſtantiarum rei, & adminiculorũ probationis. Dieb⁹ quinta, & vigeſima, Menſis Decẽbris, Anni 1650.

1. VTi ex *l. cognoſcere, 56. ff. de verbor. ſignif. cap. relatũ, 21.* vbi gloſa, *de iure patron. cap.* 1. §. *fin. de foro compet. in 6. l. 5. & 6. tit. 21. lib. 4. recopillat. l. 119.* vbi Gregor. Lopez, *tit. 18. part. 3.*

2. Ad *l. ſubſignatum. 39. ff. de verborum, ſignif.* vbi Rebufus, *& tract. chyrographorum num. 52.* notatur *ex l. fideiuſſor, 26. §. pater Seio, 2. ff. de pignoribus, l. ſicut re, 8. § non videtur, 15. verſ. ſed ſi ſubſcripſerit, l. Titius, 9. in fin. ff. quibus modis pignus vel hypot. ſolu. l. ſi ego, 9. §. cæterum 3. verſ. plane, ff. de iure dot. l. ſi quis, 6. §.* 1. *verſ. quid enim, & verſ. hoc idem, ff. de ædendo, l. ſi ita ſtipulatus, 126. §.* Chry*ſogonus, 2. ff. de verbor. obligatio. l. diſtrahere,* 2. vbi Gotofredus, *Cod. de rebus alienis, l. mutuæ pecuniæ, 14. Cod. ſi certum petat. Socinus, regul. 385.* ſubſcribere, *d. l.* 119. *tit.* 18. *part. 3.* Dixi in addition. *ad Chyrohraph. mercator.* [Amici mei D. Ioſephi de Niño, meritiſsimi Regentis Chancellariã Regni Sardiniẹ] *poſt Schol. Comandæ ſiue Depoſiti.*

3. Ex *d. l. 5. & l. 6. tit. 21. lib. 4. recopil. l.* 1. *tit. 7 eod. lib. 4. l. 1. & l. 7. &* 8. *tit. 7 lib.* 9. *l. 14. tit. 8. lib. 2. recopil. l. 2. tit. 13. p.* 3. *& d. l. 119 tit.* 18. *eadem part Paz in pract. tom. 1. p. 4. cap. 1. ex n. 23.* Et facta confeſione, cum in iure paratã habeat executionẽ; nihil aliud quam ipſa reſtat. *ad l. 1. ff. & Cod. de confeſsis, & l. poſt rem iudicatam. 56. ff. de re iudicata, l. 7. tit.* 3. *part. 3. Simanch. de Catholic. Inſtit. tit.* 13. *de confeſis, ex num. 1.* Hoc in civilibus: nam in criminalibus cauſis, confeſio, niſi ſequatur ſententia, nullatenus exequitur; & ante ſententiam, tẽpus aliquod



quod reo ad ſe defendendum, datur: cum nulla confeſio ſit, quæ adverſus ipſam aliquid dici non poſſit. *Iul. Clarus, in pract. lib. 5 § fin. q. 49. n. 13. quæſt. 64. n. 44. & quæſt. 65. per totã. Ant. Gomez, var. tom.* 3. *cap. 12. n.* 3. Dixi latè, in meo tract. *de ſui defenſione, lib. 5. quæſt. 4. ex n. 22. ad n.* 33.

4. Ad *l. cum ab initio,* 4. *l. vel negare,* 5. *ff. quemad. teſtam. aperia.* facit, *l.* 1. *§ ſecũdum, 2. & §. quid ergo, 3. ff. de ventre inſpiciendo.*

5. Ut per Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *Centur.* 2. *caſ. 114. n. 1. 21 & 13.* ex Auth. *de inſtrument. cautela & fide, §. ſi quis itigitur, Paz, d. part. 4. cap. 1. num. 26.*

6. Avendaño, *in Capit. Prætor. p. 2. cap. 30. n.* 2. *Bal. Cõſ. 335. vol. 4.* vt per Parlador. *Rer. quotidianar. cap. fin. p. 1. §. 5. n. 8. Rebuf. tract. de chyrographor. recognitio. n. 80. Maranta, in pract. par. 6. verbo, & quandoque appellatur. num. 361.* Sed cũ ob contumaciã nõ recognoſcẽtis habetur ſcriptura pro recognita: an habeatur ille pro confeſſo, ita vt exequi poſſit privata ſcriptura? Annuũt aliqui, quos refert (ſed nõ ſequitur) Paz *vbi ſupra, n. 25. & n. 54.* At quod contumax iſte non habeatur pro confeſo, niſi ſequuta iudicis declaratione, ex *l. eius qui, 29. ff. de iure fiſci,* tenet Gotofred⁹, *ad l. manifeſtæ, ff. de iure iurando, lit. h.*

7. In *d. l. manifeſtæ 38. ff. de iure iurando.*

8. Author Curiæ Philip. *part.* 2. *§. 7. inſtrumento, n.* 6. *Azebedo, ad l.* 5. *tit. 21. lib.* 4. *recopil.* Et in vxore defuncti etiam, *Rebufus, d. tract. de chyrographor. recognitio. artic.* 1. *num.* 4.

9. Ex Auth. *de iure iurando a morien. præſt. in prin.* Menochius, *Conſ.* 99. *n. 107. lib. 1. & de arbitr. lib. 3. cent. 6. caſ. 560. n. 19. & Conſ.* 89 *num. 5. vol. 1. Surdus, Deciſ. 240. n. 8 in fine, & Deciſ. 315. n.* 1. *iuncta Deciſ. 310. num. 2. Matienzo, ad l. 7. tit. 11. lib. 5. recopill. gloſ.* 1. *num. 62. Donel.* Heres, *inquit,* ſubit locum & perſonam defuncti, cũ quo eadem perſona eſſe dicitur, *lib. 7. coment. cap. 11. lit. A.*

10. Ex proximè adductis, *Menoch d. Cõſ. 89. n. 21. & 58.* & ex Anchar. *Conſ. 244. n. 2. Rebuf. ad l. in vſu, 158. ff. de verbor. ſignific. verbo,* imo.

11. In-

11. Intelligendum forté hoc, quando cum defunćto commorabatur. *Ita Ruin. Cõſ. 50. num. 17. lib. 1.* vt ſi filius eſſet defunćti, *idem Ruin. Cõſ. 47. num. 13. lib. 1.* vt per Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſ. 39. num. 14.* Sed adhuc in filio, incertum: nam & hic, ait *Oſual. ad Donel. lib. 24. Coment. cap. 21. lit. I,* factum patris defunćti, ignorare cenſetur. *Carroc. quæſt. 12. principali, num. 13.* Vnde nec ſi defunćto antea delatum ſit, ad iurandum admititur, *&c.*

12. *L. ex qua perſona, 149. ff. de regulis iur. l. cum à matre, 14. Cod. de rei vendicatio, l. ſi fundum, 5. Cod. de rebus alien. non alien. l. ſi ab eo, 7. Cod. de negoc. geſt. l. ſi patri, 24. Cod. de donation. l. ſi vxor tua, 7. Cod. de bonis authorit. iud. poſid. l. ſucceſores, 10. Cod. de ſolution.*

13. Vt per Maſcard. *de præſumptio. lib. 6. præſumptio 61. num. 10.*

14. Ex *l. in omnibus, §. non debeo, ff. de regul. iuris,* quã allegat Matienzo, *ad l. 7. tit. 11. lib. 5. recopill. gloſ. 1. num 63.*

15. Vt per Bar. & Docto res, *in l. poſtulante, ff. ad Trebell.* cum alijs Surdus, *Deciſ. 296. num. 2. & 3 Deciſ. 310. num. 2. 3. & 10. & deciſ. 315. num. 2. & 3. Tuſcus, Concluſ. 478. à num. 2. Alexand. Cõſ. 18. num. 16. vol. 5.* cum alijs, & ex, *§. fin. Inſtit. de hæred. qualit. & different. Matienzo, ad d. lib. 5. recopil. tit. 11. l. 1. gloſ. 8. num 59. Oſuald. ad Donel. lib. 7. coment. cap. 11. lit. b.* ex *l. apud Iulianum, 3. § fin. & l ſequent. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſio. cum alijs.* Dixi (& capturæ huiuſmodi propoſitionẽ intellexi) in Scholijs ad Comãd. ſiue Depoſiti inſtrum. *Clauſ. 30. à n.* 106. *ad n.* 110.

16. Parlador. *rer. quotidian. cap. fin. part. 1. §. 5. num. 9. Rodriguez, de executio. cap. 1. artic. 2. num. 14. Paul. Caſtren. in l. ſi per alium, §. fin. ff. ne quis eum qui in ius vocat. Pichard. in Manuductio. ad prax. part. 2. præcepto, 5. n. 8.*

17. Vti ex Paulo, 2. *ſentent. cap. 1. §. 4.* refert Gotofredus, *ad l. 11. ff. rerum amotar. lit. p.*

18. In *l. qui in alterius, 42. ff. de regul. iuris, cap. cum quis, 14.* & ibi etiam gloſ. *de regulis iuris in 6.*





19. In *l. Marcellus, 11. §. iurare, ff. de actio. rer. amotar.* vbi *Gotofred. lit. p.* Heredi eius, *ait*, cum quo contractum eſt, iuſiurandum deferri non poteſt.

20. Rebufus, *d. tract. de chyrograph. recognitio. artic. 1. num. 26.*

21. Ex *l. videamus, 4. ff. de in lit. iuran. & l. ius iurandum, 34. §. procurator, ff. de iure iurando,* vt per Gotofred. *ad d. l. Marcellus, lit. n. Donel. lib. 24. comentar. cap. 21. lit. t. & v.*

22. Vt per *l. priuilegia, 196. ff. de regul. iuris,* & ex *l. inter ſtipulantem, 83. §. ſtichum, 7. ff. de verbor. obligatio. l. non ſolum, 8. §. morte, 6. ff. de noui oper. nũtiatio.* & gloſa *in §. ex conuentionali, Inſtit. de verbor. obligatio.* Sentit Alciatus, *parergon iuris lib. 3. cap. 13. Donel. lib. 15. comentar. cap. 12. lit. c. d. & e.*

23. Vt ex Ioan. Andrea, Innocentio, & alijs, *in cap. veritatis, de iure iuran. Rebuf. ad l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſor. num. 17. verſ.* alius, *contrariũ in caſu, & ex rationibus adductis á Faquineo, Controuerſ. lib. 1. cap. 13.*

24. Ita his verbis Oſualdus, *ad Donel. lib. 24. comentar. cap. 13. lit. a.*

25. Sic Surdus, *deciſ. 305. num. fin. Matienzo, ad l. 2. gloſ. 4. tit. 5. lib. 5. recopillat.* & vt ſupra, *n. 11.*

26. Dixi in Schol. *ad Comand. ſiue Depoſ. inſtrument. Clauſ. 30. ex n. 106. & num. 109. & ſupra de hoc, num.* 16.

27. Vt notat gloſa *in Auth. de triente & ſemiſe, collat. 3. §. ſi autem etiam, verbo,* eas, *quæ eſt, Donel. 18. cap. 2. in fin.*

28. Ita Pichardus, *in manuductionibus ad prax. part. 2. præcepto, 5. num. 8.*

29. Ex *l. duobus, §. 1. ff. de iureiurando, Gratian. Diſput. Forenſ. tom. 2. cap. 287. ex num. 1. & num. 27. Roland. Conſ. 58. n. 14. vol. 2. Afflictis Deciſ. 245. n.* 11. cum alijs ibi.

30. Et ex argumento præſentis materiæ deduci videtur *à l. in duobus, 28. §. 1. in fine, ff. de iure iurando, Gratus, Conſ. 141. vol. 2. Bar. in l. eos, ff. de falſis, num. 1. Anton. de Butrio, in cap. per inquiſitionem, de electione, num. 17.* & in *cap. cum in tua, de teſtibus, num. 10. Innocentius in cap. venientes, el. 2. de teſtibus,*

cum alijs Surdus, *Deciſ. 309. ex num. 8.*

31. Ex *l. illicitè, 10. de rebus eorum qui ſub tutel.* per regulam quam adducit Crauetta, *de indemnitate mulier. n. 14. 36. & 40. cum ſequent.* & Gabriel. *de rerum alienatio q. 2. num. 23. Mandel. Conſ. 276. Borgnin. de Tutore, num. 175.* late Menoch. *Conſ. 58. n. 36. & ſequent.*

32. Ita ex Innocentio *in cap. dilectos, de fide instrumēt. verbo, inter alios,* & ex Rota, *Deciſ. 855. incip. quidam agebat, in fine, in antiquis,* & ex alijs referunt (& hanc contra Grati Conſilium, 141. vti veriorem opinionem teſtantur) *Surdus, Deciſ. 109. num. 5 & Conſ. 135. n. 117. lib. 1. Capicius, Deciſ. 52. in fine, n. 4. Gratian. Diſceptat. for. d. cap. 287. num. 17. & 18.*

33. Ad *l. ſed ſi quis, 7. ff. teſtamenta quemad. aperiant. l. 1. l. videlicet, 29. ff. ex quibus cauſis maiores, l. abſentia. 140. ff. de regul. iuris,* cū alijs vulgaribus.

34. Vt per *l. velle, 4. l. ad ea, 157. l. non videntur, 167. §. 1. l. is damnum, 169. l. non poteſt, 199. ff. de regulis iuris, cap. quod quis, 24 eodē tit. in 6.*

35. In *l. cum quadam, 26. in fine, Cod. de administratio. tutor.* conſonat, *l. 1. Cod. quādo ex facto tutor. l. fin. in fine, ff. ſi quis cautionibus,* cum alijs infra proximè, & ſupra.

36. Ad *l. qui cum maior, 14. § ſi libertus 6. §. ſi patris, 7. ff. de bonis libert. l. ſi pars, 10. §. 1. in fine, l. adverſus 30. §. tutoribus, l. filius, 22. in fine, l. ſi exheredatus, fin. ff. de inoficioſo teſtamento, l. à Principe, fin. ff. de poſtulando l. ſi tutor, fin. ff. ſi quis caution. d. l. 1. Cod. quando ex facto tutor, l. 5. §. advocatum, 13. l. tutorem, 22. ff. de his quæ vt indignis, l. 2. Cod. de delatoribus,* & ibi Cuiacius, *Surdus, Deciſ. 153. num. 16. 17. & ſequent.*

37. Ad *cap. ex eo, 38. de regul. iur. in 6. d. l. ſi pars. 10. in fine, l. Papinianus 8. §. meminiſſe, 14. l. ſi ponas, 23. l. ſi is, 31. § ſi heres, 2. cum ſequent. ff. de inofficioſo teſtamēto l. parentibus, 8. Cod. eodem tit. l. poſt legatum, & §. ſi pater, 3. §. an libertas, 15. cum §§. ſequentibus, ff. de his quæ vt indignis.*

38. In *d. l. illicitè, ff. de*

rebus



*rebus eorum qui ſub tutel. 7. & 8. Donel. lib. 24. coment. cap. 21. lit. P.* & ibi Oſualdus Illigerus.

39. Ad Menochium, *de arbitrar. iudic. caſ. 189. num.*

# NOS BREBITATEM PONIMVS, NON VT MINVS, *ſed ne plus in hoc opere dicatur quam opportet*

Quintilianus lib. 4. cap 2.

# PROPVGNATIO
# PRO REGIA
## IVRISDICTIONE
### ET AUTHORITATE
## IN CVIVSDAM CLERICI SEDITIOSI CAVSA.

## A

IVDICE QVODAM ECCLESIASTICO SUBDOLE ADMISSA

IDEÓ

NEC SATISFACTA

IMÓ

IN REGIUM REUERSA SENATOREM VNVM,

(ALIJS RELICTIS)

*BVLLAE COENE DOMINI fulminatis Cenſuris Proceſsum eſt.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA



*IVDICA ME DEVS, ET DISCERNE cauſam meam de gente non ſancta; ab homine doloſo & iniquo erue me.*

* * Pſalm. 42. * *

PRODIGIOSUM adeô cunctis fuit nationibus, Americæ huius regiones, gentes, tantamque terrarum molem, ampliſsimasque novas Provincias, veteri noſtro incognitas Orbi; tot delituiſſe ſeculis. Fuit & mirandum, ita breviter fœliciter que (etſi ſummis laboribus & ærumnis) glorioſiſſimorum tamen Regum noſtrorum auſpicijs, ſub eorum chriſtianiſſimo ſuavi iugo, ad commune Hiſpanorum conſortium, comertiumque, Deo propitio, redactas fuiſſe. Principum ergo innata pietas, ita ſe vnico huic dedit negocio, vt gentes è tenebris infidelitatis, ad veritatis & Catholicæ Religionis lucē evecti, barbarorum ritibus extirpatis; ad fidem, verique Dei cultum, & politicæ Chriſtianæ rationem, ſana imbuti doctrina illico provenirent. Ad quod, nullis pepercisse ſumptibus, doctis eó miſsis religioſis hominibus (Chriſti gratulante Vicario) literis & virtute præditis viris, incredibilibus expenſis, compertum eſt. Quo vſque re bono peracta ſucceſſu, illorum incolæ Regnorum, in fide & obedientia, Deo Regique debita perſiſtentes ſecuri, æquali poſtmodum proceſſere conſtantia.

§. 1. Et ſi enim hoc ſic perdurare creditum eſſet, vaſti dum ſtaret machina mundi: inſcrutabili tamen Dei iuditio permiſſum, vt paulatim [dominante ad-

1. Divus Paulus ad Thimoth. 1. cap. 6.

*Itum eſt in viſcera terræ:*
*Quaſq; recondiderat ſtigyſque admoverat umbris,*
*Effodiuntur opes; irritamenta malorum.*
*Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum*
*Prodierat. Prodit bellũ quod pugnat utroque,*
*Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.*

2. Ovidius Metamorphoſ. lib. 1.

modum cupiditate, omnium radice malorum 1.] charitas frigeſceret, pietas evolaret, religio laxaretur, veritas evaneſceret, opprimeretur iuſtitia, perſequerentur probi, triumpharent perverſi, Sancti deciderent mores, & quod ferè omniũ cordib⁹ præocupabat virtutes, immeritò poſtea inhabitarent vanitates:

*Protinus irrupit venæ peioris in ævũ*
*Omne nefas: fugere pudor; verumque fidesque,*
*In quorum ſubiere locum, fraudesque dolique,*
*Inſidiæque, & vis, & amor ſceleratus habendi. 2.*

§. 2. Hinc omnium rerum ſubverſio inter accolas, ſupra modum ſe extollentes [aliqui] ſpecioſos adfectant vanitatis titulos Generalium, Almirantum, Gubernatorum, Ducum, Theſaurariorum, Computatorum, Secretariorum, & hijs ſimilium; quamuis ad illos præciſſẽ & immediatè numquam adſcendiſſent. Vel ſi aſcenderunt, & nec actu nunc ſint; parvi pendunt, dum tamen vnius etiam horæ ſpatio, fuiſſent olim. Inde hic, non eſt quod videtur, nec apparet quod eſt. Nullus humilis, plebeius nemo: omnes ferè reputantur Principes, Æquites, ingenui omnes; præſertim qui pecunias [rap



raptim, inhoneſtè, aut quoquomodo] adquiſitas habent. Nobilitate ſic per ſaltum illicò adepti; quilibet aliũ ſuperare intendit apparatu, & vaga oſtentatione: æqualiũ (& ſuperiorum etiam) non rarò deſpiciunt conſanguinitates, conſortia; poſtmodũ verò improvida correpti œconomia, ellatione evaporata [ſi quæ cũ violenta, durare nequit] ſubito deſcẽdunt ad ima. Ideoq; olim tumidi, poſtea mẽdicare nõ eruboſcunt, memoria vanitatis preteritarum divitiarum [ſi quæ in veritate fuerunt] conſolati: & quæ tunc æqualem deſpiciebat maritum, nunc ſordidum vix invenire queit; vt meritò iocari poſſit 3.

*Dum proauos, atauosque refert, & nomina magna*
*Dum tibi noſter Eques, ſordida conditio eſt:*
*Dum te poſſe negas niſi lato Gellia clauo.*
*Nubere: nupſiſti poſtea Ciſtifero.*

3. Martial. lib. 5. Epigram. 17.

§. 3. Nec tamen pauci ſunt, nobilitate & generoſo ſanguine fulgentes, morumque laudatiſſimorum venerabiles: ſed quid tot inter arbuſta aromatizans cinnamomum? Inter tribulos & ſpinas, liliũ? Triticum circumdatum, ac quaſi ſuffocatum zizania? Difficulter enim vaſtiſſimis in hijs regionibus, huiuſmodi gentes reduci poſſe videntur ad rationis metas, ad vitæ ſobrietatem, Magiſtratus obedientiam, politicæ vſum, iuſtitię (adeò illis exoſę) obſequiũ, virtutum profeſsionem, & religionis verum, venerandumque cultum. Tot homines, tali tantaque complicati permixtione; vt ex ijs alij, alijque indies excreſcant, & producantur: extra matrimonium, in, & ex peccatis, vt in plurimum, concepti; peregrini nõ pauci, neotherici, extranei, neophiti, & ſicut colorũ, ita per quam magna morum varietate compoſiti; totius verecundiæ, honorisque communiter expertes. Ex his non pauci in publicum, apparenterque, pietatem & devotionem affectant: genuflexi in plateis


& vi-

&civicis, magna compunctione ad ſonum campanæ orant: ſuas feſtivitates, etiam in privatis proprijs domibus [licet perperam hoc olleratum videatur, ob peccatorum circũſtantias ex occaſione introductas] aliquo exteriori apparatu, colunt: Crucis ſanctiſsime ſignum, valdè honorant: Sacerdotum obiam euntium manus, tota oſculantur humilitate. Et cum ijs omnibus & alijs devotionibus, veri iſti hypocritæ, ſi falſum ipſis ob pecuniam iurare opporteat, ſi alteria expilare eſt oportunum, lampandeſque Eccleſiæ furari poſſunt; nullatenus morantur. Pravam iſtorum naturam, Rex Dominus noſter agnouit, dum in Schedula, Matriti expedita, die vigeſima octava Menſis Auguſti, Anni 1641. Sic aſſerit. El REY --

"Por quanto la experiencia á moſtrado, de algunos "años á eſta parte, lo mucho que obra, y va obrando "el interes en mis Indias Occidentales, por la fecun-"didad que ay de hombres de muy pocas obligacio-"nes, y que ſuelen ſer teſtigos de todo lo que les pa-"gan, como ſon Indios, negros, mulatos, meſtiços, "y advenediços, con que, ſe va eſcureciendo la ver-"dad, y con ella la recta y buena adminiſtracion de "la Juſticia. Magnum etiam incitamentum eſt, malorumque [huiuſce & aliorum] ingens inditium, regionis vbertas, nimiaque rerum copia: quarum ſacietatem quidam non ferentes, tamquam iumenta laſciviunt, à cervice excuſsis naturæ legibus, verſi ad meracas potationes, cibos opiparos, & nefarios [proh dolor] concubitus. Hinc Sodomitæ, non ſolũ in fœminas inſanientes, alienos corrumpebant thalamos, ſed & cum maſculis rem habebant maſculi; nihil vereriti naturam communem patrantibus & patientibus, & irritam genituram ſerentes, nulla ſequutura progenie. Solet ſiquidem è ſaturitate, petulantia maior, ſumpto maiore quam pro viribus animo &in-

1. Ita Philo, libro de Abrahamo. f. mihi, 289.



2. &immodicus cibum luxus, e ſuperflua rerũ copia, vt dictum eſt, originem habet; e qua nimia fertilitate laſcivientes quidam, colla non rarò ſubduxere legibus, vulgi ad inſtar inſolentis in rebus ſecundis, comitante ſaturitatem ſupervia. At cum huiuſmodi omnibus pateant commoditates, itum eſt frequenter ad litigia, & ſimultates inter provinciales: eo pernitioſiores, quo homines potentiores ſunt pecunia, authoritate, iuriſdictione. Idque adnotatur ex præfata Schedula, proſequente. "Y que con las conti-"nuas diferencias que ha avido y ay entre los Mini-"ſtros ſuperiores, que debieran dar exemplo con "buenos procedimientos, no ſolo ay enmienda; pe-"ro ſe và cada dia introduciendo vna diviſion, y ſu-"ceſion de diſcordias, que cada vno ſe arrima á la "parte que le parece por ſus intereſes, y otros fines "particulares, ſin mas cauſa, ni razon, que las perſua-"ſiones, y negociaciones de perſonas poderoſas.

2. Idem vbi ſupra f. 247. & lib. 2. de vita Moſi fol. mihi 415.

§. 4. Hæc non minor Indiarum plaga. Tribunalia Regia Suprema, incorruptibilia, iuſtitiæ preſidium, vnica Regnorum propugnacula, munitiſſimæ arces ad vaſallos ſubditos que in pace, iuſtitia, & æquitate continendos: eatenus hæc duratura credimus, quatenus illa ſuo libero exercitio & libertate perdurent. Alterius Cathegoriæ Miniſtri alij, re & ſubſtantia prorſus diſſimiles ſunt: qui ad propriam ſectandam commoditatem, vere populares fiunt, & vulgi licẽtioſam vitæ conſuetudinem parvi pendẽtes, ſubditos ſibi alliciunt huiuſcemodi tollerantia. Hij ſiquidẽ, ad inſtar reputantur Coquorum, qui guſtui plurimum indulgentes, inutiles, ac ſupervacaneas ventris amplectuntur voluptates, ſuo ſatis contenti lucro. Nec inſipidè Martialis.

*Non ſatis eſt ars ſola Coco, ſervire palato:*
*Nam que Cocus domini debet habere gulam.*

Martial. epig. 120. lib. 14.

Aliter

*His etiam verbis* Philo, lib. de Ioſeph, pag. mihi 418. & *proſequitur per bellè ad intentum.*

Aliter ſuprema illa Tribunalia, quæ verè prudentes ſapientesque Medicos ſe commoſtrant. Quid autem (ait Philo) inter Medicos & Coquos interſit, quis nō videt? Illi, quidquid ad ſanitatem conducit, etiam ſi ægroto ingratum videatur, ſolum magno apparāt ſtudio. Hi contra, ſuavia curant, vtilia negligunt. Ergo Medicis ſimiles ſunt in Civitate, leges & Magiſtratus legitimi, Senatores, Iudicesque, providentes communi ſalute, ac ſecuritati, quibus adulator non facilè palpatur; cupidinarijs autem iuniorum turba eſt ſimilis: nam ſecuri de commodis, præſentē tantum voluptatem venantur: & ſicut impudica mulier, ſic concupiſcentia virum civilem adamat. Non omnes Miniſtri pravi. Superiores, multi boni, docti, integri, circumſpecti, iuſti. Inferiores itidem, nō pauci recti, prudentes, in miniſterio ſoliciti, erga Regem, regiumque patrimonium, fideles. Aliqui autē (ſuperiores & inferiores) perperam agere, non dubitamus. De ijs nobis ſermo, qui perfunctoriè tantum, obligationibus vtuntur miniſterij: maximè pravis negociationibus introducti & cōſervati, qui damna ex penſaſque primum reſarcire curant, credentes fortè, dū emerant illi prius, vendere iure poſſe. Quid enim adquiri putatur vbi bona conſcientia perditur? “aut in qua parte potuit homo proficere, ſi innocen-“tiam probatus fuerit amiſiſſe? 1 Qui alienis inhiant, “hoſtes publici 2. Itaque adepti poteſtatem, popu-“lantur Ciuitates integras, contemptis ſupplicijs, “quia videntur ſibi potentiores legibus. Hi ſunt qui “à natura inſitum habent paucorum dominationis “deſiderium, & dynaſtias tyranidesque appetunt, “qui magna furta faciunt, latrocinia tegendo hone-“ſtis nominibus principatus & Imperij. Nec diſparis ſunt qualitatis, qui Regis zelo ſcutati, ſervitiū eius [quaſi ſoliciti] oſtentant, verbo promptè, ſegnius

1. Caſiodor. var. epiſt. 7. lib. 11.

2. Philo, lib. Decalogo f. 589.

operè



operè. Prętextus huiuſmodi, magnum ampliſſimū que palium, cooperiens multa. Leges apud illos, valent ad tempus: expiſcatores Regiarum Schedularum; quas tunc obſervant, dum intereſt ipſis, vindicative potiùs quam executivè. Proprijs ſtudioſi cōmoditatibus, divitias extorquere laborant, argenti aurique ſacra inſatiabiles famæ: vnde patientiùs Domini ferunt iacturam, quam propriam. “Quęrunt “quæ ſua ſunt (& quæ nec ſūt) ex omnibus charis “eius 3. Diligunt munera, nec poſſunt pariter dilige-“re Dominum, quia mammonæ dederunt manus. “Quid?

3. *Item ſimil* Divus Bernardus, in Floribus, lib. 3. cap. 21 22. & 27.

*Vivitur ex rapto. Non hoſpes ab hoſpite tutus,*
*Non ſocer à genero: fratrū quoque gratia rara eſt.*
*Victa iacet pietas.*

Ovidius Metamor phoſ. lib. 1.

Hi ſunt bonorum Miniſtrorum perſequutores; quia illorum operibus contrarij. Malos opportet eſſe, vt boni per illos exerceantur, & manifeſti fiant qui probati ſunt in miniſterio. Nec tamen Dominus relinquet eos, vt à multitudine oprimantur peſſimorum.

§. 5. Delectus itaque Miniſtrorum, nullibi tam neceſſarius rigidusque eſſe debet, quam in ijs, qui creātur, ceu eliguntur, ad regendos & gubernandos populos, iuſtiamque adminiſtrandam in hiſce remotiſſimis Provincijs. Experientia, literis, genere & exiſtimatione præditos, probatosque Iudices & Magiſtratus ſuperiores eſſe, quatinus Indiarum indigent Regna, comueniens admodum: quæ ob nimiam diſtantiam, non modico Regio videntur deſtituta calore. Hic, iniuriæ & vexationes, cum executivæ ſint, extemploque ſævientis operentur effectum; ferè numquam in integrum reſtitutionem habent: & cum aliqua advenit ſatisfactio, hæc, velui intempeſtiva (temporis fruſtrata tranſcurſu) debilis ſemper, aut inanis: nec actenus viſſum eſt, vt ſemel illatum dam-

num,

num, factum non fuiſſe, fieri poſſit. Duplici plerumque in expertí, indocti, ſeduloque nec morum honeſtate probati Miniſtri [tam Eccleſiaſtici, quam Seculares] ſolent languere morbo: nempè, ellatione, & deſpotica voluntate. Illa, irritat animos. Hæc inſolentes facit, & deſperatos reddit ſubditos. Deſpicit illa omnes. Leges hæc conculcat: iniurioſus que fit, qui iura omnibus reddere venit. Amator ſui nimius, alienum negocium, proximique charitatem raro diligere poteſt. Onera gravia & importabilia in ſubditorum humeros imponere: non Iudicum, ſed Phariſeorum eſt, dicente Domino Ieſu. Authoritatem in Miniſtro Superiore neceſſariam credimus; ſed prudentem, venignam, accerſibilem. *Hæc enim tria*, dicebat Philo, *plurimum faciunt ad conſtabiliendum Imperium, Maieſtas, gravitas, & beneficentia; quibus artibus facile perficiuntur ea quæ modo diximus. Nã Maieſtas parit reverentiam, gravitas metum, beneficentia benebolentiam, quæ res quoties in vnum pectus conueniunt, egregiè continent ſubditos in officio.* Ea enim frequenter natura eſt, illorum qui flante fœlicitatis vento, ceu favente fortuna [indignorum ferè ſemper fautrice] ad dignitates perueniunt; vt illicò antiqua humilitate depoſita, hypocritaque exuti morigeratione (antea ad conſequendum vſque retenta) effractis repagulis, in peiora neceſſario prorrumpant. *Tantiſper enim* de pravo hominum ingenio, diſcutit Flavius Ioſephus, *dum humiles ſunt atque plebeîi, quia non audent, neque liberum eſt naturæ obſequi, æqui & boni viri eſſe videntur, mirumq; quoddam iuſtitiæ ſtudium præſeferunt. Quin & pietatem interea colunt, Deumque omnibus actionibus noſtris intereſſe, omnes denique cogitationes intueri perſuaſum habent. Sed ſimul atque ad potentiam & imperium prouecti ſunt, exuſis priſtinis moribus, & tam*

Mathei c. 23. verſ. 4 Lucæ. cap. 11. verſ. 46.

Philo, lib. de premijs & pœnis, pag. mihi 716.

Ioſephus, Antiquit. Iudaicar. lib. 6. cap. 14.



*tamquam in ſcena mutato habitu, noua que perſona aſſumpta, in omnem audaciam & inſolentiam diuinarumque æquè, ac humanarum rerum contemptum prolabuntur: & cum ad ſuperandam inuidiam maximè illis opus eſt pietate & iuſtitia, cumque omnes eorum non actiones ſolum, verum etiam voluntates in conſpicuo ſint omnibus propoſitæ, tum maximè tamquam aut diſſimulãte Deo, aut & ipſo poteſtatem eorum formidante, in ſubditos debacchantur: & quidquid aut per inanem metum, aut odium vel favorem irrationabilem decernunt, id tum hominibus ratum, tum Deo quoque ipſi probatum eſſe exiſtimant: futurorum verò prorſus nullum nec reſpectum nec rationem habent. Quotquot enim in eorum gratiam plurimos labores exhauriunt, eos primum euehunt, deinde iam honoratos per inuidiam non ſolum dignitatibus pribant, ſed per calumniam etiam ſepè, opprimunt, non conſiderantes quam meritò, tantumque temerarijs delationibus abſque vlla probatione fidem adhibentes: & ſæuiunt non in quos opportet, ſed in quos ipſis ſæuire eſt facilè.* Exhibent ſiquidem proprios, ſepenumero, fructus, in officiorum Dignitatumque exercitio, Miniſtri; vt inde appareat inter generoſos, beneque meritos, ac inter horum contrarios, notiſsima differentia, quam deſcribit Xiphilinus, ex Dione. Aſſerit ergo. *Vt enim ij qui eam dignitatem obtinent quam merentur, non magnopere poſtulant honores ſibi ab alijs exhiberi, neque ſi quid ab illis prætermiſſum aut peccatum fuerit, reprehendunt: ſibi enim conſcij ſunt, ſe non contemni. Ita qui ſubſidium ſibi comparant ad decus atque ornamentum, ſtudioſe quærunt omnia quæ ſpectant ad augendam dignitatem: quæ ſi nequeunt aſſequi, moleſtè ferunt, quaſi illudi videantur, dolent que quaſi ſint magnis iniurijs laceſſiti. Ex quo fit, vt maior cura adhibeatur in fovẽdis eiuſmodi hominibus, quam in ipſis Im-*

Ex Dione in vita Tiberij pag. mihi, 488.

*Imperatoribus ambiendis. Nam hi, ſervare ſe digni- tatem ſuam putant, & virtutem colere, cum huiuſmo- di peccatorum pœnas prætermitunt. Illi, dum ignoſ- cunt, exiſtimant argui ſuam imbecilitatem: dum autē puniunt, tum demum potentiam ſuam intelligi, & con- firmari putant.*

§. 6. Preſcripta, aliaque eiuſdem ſubſtantiæ in regio- nibus ijs, frequentius & ſolemnius quam in Hiſpania- rum, & totius quaſi Europæ Regnis, experiuntur. Nec mirum, cum nova huiuſmodi natura [ſi ita di- ci poteſt] peregrinaque Climatum differentia, ceu potiùs contrarietas, ob terrarum locorumque diſfor- mem temperiem, & viciſsitudines temporum; haſce tranſmutationes indies facilè operentur, & in homi- nibus vniformiter conſpiciantur. Ita vt qui antea mi nutarius erat mercator, illicò poſtea fiat ſcriba. Heri piſtor, hodie Dux. Facilimo negotio tranſmutant officia, mutuant miniſteria, vt non incongruè dici poſſit.

Martial. epigr. 16. lib. 8. & lib. 1 epig 31. & 48.

*Piſtor qui fueras diu, Cipere,*
*Nunc cauſſas agis, & ducenta quaris:*
*Sed conſumis, & vſque mutuaris.*
*A piſtore Cipere non recedis,*
*Et panem facis, & facis farinam*

Et alibi

*Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Diaulus.*
*Cœpit, quod poterat, Clinicus eſſe modo.*

Fragile hìc, quod in Hiſpania durabile: nocivum hic, quod alibi proficuum: tollerabile in hijs regio- nibus, quod in noſtris prohibitum: alij mores, etſi nec alij homines. Et adhuc homines alij, ſecundum mores, & ſecundum nàturam eſſe quaſi videtur hic: raræ compaginis, corporumque raræ contexturæ, debiles, infimi, brevis vt in plurimum vitæ. Prima in ætate pululantes, quemadmodum turgentibus gem- mis



mis erumpere flores ſolent; ita impuberes adhuc, grammatizant. Non dum finita, imò media ferè ado leſcentia, qualitatibus doctiſſimorum repletos eſſe, non pauci ſuadentur: quidquid renuat experientia longiſſimæ artis, in tam brevi vita rerum magiſtra.

§. 7 Multi quidem docti ſunt, vivaces ingenio, do- ctrina admirabiles, moribus graves, prudentia, ſaga- citate, omniumque virtutum genere præditi; ita vt nedum æquent, verum & ſuperent Hiſpanos, Euro peosque multos, vti experientia didicimus & teſta- mur, maximè in Civitate Mexicana: De ijs nobis nō eſt ſermo, nec credimus nos dignos, ſuſicientesque eſſe, tot doctrinæ atque virtutū faſtigia, pro merito laudare, referre. Loquimur de ijs, qui omni ferē diſ- ciplina & humilitate vacui, latronum more, non per portam; ſed aliunde intrare tentant ſacroſanctam ſcientiarum aulam, vt inde, artibus, munera beneme- ritis debita ſubrripiant, & alienis ditentur theſauris: credentes iam ex tunc, quaſi per manus impoſitio- nem ſcientiam habere collatam. Cupiunt cathedras inerudìti, ad erudiendum; Magiſtros eſſe, ante quā diſcipuli fiant; docere, ante quam diſcant. Phariſai- cæ vanitatis ad inſtar eſt, aliud eſſe, aliud apparere: exteriori ornatu ſatisfacti, primas apetebant cathe- dras, recubitus primos, dilatare Iphilacteria, fim- brias magnificare, ſalutationes in foro, & Magiſtri ab omnibus vocari. Non enim idem quod ſcire, eſt Math. 23. & Lucæ 12. lectionem, ſive memoriæ mandatum ſermonem, mo re ſcenicorum recitare. Cunctam ſuam adponunt fœlicitatem in eo, vt vno eodemque tempore, Bac- calaurei, Licentiati, Magiſtri, & Doctores, & adhuc Medici ſint; Aſſeſſores, & Prædicatores, vt & advo- cent, & ſermunculos recitent, magis importunè, quā oportunè: & vti de balbutientibus dici ſolet, pudo- re defectus, copiam verborum affectant. O Buceli, quis

quis vos faſcinavit ? Quæ vos veſania cepit ? Illud neſcitis vulgare, qui duos inſequitur lepores, neutrum capit ?

Iocatur Martialis, ita.

Martial. epigr. 7. lib. 2.

*Declamas belle: cauſas agis, Atale, belle.*
*Hiſtorias bellas, carmina bella facis.*
*Componis belle mimos, epigrammata belle*
*Bellus grammaticus, bellus es Aſtrologus.*
*Et belle cantas, & ſaltas, Attale belle.*
*Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.*
*Nil bene cum facis, facis attamen omnia belle.*
*Vis dicam quis ſis ? magnus es Ardelio.*

§. 8. Uerum nec inficiandum, illos qui tam prematurè florentis ingenij fructus ſpem dedere, ſeminij, vigoroſe que intelligentię cito propalata natura [ad arborum ſimilitudinem, quorum radices, ob humidiſſimam & calidam climatis temperiem, ſuperficiales apparent] diu durare non poſſe. Idque experimento docemur; quandoquidem non pauci, vnica hac florum penſitatione, literarum tributa ſolventes, coguntur ſiſtere. Solis enim ardor, vnico ſuo zodiaci curſu [& proximitate] bis culmen pertingentis zenith; id efficit, dum æſtuat omnia, vt humana etiam huiuſce regionis corpora, ad illius inſtar greſſus, curſum componant ætatis: quæ cum vix medium (quaſi ſummum) ſuo vigore lucretur; illicò deciduæ naturæ operationis fœnum, & literarum areſcit exercitium, decidente flore, maturorum opimorumque fructuum ſpe fruſtrata; reſiduum vitæ, laboribus, ęrũnis, infirmitatumque curationibus dantes.

§. 9. Exhibent nec minus, miniſtrantque diſcordijs aptam materiem, vulgi numeroſi in Clericatus, Monachatusque cooptati conſortium plerumque mores: homines literarum communiter expertes, laborem fugientes, ocium ſectantes, aliquã exiſtimationem



nem authoritatemve (qua in Republica carebant) ambientes; in Eccleſiaſtico ſacro miniſterio invenire, & exercere procurant, Ellati poſſeſſione inſperati ſtatus, omnia eis licere credunt: extolluntur tunc, qui antea deſpecti forte erant in ſæculo: invrbani erga eos, ad quorum conſpectum olim, caput operire non auderent: irreverentes in Regios Magiſtratus, magnam ſe credentes victoriam, honoremque conſequutos, ſi Regiam iuriſdictionem conculcent, Miniſtros lacerent, captos è manibus eorum, tota libertate eripiant, & in Eccleſijs defendant; plus manu militari, caſtrorumque more, quam iure, & ratione; tam in lęviſſimis cauſis, in quibus nullum adeſt corporale periculum, quam in enormiſſimis, & ab Eccleſia exceptuatis delictis, ne ea perpetrantes illius gaudeant immunitate. Quæ, peritiſſimi iſti [vtinam] & docti viri, ignorantes neceſſaria, diſtinguere nequeunt: & ſi forte ſciunt, pluris faciunt ſtrepitu, cõmotioneque bellica partã victoriam, quam ſuavitate & modeſtia religioſa conſequutam: ſic invertentes omnia, vt nec Deo quæ ſunt Dei cõſervet, nec Cęſari quę ſunt Cæſaris reddant. Ideò nõ rarò (nec immeritò) cum Chriſto Dño dicere poſſumus: domus mea domus orationis vocabitur; vos autẽ feciſtis illã ſpeluncã latronum. Quid? Proferat nunc Divus Bernardus Icon huiuſmodi Eccleſiaſticorum: verbis ijs.

Mathei c. 21. verſ. 13. & cap. 22. verſ. 21.

Divus Bernard. in Flor. lib. 4. cap. 8. 10. & 17.

" Inſolentia Clericorum, vbique terrarum turbat & " moleſtat Eccleſiam. Dilata videtur Eccleſia, ipſe " etiam Cleri ſacratiſſimus ordo, ſuper numerum " multiplicatus eſt. Verum ſi multiplicaſti gentem Domine, non magnificaſti lætitiam, dum nihil minus appareat deceſſiſſe meriti, quam numeri acceſſiſſe: curritur paſſim ad ſacros ordines, & reverenda " ipſis quoque ſpiritibus angelicis miniſteria, homi- " nes apprehendunt ſine reverentia, ſine conſideratio-

“ ratione. Neque enim ſignum Regni occupare cœ-
“ leſtis, aut illius timent Imperij geſtare coronam,
“ in quibus avaritia regnat, ambitio imperat, domi-
“ natur ſupervia, ſedet iniquitas, luxuria enim prin-
“ cipatur, in quibus peſſima fortè appareat intra pa-
“ rietes abominatio. Heu genus electorum, regale
“ Sacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitio-
“ nis, quis inter tua illa primordia tam divina &
“ ſpiritalibus affluentem chariſmatibus Chriſtia-
“ næ religionis ortum credere poſſet: poſſe talia
“ in te aliquando reperiri? Ingrediuntur cum
“ hac macula tabernaculum Dei viventis, inhabitant
“ cum hac macula templum ſanctum Domini pol-
“ luentes, iudicium multiplex accepturi, quòd tam
“ graviſſimas conſcientias gerunt: & nihilominus
“ ſeſe ingerunt in ſanctuarium Dei. Tales enim non
“ modo & non placant Deum; ſed & magis irritant.
“ Irritant planè & infenſum reddunt ſibi, vereor ne
“ & his quibus eum propitiare debuerant. Vtinam
“ qui continere non valent, perfectionem temerariè
“ profiteri, aut cælibatui dare nomina vereantur. Eſ-
“ ſet ſiquidem ſine dubio melius nubere quam vri: &
“ ſalvari in humili gradu fidelis populi, quam in Cle-
“ ri ſublimitate, & deterius vivere, & diſtrictius iu-
“ dicari. Quid enim [Religioſe] facit ſupervia ſub
“ pannis humilitatis Ieſu? Num quid non habet quo
“ ſe palliet humana malitia, niſi vnde involuta eſt
“ infantia Salvatoris? Mens quippe aſueta delitijs,
“ nec exculta diſciplinæ ſarculo, multas contrahit
“ ſordes. Sed heu, quia ſine delectu ad ſacros ordi-
nes capeſſendos admituntur, qui tumultuariè ad li-
bertatem, & exemptionem ſecularium iudicum, reli-
gionis prætextu aſpirant. Volunt enim præceptum
eſſe vt vivunt; non verò vivere vt præceptum eſt.
Quid ſibi vult [interrogat illos Divus Bernadus] quod

Seneca Sent. vet.

Cle-



“ Clerici aludi eſſe, aliud videri volunt? Nempe ha-
“ bitu milites, quęſtu Clericos, actu neutrum exhi-
“ bent. Nam neque pugnant vt milites, neque vt
“ Clerici evangelizant. Cuius ordinis ſunt? Cum
“ vtriuſque eſſe cupiunt, vtrumque deſerunt: vtrũ-
“ que confundunt. Vnuſquiſque, inquit, in ordine
“ ſuo reſurget. Iſti in quo? An qui ſine ordine pec-
“ caverunt, ſine ordine peribunt? Aut ſi ſummè ſa-
“ piens Deus veraciter creditur à ſummo vſque ad
“ deorſum nihil inordinatum relinquere, vereor ne
“ alibi ordinandos, quam vbi nullus ordo, ſed ſem-
“ piternus horror inhabitat. O miſerandam ſponſã
“ talibus creditam paranimphis, qui aſſignata cultui
“ eius proprio retinere quæſtui non verentur. Pro-
vidi ergo Epiſcopi, in ordinibus conferendis, manus
ſepè continere ſolent, ne indigni cooptentur inter
Sacerdotes. Sicut enim (inquit Leo Pontifex) boni
operis ſibi comparat fructum, qui rectum ſectatur
in eligendo Sacerdote iuditium; ita gravi ſemetipſũ
afficit damno, qui ad ſuæ dignitatis collegium, ſu-
blimat indignum. Ita etiam literarum expertes, re-
pellendi: cum noxia ſit nimis, & cunctorum erro-
rum mater, ignorantia; maximé Sacerdotibus, in qui-
bus, nec excuſatione digna eſt, nec venia. Alias qui-
dem eſſet, Sanctum dare canibus, mitereque mar-
garitas ante porcos qui eas conculcent, & reverſi diſ-
rumpant miniſterium.

D. Bernardus d. lib. 4. cap. 6.

Can. miramur 5 diſtinct. 61.

Can. 1. & 3. diſtinct. 38.

Mathei c. 7 verſ. 6.

§. 10. Sunt tamen alij (etiam ex communi plebe) adeó probi, docti, morigerati, & humiles, vt in vene ratione cunctis ſint: & quò ſe modeſtia, humilitate, & manſuetudine deijciunt, eò magis magiſque ab omnibus ad apicem evehũtur exiſtimationis, vt operibus & experimentis Chriſti Domini ſententiam cõſpiciant adimpletam, *Qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur*. Hæc vera vivendi ra-

Math. cap 23. v. 12.



tio:

Seneca, de vita beata cap. 4.

tio: vis eſſe beatus? Hoc primum cogita: contemnere, & contemni. Primitùs Eccleſiaſtici, ſua humilitate, dum ad omnium pedes eſſe reputabantur; ſuper omnium capita venerati, & obſequuti vivebāt. Poſtmodum verò, & hodie, quid? Experientia teſtimonium perhibeat. Verendum enim, ne ſicuti venit à radicibus humor; à capite in membra rerū in ordinatio deſcendat [quod avertat Deus]: hic malorū ſcopus; hoc inſanabile vulnus: ſi oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit. Dificile, ceu potiùs impoſſibile eſt, vt ex amara radice, ſuaves prodeant fructus. Vę vobis qui claves

Math. c. 6. verſ. 23.

D. Bernadus, d. lib. 3. cap. 28. & 29.

" tollitis, non ſcientiæ ſolum, ſed & authoritatis nec
" ipſi introitis, & multipliciter impeditis quos in-
" troducere debuiſtis. Tollitis enim, nō accipitis cla-
" bes, de quibus Dominus quæritur per Prophetam.
" Ipſi regnaverunt, & non ex me: Principes exſtite-
" runt, & ego non vocaui eos. Vnde tantus præla-
" tionis ardor, vnde ambitionis impudentia tan-
" ta, vnde tanta veſania præſumptionis humanæ?
" Vtinam hodie quicumq̄ paſtores non ſunt, Mer-
" cenarios ſe gregi vellent exhibere, non lupos. Aliquos non numquam accepimus fuiſſe Prælatos, qui corruptam ſubditorum vitam, moreſque perditos, non tam parvi pendentes tollerarent; ſed & inſtati vt punirent, defenderent. O humani generis cupiditas! Cadit Aſina, & eſt qui ſublevet eam: perit anima, & nemo qui reputet. Quid ſi vanitate, emulatione, cupiditate, ambitione, timore hoc? Vereor Divi Bernardi, ſic interrogantis, referre verba. *Quem dabis mihi de numero præpoſitorum, qui non plus vigilet ſubditorum euacuandis marſupijs, quam vitijs extirpandis?* Abſit hoc à Præſulibus, ne & per Prophetā ipſis dicat Dominus, qui deborant plebem meam vt cibum panis, & peccata populi mei comedent: væ vobis

Idē c. 21.

Æſaię, c. 5

D. Bernard lib. c. 27.

D. Bernardus, vbi ſupra, c. 29.



vobis qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. " Quando enim tranſito-
" ria damna non timeat, qui temporalia lucra ſecta-
" tur? Quando terrenam ſubſtineat perſecutionem
" propter iuſtitiam, qui magis terrenam mercedem,
" quam iuſtitiam quærit? Cœterum propter avari-
" tiam, propter ambitionem paratos videas vniver-
" ſa pericula ſubire, ſuſcitare ſcādala, ſuſtinere odia
" diſimulare oprobria, negligere maledicta. Doceat ergo Epiſcopus, ne ſuperior poſſit invenire quod puniat. 1.

1. Caſiodor. var. lib. 11 epiſt. 3.

§. 11. Neſcio tamen quo pacto Prælati aliqui, adeò Regijs ingrati ſunt beneficijs; vt poſt poſitis obligationibus (vaſallorum etiam non raró) minus vrbani, attentique, Principes ſuos, & dominos temporales, debitis fraudant obſequijs. Allecti ex tuberatione quadam, ſibi blandiuntur: abſolutoſque ſe eſſe credentes, ſacroſanctæ dignitatis obtutu, ſiue pretextu vtentes, in meſſem alienam falcem mitere non recuſant. Regios Seculares que miniſtros, ad ſe ſub Eccleſiaſticæ poteſtatis velamine trahere, vltrò, minuſque decoroſé, ſibi in omnibus ſubiectos paſim facere, anxiant. 2 *Erubeſce ſuperbe cinis* [ait D. Bernard' 3] *De' ſe humiliat, & tu te exaltas. Deus ſe hominibus ſubdit, & tu dominari hominibus geſtiens, tuo te præponis authori. Quoties enim hominibus praeſſe deſidero, toties Deum meum praire contendo. Deus inquam, cui angeli ſubditi ſunt, cui Principatus & poteſtates obediunt, ſubditus erat Mariæ. Si hominis ó homo imitari dedignaris exemplū, certé nō erit tibi indignū ſequi authorē tuū.* Nihil reputātes ſi in hoc aliquaten', vel cōſiderabiliter excedant: flocci pendentes ſeculariū poteſtates, grauamina, proteſtationes. Maximum tamen pōderantes ſacrilegium, ſi Clericorum veſtimenti fimbriam pertingant; etſi incidenter, vel irre-

2. *Quā ordinariū ſit Eccleſiaſticorum iudicum, qui ſeculares punire ambiūt, in proprios ſubditos negligentes eſſe. Quotidie experimur, quod dum quis affectat aliena, propria frequenter amitere ſolet.* Refert Iuſtinus. hiſtor. lib. 39.

3. Lib. 5. Florū c. 11.



veren-

verenter ab illis provocati, præciſe naturalis defenſionis obſtricti neceſſitudine, aut in caſibus ſibi à iure permiſis, id fiat. Quod ſeveriſſimè puniendum prædicant: exceſſus autem, iniuriasque Clericorum in laycos, oblivionis indulgentia [vt in plurimum] ſatisfacere ſolent. Uerum enim huiuſmodi inæqualitas, à legibus ſcriptis mutuari minimè poteſt, nec ab illo rationis iure mentibus cũctarum inſito gētiū. Liceat nobis cum Martiale (& ſi iocoſſe ad alium finem) dicere, vti refertur in gloſa Canonica.

*Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te*
*Alterius ſiccas pocula, nemo tua.*
*Aut tu redde vices, aut deſine velle vocari.* 1.

§. 12. O magna Regis noſtri (in his præſertim Indiarum Regnis) infœlicitas, non raro aliquibus experta incommodis, eóque vſque excreſcens, vt eodē fere tempore quo Regiæ præſentationis virtute, quis Præſul itū, vel Eccleſiaſticam cōſequitur dignitatem, eo ipſo Regij patronatus, & iuriſdictionis Regiæ, Miniſtrorumque, æmulum creatum plerumque videamus. Deteſtabilis ingratitudo, quæ re vera nec paucos habuit ſemper Tartarei ſinus accolas; in contrarium abvtentes accepto beneficio, ſe ipſos, per nimiam arrogantiam, bonorum ſuorum exiſtimant authores. 2. Gratus animus, alienus eſt ab arrogantia, ſicut è diverſo ingratus, affinis eſt ſuperbiæ: & ſi raró illa locum habeat apud probos, eosque qui ſapiētiæ ſtudijs ſe dedere. Quam brevis aliás ſit inter homines beneficij accepti memoria, indies experimur. Gloriantur de accepta dignitate, vel authoritate, & tamquam ipſis iure debita, ne dum authorem recognoſcunt beneficij, ſed & [quod peius eſt] in eum abutuntur, cui debebant obedientiam & gratititudine acceptum ferre. 3. Inhumanum hoc [ait Seneca] & perverſe grati animi natura eſt, contra eum optare, cui honeſtè

1. Ut per gloſ. in c. 1. de donation.
2. Philo de ſacrificijs Abel, & de Charitate, fol. mihi, 107. & 552 Ualer. Maximus lib. cap. 1.
3. Laert. lib. 5. cap. 1. Seneca lib. 6. de benefic. c. 25. in fin.
4. Paul. 1. ad Chorint. c. 4. verſ. 7.
5. Idem lib. 1. c. 10. & lib. 4. c. 18. Publius, Antonius, & alij innumeri.
6. D. Bernardus, flor. lib. 5. cap. 18.



honeſtè deeſſe non poſſis. Quid habes [ingrate] quod non accepiſti? 4. Et ſi accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Omnium vitiorum maximum, ingratus animus. 5. Nihil peius ingrato homine creat terra. Dixeris maledicta cuncta, cum hominem dixeris ingratum: cui frequenter nihil augetur, ſed quod acceperat, ei vertitur in perniciem. 6. Peremptoria ſi-
" quidem res eſt ingratitudo, hoſtis gratiæ, inimica
" ſalutis, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio,
" beneficiorum perditio: ventus vrens, ſiccans ſibi
" fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gra-
" tiæ. Non ne iure perditum reputatur, quod ingra-
" to donatum eſt, aut dediſſe non pœnitet, quod
" perijſſe videtur? Et forté clementia iudicatur, in-
" gratis negare quod poſtulant, ne contingat nobis,
" vt tanto gravius de ingratitudine iudicemur, quā-
" to magis accumulatis beneficijs ingrati porbamur
" extitiſſe. Sed de hoc, ſatis. Amaritudines ſcribere, non ſemper, & omnibus datum. Quod autem certius probamus, hoc & prędicamus ſecuri? Nullus hic ſpeciatim cōprehēſus: ni ipſe qui dolore aliquo afficitur, ictus impatientia detegat vlcus. Generalia ſiquidem, ad nullum pertinent indibiduum. Lectori, minus: nec enim legere curant, qui talia agunt. Indulgendum eſt aliquid laboribus, perſecutionibusque à nobis pro Regis ſervitio paſſis: aut permitendum ſaltem, vt læſus animus, vociferatione paſcatur. Sed ne aliqui materiales, indocti vulgi ad inſtar, rerum corticem tenētes, clypeo affectato propugnatæ pietatis ſuam tegant ignorantiam, credant, doceantve, nos dum vitia, pravosque reprehendimus mores (& ſi alicuius communitatis ſubiectos aliquos (quod abſit) ſpecificaremus) ordinem, cœtumque aliquem iniuria laceſſere (alienum quidem prorſus à nobis eſt hoc) audiant Divum Bernardum, ſic dicentē. *Nullus*

D. Bern. flor. lib. 10.

Caſiodor. var. epiſt. lib. 2. epiſt. 27.

D. Bernad. flor. lib. 4. cap. 14.

*lus ordo quippiam recipit inordinatum. Quod verò inordinatum eſt, ordo non eſt. Vnde non adverſus ordinem, ſed pro ordine diſputare putandus ero ſi non ordinē in hominibus, ſed hominum vitia reprehēdo*. Proſequamur incepta: & incipiamus proſequenda.

§.13. Exordium faciente Anno 1651; dira illa peſtis quę plurimas & principales Hiſpanię partes aflixit; ſævire cœpit [& rigorosè quidem proceſſit] in homines Hiſpaniolam Inſulam, & Civitatem Metropolim Sancti Dominici habitantes. Poſtquam autem Dei benignitas, & paterna ipſius miſericordia, Angelo percutienti manum continere præcepit: protinùs ſupremi illius Senatus Conſcripti Patres, memores, ne fortè Domini provocata fuiſſet ira, ob nimiam frequentiam, tolleratamque aliquibus retrò annis publicorum continuationem peccatorum; ſacrificium iuſtitiæ [grates] in tanti accepti beneficij memoriam [ſalute publica mediante] Deo iam quaſi placato, in poſterum que placando, offerre ſtatuere. Nec minus ad id impulſi fuere, memoria Decretorum, & Schedularum Dñi Noſtri Regis, quibus ſua Catholica pietate, & Religionis zelo, omnibus Miniſtris hoc ſtrictiſſimè, paſſim, & á principio ſui fœliciſſimi regnatus præcepit. Fuit enim huiuſmodi ferventis deſiderij Regale argumentum, illiuſque charitatis angularis lapis, decretum propria Regia ſcriptum manu, & remiſum Ceſtellæ Sūmo Pręſidi, Die quarta Menſis Decembris, Anni 1625. ita. *Me ha parecido aſsi miſmo ordenaros con grāde inſtancia y apretura, lo que tanto tengo encargado de la reformacion, y caſtigo de los vicios, y pecados publicos: porque tantos beneficios, y auxilios extraordinarios como hemos recebido de Nueſtro Señor, y de ſu infinita providencia, nos pueden, y deben recatar mas que nunca de ſu caſtigo, ſino acudimos à dalle las gracias como debe-*

*mos,*



*mos, y á reformar la vida, y eſcuſar ofenſas ſuyas.* Hoc etiam, & continuatum poſtea fuit diverſis Schedulis, Præſidi Senatuique Dominicano directis, Matriti expeditis, diebus, 15. Februarij, Anni 1633. 28. Iunij, 1635. 13. Aprilis, 1637. 23. Iulij, 1639. & præcipuè vltima, 28. Octobris, Anni 1649. Quæ occaſione contagij experti in aliquibus Hiſpanię Civitatibus (maritimis maximè) morum reformationē, publicorumque punitionem peccatorum, ferventer inſtat. Sed & vt illa (quæ tamquam copioſior in capite executionis huiuſcæ ſacrificij appoſita fuit) faciliùs perpendatur, ad literam tranſcribere, nec pudebit-- El Rey. Preſidente, y Oydores de mi Au-
" diencia Real, que reſide en la Ciudad de S. Do-
" mingo de la Eſpañola, aſſi por relaciones, y avi-
" ſos que de ordinario vienen de eſſa Iſla, como por
" lo que me han informado perſonas zeloſas de mi
" ſervicio, que han venido de ella, he entendido, la
" relajacion de coſtumbres, y vida licencioſa que ay
" entre todo genero de gente, ſin que los Miniſtros
" de juſticia, que las debian corregir, y caſtigar, lo
" hagan, atendiendo mas à interceſiones, y fines par-
" ticulares, que à coſa tan importante, y de ſu obli-
" gacion, moſtrandoſe apaſionados, ſolo, contra la
" gente pobre, y deſvalida de la Republica, que es
" la que de ordinario, recibe las moleſtias, y veja-
" ciones, ſin que tenga recurſo de remedio. Y conſi-
" derando, que los trabajos que cada dia padecemos
" los embia nueſtro Señor por eſtos, y otros grandes
" pecados de la Chriſtiandad, que detienen el curſo
" de ſu miſericordia, caſtigandonos, con los ſuceſ-
" ſos que eſtos años ſe han tenido en los theſoros q̄
" venian de la Nueva-Eſpaña, perdiendoſe, el vno
" cō mengua de nueſtra nacion, y otros por el rieſgo
" de los temporales, y los ſuceſſos tan infelizes, q̄

han

" han tenido mis Armadas,con los numeroſos exer-
" citos que ha avido; en mi juizio,y en el de todos,ſe
" dexa entender ſer aſſi,q̃ Nueſtro Señor eſtá ayra-
" do, y que los fracaſos referidos tan continuados,
" los deve aver permitido por caſtigo de nueſtros
" pecados: me ha parecido encargaros, como lo ha-
" go, procureis con mucho cuydado, y diligencia
" ſe caſtiguen los pecados publicos, y que pueden
" cauſar eſcandalo en la Republica, y que en todo
" aya la enmienda de coſtumbres, que conviene, ſin
" excepcion de perſonas, y que juntamente ſe acu-
" da,como tambien voſotros lo aveis de hazer, á la
" adminiſtracion de juſticia con igualdad, amparan
" do à las biudas, huerſanos, y perſonas deſvalidas,
" oyendo ſus quexas, y procurando el remedio, por
" que ſi en eſtas ofenſas capitales, huviere la enmiẽ-
" da que conviene, devemos eſperar de Nueſtro Se
" ñor que templará ſu juſticia, y ayudará á los bue-
" nos ſuceſſos de mis Reynos, y ſi en orden â lo re-
" ferido ſe os ofreciere alguna coſa q̃ yo deſde acâ
" deva prevenir, y caſtigar, me lo aviſareis, que al
" pũto mãdarè poner en ello el remedio mas eficaz,
" que ſe tuviere por conveniente, y deſpachareis pro
" viſſiones en mi nombre à todos los Governadores,
" Corregidores, y demas juſticias del diſtrito de eſ-
" ſa Audiencia, para q̃ tambien por ſu parte ſe exe-
" cute lo referido: ſobre todo lo qual os encargo
" las conſciencias, deſcargando en eſta parte la mia,
" con voſotros, y de lo q̃ ellos hizieren, aviſareis. &c.

§. 14. Proceſſum fuit in cauſa, tali, tantaque fructus vbertate; vt plurimi reſipiſcentes, proxima ſublata occaſione, pravaque peccandi conſuetudine abiecta; toto corde ad Dominum converſi redditent. Alij vero, experimento percepimus, matrimonio & religione mediantibus, tranſanctæ vitæ compenſaſſe deffectus.



ctus. Non tamen pauci, qui inter peccatorum illecebras ſopiti, quietam ſibi videbãtur agere vitam [quorum tranquilitatem Rex Propheta commonſtrat, dicens: *Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns*] in Miniſtros inſurrexere, clamantes; ipſos iniuria & dedecore affectos eſſe, repentina hac reſolutione, inſperataque eius executione. Nova itidem procedendi forma introducta, publicam læſiſſe pacem, animosque incolarum contriſtaſſe, ſine reſpectu & diſtinctione ſtatus & perſonarũ dicebãt. Quando ipſi, ſpreta diſtinctione & reſpectu omni, palã ſcandalizare, & Deũ publicè offendere nec verebantur. Fomentum credebatur hos accepiſſe ab eo, eis ve [quod ſumè dolendum erat] qui ſacri ſui muneris obligatione, priùs hoc præoccupare debuerãt remedium; ne tam iuſtè poſtea arguerentur culpabili deſidia, aut damnabili reprehenderentur omiſione. Omnibus quidem proficua eſt juſtitia, licet aliquibus valde amara. Hij enim effectus ſepenumero ſunt, curatiuæ medicinæ. Uerum ne illi frenetici hac ſua febre, inſanientes in medicum qui eos curare ſatagebat, conſilium perdendi eum cum effectu exequi poſſent: Regi Domino noſtro conſultum per Senatum fuit, ſic. "Señor. Conſideran-
" do el mal eſtado en que ſe halla eſta Ciu-
" dad, con la frequencia, y general continua-
" cion de pecados publicos: y que ſin duda e-
" ſtos excitaron la Divina juſticia, para corre-
" girnos, y caſtigarnos con el riguroſo açote
" de la peſte paſſada; ſin que por eſto ſe aya
" reconocido enmienda, temiendo por lo miſ-
" mo juſtamẽte, que ſu Divina Mageſtad (co-

Pſalm. 72. verſ. 3. De qua peccatorum pace, intelligenda videntur Domini noſtri Redemptoris verba. *Nõ veni pacem mitere in terram, ſed gladiũ*, Mathei cap. 10. v. 34. Luc. cap. 12. v. 51. Non vt vitijs indulgeatur, ſed vt extirpẽtur hoſtilitate, bello, ferro, & sãguine eradicẽtur. Hinc conſequẽter illa Salvatoris ſententia, *Regnum cœlorũ vim patitur, & violẽti*, (adverſus vitia pugnãtes, reſiſtentes), *rapiunt illud*. Math. cap. 11.

" mo mal agradecidos á la miſericordia que con eſ-
" te Pueblo ha vſado en aquel contagio) ha de bol-
" ver à caſtigarnos con mas ſevera demoſtracion, y
" que V. Mageſtad por tã repetidas Cedulas [eſpe-
" cialmente en eſtos calamitoſos tiempos] nos tiene
" vivamente encargado, el remedio de tanto mal.--
" Los Miniſtros de eſta Audiencia, zeloſos del ſervi
" cio de Dios, y de V. Mageſtad, atendiendo, à que
" ſi tan general achaque huvieſſe de ſanarſe con el
" ordinario remedio de primera, y ſegunda amone-
" ſtacion, era darles en alguna manera carta de ſe-
" guro de ſus deshordenes, deſde vna, á otra amo-
" neſtacion, porque con la primera eſperan á la ſe-
" gunda, y eſta ſuele llegar tarde: Porque adverti-
" dos ſe ocultan, ô auſentan á las haziendas que eſtã
" en contorno de eſta Ciudad: ſiendo caſſi impoſſi-
" ble poderlos hallar, como lo es tambien aver teſti-
" gos que digan, ó por comprehendidos en el delic-
" to, ò porque eſta iniqua coſtumbre ſe halla ſiem-
" pre valida entre eſtos naturales, como la experiẽ-
" cia nos lo mueſtra cada dia. Avemos determinado
" por auto acordado, proceder extraordinariamen-
" te al caſtigo de los delictos publicos de amanceba-
" mientos, y en los notales, con los mas eficazes me-
" dios, para conſeguir el fin de ſu correccion, como
" ſe ba executando. Y aunq̃ tan impenſada, y prop-
" ta reſolucion contra eſtos pecados (en que ay al-
" gunos bien eſcandaloſos, y antiguos, y mugeres
" mal entretenidas con Eccleſiaſticos) atrá cauſado
" en los tocados de eſte vicio, como mal enſeñados,
" á vivir bien, algunas quexas (que quizá daràn a V.
" Mageſtad) en los virtuoſos, y atentos, conocien-
" do ſu juſtificacion, á ocaſionado muchas alaban-
" ças. Damos quenta à V. Mageſtad de lo hecho
" haſta ahora, y la daremos de lo que en adelante
ſe



" ſe huviere obrado en eſte particular, como ſomos
" obligados. Guarde Dios la Real Catholica perſo-
" na de V. Mageſtad, como la Chriſtiandad à me-
neſter S. Domingo, 21. de Henero de 1652. años.
Cui Regia Maieſtas ſic reſpõſum præbuit.-- *El Rey, Oydores de mi Audiencia Real de la Ciudad de Santo Domingo de la Isla Eſpañola, haſe recebido vueſtra carta de veinte y vno de Henero deſte año, en que me dezis la atencion con que eſtabais de que ſe remediaſſe los pecados publicos; y aviays determinado proceder extraordinariamente al caſtigo en los delictos publicos de amancebamientos, y en los notales, con los mas eficazes medios para conſeguir el fin de ſu correccion, como ſe iba executando. Y porque tan impenſada reſolucion contra eſtos pecados, en que ay algunos eſcandaloſos, y antiguos, y mugeres mal entretenidas con Eccleſiaſticos, abrà cauſado en los tocados de eſte vicio algunas quexas: y porque podria ſer vinieſſen a mi con ellas, me days quenta de lo obrado, y me la yreis dando de lo q̃ ſe ofreciere en adelãte. Y aviendoſe viſto en mi Conſejo Real de las Indias, ha parecido daros gracias (como lo hago) por el cuidado q̃ aveys pueſto en la correccion y remedio de los pecados publicos, porque ſe cree, procedereis con las atenciones que mas juſtifiquen tales reſoluciones; y quedo advertido de lo que me dezis en la carta referida, para que ſe lleue al dicho mi Conſejo en todas las ocaſiones que vinieren quexoſos, cerca de eſta materia. De Madrid, á veinte y quatro de julio, de mil y ſeyſcientos y cinquenta y dos.-- Yo el Rey. Por mandado del Rey N. Señor. Gregorio de Leguia.*-

§. 15. Re ſic fœliciter peracta, humani generis inimicus Diabolus, in tam exculto agro cupiens ſuperſeminare zizaniam; alios telis malitioſæ cuiuſdam ſuggeſtionis appetivit; alios verò tenui laborantes patientia irritavit, vt ex in mala, ſub pretextu pieta-
tatis

tatis ordirentur, venirent que iniuriæ, vnde auxiliū, & gratiarum actiones iuſtiſſimè ſperabantur. Et factum eſt, vt dum inter aliquos Eccleſiaſticos (heu dolor!) honeſta dignos reformatione, vnus omniū facilè princeps N. B. huiuſcæ in negotio notatus eſſet, improbo liboris ſuſcepti ſigno, amplius ſe cohibere non potuit. Angebatur enim indies magis, magiſque. At cum affectus, qui premuntur, ne per verba expirent, graviores reddantur: Clericus iſte, onere exploſo (ſeu potius ſe humi, vna cum ſarcina abiecto, & proſternato) ſenticoſus, indignatusque, ſe ipſum indigitans, publicè iniurioſus erupit: eo quod mulierem quamdam (qua cum diuturniùs conſuetudinem habuit) Senatus exilij pœna damnavit. Hic ergo cum perditæ admodum eſſet vitæ, omni litterarum genere ignarus, modeſtia, atentione, vrbanitate pœnitus (quaſi novacula) eraſus, thorace Clericatus præmunitus, ſtipatusque ſuperiorum aliquorum gratia [in odium reverſa Senatus] eo ſe dedit præcipitio, vt in Regios Senatores, Regiumque Tribunal iuſtitiæ, nimis iniurioſè prorumperet: & ne dū commoveret ſubditos adverſus miniſtros, vt ipſis debitam deſpicerent obedientiam; ſed in profundum ruens præcipitium, verba terribilia, & conſpirationis ſermones exagitaret, effrenusque iam diceret, ſe Regis auxiliaturum inimicos, vt Inſulam caperent, & primariam expilarent Vrbem.

§. 16. Verum cum hæc, Regio nec potuiſſent latere Senatui, præcavens in futurum, & vt remedium oportunum [quod arduū ſatis expoſcebat negotium] illicò applicaretur, decreto mediante, harum rerum informationem capere iuſſit, ad effectum conſultādi Dominum noſtrum Regē, & interim huic occurrere malo, ſuperiorum Eccleſiaſticorum iudicum interventione, aut Regia per ſe ſola Senatus authoritate,



tate, ſi id præcisè neceſſum eſſet. Conſtitit tandem ex illa (ex alijsque documentis) omne quod relatū eſt. Sed vt ſaniori procederetur iuſtificatione, accerſitus à Senatu, introductusque in ſecretiori Regalis Chancellariæ Camera N. Proviſſor Vicarius generalis Archiepiſcopi [eo tunc temporis è Civitate abſente] die vigeſima quarta Februarij, Anni 1652. certioratus fuit de cauſa; ipſi que informatione perlecta, illius copia, [quam petijt] ſtatim ad litterā tradita fuit, munuſque impoſitum, & præceptum ex parte Domini noſtri Regis, vt in illa procederet, omni dilatione poſtpoſita, vt tanto, tamque gravi, & periculoſo oportebat negotio: & in ſimul de actis à ſe, ac de congrua in dictum B. Clericum ſatisfactione, Senatui rationem redderet. Acceptata ſic re; promiſſaque carcerandi, & exterminandi reum prædictum diligentia, datus Proviſſori fuit, deſignatusq; Tabelio quidam publicus, qui vti Notarius acta cōficeret, eo quod aſſeruit, ſe pro tunc Notarium non habere.

§. 17. Certò certiùs habitum poſtea fuit, dictum B. Clericum reſolutionem præſciviſſe: nam & ſi poſtera die publicè in Civitate viſſus fuerit ambulare; poſtea tamen delituit. Ex qua demonſtratione [ad rē obſervata] ex aliaque Proviſſoris prædicti, qui manè ſequentis veperi, quo ipſe in ſe onus executionis ſuſcepit, nuntio mediante, Regali retulit Chancellariæ, ſe certò ſcire Clericum B. vrbe abfuiſſe (cum in ea apparuit extitiſſe, vt dictum eſt) qua de cauſa muneri ſuo fungi minimè valuiſſe; inſuperque conſiderato, quod quam plurimis ſubſecutis poſtmodū diebus, de huiuſmodi negotio per ſe [& interrogatus adhuc] nec vllum allocutus fuiſſet verbum, & quod arctiſſimo amicitiæ vinculo Clericus B. iudici Proviſſori adſtrictus eſſet, & noctu, clamque domum eius

eius frequentaret, inſuperque adito quaſi continuo inviſſeret Licentiatum T. Archiepiſcopatus Viſſitatorem: compertum fuit tempus in re graviſsima periculose labi, prętermitti quæ à iudicibus Eccleſiaſticis, diligenti incuria, & commentitia negligentia, quod ſatis fidedignis documentis, authenticisque inſtrumentis Senatui conſtitit Regio. Corroboratũ hoc, & perceptum, Archiepiſcopi in Civitatem reverſione [é locorum viſsitatione] planè rem illicó perijſſe. Nam cum ipſe [vti fideliſſimus Vaſſallus, & Regi Domino gratus, obſequensque, ob plurima ab eo accepta beneficia] in ardua hac graviſſima cauſa remedium, & debitam ſatisfactionem adhibere debuerat: aliter ſe geſsit, & in contrarium verſus, de moribus, & iuſtificatione predicti Clerici B. (impoſſibile hoc, iuxta communem exiſtimationem) informationem capere, teſtibus ad id expetitis, procuravit. Conſcia ergo Regali Chancellaria simulatę huiuſmodi diligentiæ, probataque evidenter negligentia in executione reſolutionis ab ipſa iudici impoſitæ Eccleſiaſtico: viſſum fuit, eo iam deventum eſſe, vt iure Regium vtendo Senatum poteſtate propria, naturalis deffenſionis intuitu, manum, authoritatẽ que Regiam ſuam interponere ſtatim, nulla adhibita mora debere. Ideo extemplo iuſſit, prędictum Clericum B. apprehendi, vt naui impoſitus, vna cum præfata informatione, & alijs documentis, ad Dominum Regem mitteretur: cuius commendata fuit executio, D. A. Pręſidi, & Guvernatori, ad quẽ (tamquã independenter diſponentem de rebus portus, de advectionib⁹, & aſcenſib⁹ navium) pertinebat hoc exequi iubere. Sed executioni nequaquã mandatum fuit: nam Pręſes, amicus valdè iudicum Eccleſiaſticorum, eique inviſſa ſatis correctio, & punitio prædicta peccatorum publicorum [rationem

nobis



nobis nunc dare non oportet; iam ipſe Regi ſęculorum immortali, dedit] quæ anſam præbuit huic malo. O temporum infœlicitas! Hominum cauſę deffenſores habent: cauſę ſolummodo Dei, honorque ipſius, ſemper deſtituuntur auxilio! Et quos patronos habere debet, experiũtur accuſſatores. *Quam pauci poſt te ó Domine ire volunt, cum tamen ad te pervenire nemo qui nolit. Hoc ſcientibus cunctis, quia delectationes in dextera tua vſque ad finem. Et propterea volunt omnes te frui, ac non ita & imitari. Conregnari cupiunt, ſed non compati. Non curant quærere, quem tamen deſiderant invenire, cupientes conſequi, ſed non ſequi.*

§. 18. Prædictis itaque ſuppoſitis, nunc earum à iure rerum petamus iuſtificationem. Potentiſſimus Dominus noſter Rex Catholicus, Monarcha adeô eſt ſupremus, excellensque, vt in temporalibus nullum in terris ſuperiorem agnoſcat 1. independentem ſupremam authoritatem habet, omnimodamque poteſtatem in ſuis Regnis, ad regimen, deffenſionem, & ipſorum gubernationem, ſuorumque ſubditorum. 2. Non tantum à iure & humanis legibus; verum & ab ipſa divina diſpoſitione. 3. *Per me*

*Ita* Divus Bernardus, flor. lib. 5. cap. 32.

1. Gloſ. in can. Hadrianus 22.63. diſt. gloſ. magna ad finẽ, in c. & ſi neceſſe 5. de dona tion. inter viu tra dit Marta de iuriſdict. par. 1. cap. 26. n. 68. cum ſeq. & Cardinal. Thuſcus pract. concluſ 345. lit. R. *Dixi in Schol.* ad Commard. ſiue Depoſ. inſtrum. clauſ. 32. n. 45. Calixtus Ramirez. tract. de lege Regia §. 2. n. 38. cum alijs, *Dixi etiã*, in tract. de ſui deffẽſione, lib. 2. queſt. 2. n. 4. Bobadill. polit. lib. 2. c. 18. n. 117. Alfaro de officio Fiſcal. gloſ. 2. ex num. 1.

2. L. 1. ff. de cõſt. Princip. l. 2. §. noviſſimè, ff. de origine iuris, §. ſed & quod principi, Inſtitut. de iure naturali. Can. Regũ officiũ 23. q 5. Regũ. lib. 1. n. 8. Cicero lib. 2. Officior. Simanch. de catholic. inſtit. c. 45. ex n. 35. *cum pluribus alijs ex Cenedo* collectan. ad decretal. 5. p. 1.

3. L. 1. in prin. C. de veter. iure enuclean. D. Aug. de Civitate Dei, lib. 21. c. 8. Proverb. c. 4. v. 15. Paul. ad Rom. c. 13. Sapiẽtię c. 6. v. 4. l. 15. tit. 13. l. 1. in fin. l. 5. tit. 1. p. 2. & in prohem. eiuſdem partitę. *Conducunt aliqua à me dicta* in tract. de ſui deffenſione, lib. 4. quęſt. 1. n. 3.



*Reges*

*Reges regnant*, inquit Dominus, *per me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiā*; Divus Paulus. *Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: Dei enim miniſter eſt, nec ſine cauſa gladium portat.* Iuſtinianus Imperator; *Deo auctore, noſtrum gubernante Imperium, quod nobis à cæleſti Maieſtate tradditum eſt.* Et Dominus Rex Alphōſus, cognomento Sapiens; *Vicarios de Dios ſon los Reyes cada vno en ſu Reyno, quanto à lo temporal: y aſsi puſo Dios en la tierra à los Reyes, y Emperadores.* Nam & ſi hij, populi voluntate & conceſſione, iuriſdictionem & poteſtatē receperint 4. aſt eam à Deo immediatè habuerunt 5. E quo duximus credendum, ortum habuiſſe ſeſe nominare, & inſcribere *Por la Gracia de Dios.* 6.

§. 19. Provenit igitur ex huiuſmodi indepēdentia, quam habet Catholicus Rex noſter in gubernatione politica, & ſuorum Regnorum temporali adminiſtratione, ad pacem, & ſubditorum tuitionem, vt in ordine ad impediendum liberum hoc Regi exercitium, vel in fraudem poteſtatis ſæcularis; non poſſit Summus etiam Pontifex, leges in contrarium conſtituere, aut aliqua pręcepta Regis impedientia authoritatem, ſtabilire. 1. Vnde dicebat Bobadilla, quod in cauſis temporalibus & ſæculi, Reges & Principes, Eccleſiaſticis ſuperiores ſunt; 2, id que agnoſcitur in his Indiarū partibus, dum leges aliquæ aſſerunt (etiam reſpectu Proregum, Præſidum, Auditorum, ob Regiam repræſentationem) *Que concurriendo Virrey, ó Preſidente, ſolo con Arçobiſpo, ò Obiſpo,*

4 D. l. 1. ff. de cōſtit. Prin. *cum alys Parlador.* rer. quotidian. lib. 2. c. 1. n. 5. & 6. Ramires dict. tract. de lege Regia, §. 3. n. 9. 10. & ſequēt.

5. Salgado de reg. protect. par. 1. cap. 1. n. 48. Pareja de vniuerſ. inſtrum. æditio. tom. 1. tit. 2. reſolut. 1. n. 2.

6. Ramirez dic. tract. §. 2. n. 33.

1. Navarr. in c. novit de iudicijs, n. 21. Ramirez d. §. 2. n. 36. & 43. Seſſe. tom. 2. deciſſion. in epiſtola ad Regem n. 8. *Cum multis Salgado*, d. tract. cap. 1. pręlud. 1. n. 56.

2. Bobadilla. Polit. lib. 2. cap. 18. num. 28.



*po, que no vaya vſando ſu officio en algun miniſterio Eccleſiaſtico: el Virrey, ó Preſidente lleve el lado derecho, y mejor lugar.* Et alia *Que los Oidores prefieran à los Inquiſidores en todos los actos, que no fueren de Fè.* 3. Quod ratione temporalis ſupremi dominij Regis noſtri, Eccleſiaſtici in ſuis Regnis commorantes ſint ſubditi ipſi, tanquam cives, & membra Reipublicæ, in ordine ad publicum bonum, rectamque gubernationem; nota res eſt, 4. *Omnis anima*, proffert Divus Paulus 5. *poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* Cōſonant Petri Apoſtoli verba. 6. *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum; ſiue Regi, quaſi præcellenti, ſiue Ducibus tanquam ab eo miſsis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; quia ſic eſt voluntas Dei.* Dominus Rex Alphōſus 7. *Todo ome debe ſer ſometido á los Reyes, porque ſon pueſtos por la mano de Dios, y el poderio que han, del lo reciben.* Reges etiam Dominus, *Chriſtos ſuos* appellat per Iſaiam. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cuius aprehendi dexteram:* & paſſim in ſacra pagina. 8. De cuius poteſtate, neceſſariò ſequitur obedientia, & obligatio quoad obſervantiam omnium legum, quæ cōmuni reſpiciunt politicæ: & populi gubernationi publicæ, adſtricti ſunt, 9. Semper, & quotieſcumque viſſum fuerit expedire, Eccleſiaſtici á Rege & Domino accerſiti naturali, (cui ſubiecti ſunt) ire & comparere tenentur; alias bona amitunt omnia temporalia, & á Regno

3. L. 28. l. 31. l. 32. l. 51. tit. 30. lib. 2.

4. Bellarm. lib. 1. de Clericis, cap. 28. *cum alys* per Salg. d. cap. 1. prelud. 2. n. 63. & par. 1. cap 2. n. 267. cum ſeq. Salcedo in addit. ad Bernar. Diaz, in. prac. cap. 55. n. 5. Bobadilla, d. lib. 2. cap. 18. n. 308. *Proſequitur cū alys doctè Larrea*, allegat. Fiſcal. 63. n. 15. cum antecedēt. & ſubſequet.

5. Divus Paul. ad Roman. c. 13.

6. Diuus Petrus Apoſt. epiſt. 1. c. 2. verſ. 13.

7. Regia lex. 15. tit. 13. par. 2.

8. Iſaię cap. 45 in prin. Regum. 1 cap. 16. verſ. 6. c. 24. v. 7. c. 26. v. 9. & lib. 2. cap. 1. verſ. 14.

9. *Ex* l. 52. & 54. tit. 6. part. 1. & l. 1. tit. 25. lib. 5. recopill. Didacus Perez ad l. 2. v. *é otro ſi*, tit. 14. lib. 2. Ordinam. Caſtillo, ad l. 70. Tauri, gloſ. 1. v. ex quo infero, *cū alys Bobadill.* d. c. 18. n. 245. & n. 291. ſeq. Salgado d. part. 1. cap. 1. n. 64. Bellarm. d. cap. 28. verſ. Tertia propoſitio. Cenedo collectan. ad Decretal. 37. part. 1.

no eijciuntur Eccleſiaſtici ipſi, Regi in hoc inobedietes 10. Alligantur primo Epiſcopi, Regi obedire, quam ſuo Metropolitano [inſuper habita diſtinctione, in ab hoc priùs, vel à Rege vocentur; quæ anſam præbet voluntarijs diſputationibus, fugiēdis omnimodo] iuxta Canonicas ſanctiones, Regiasque 11. Id ipſum facere poſſunt Regij [in communi] Conſiliarij, Regaliumque Chancellariarum Senatores, Regis nomine. Sunt enim illius conſtituti loco realiter, maximè dum ob diſtantiam præſens Princeps adeſſe nequit: & dum ipſius repræſentāt perſonam, natura illius ſubiecti, in cuius locum ſuffecti aut ſubrogati ſunt, gaudent vtique, & gaudere debent, prout iure ſatis notum eſt. 12. Ideò Reges noſtri, mandato ſtatuere preciſſo, *Que ſe cumplan, y guarden los mandatos de las Audiencias, como ſi fueran del Rey*: 13. cum & alia maiora Regis nomine agant; hoc eſt, inobedientes à Regno, ſuis caſibus, expellant. Nec ex hoc incurrere cenſuras Bullæ cœnæ notum eſt; quod procedere poſſet, in inferioribus à Rege, vel cum iuriſdictione contencioſſa mediante, illam exercendo in Eccleſiaſticos, procederetur, *præter iuris Canonici diſpoſitionem*, ex verbis Bullæ 14. Quod Eccleſiaſtici ſubditi & vaſalli ſint Regis noſtri, in cuius dominio nati fuere,

10. *Ad* l. 13. tit. 3. lib. 4. recopil. Ubi Azevedo, & Didacus Perez. l. 11. in fin. tit. 10. lib. 5. recopill. l. 65. tit. 5. par. 1. l. 15. tit. 13. part. 2. Bobadilla, vbi ſupra d. cap. 10. n. 66. Zevall. de cognit. per viã. viol. gloſ. 6. n. 65. Pereira, de manu Reg cap. 12. n. 12.

11. *Ex iuribus proximis*, can. ſi Epiſcopus, 13. diſtinctio. 18. conſonat Can. ſi vobis, 28. 23. quęſt. 8. gloſ. in cap. cũ parati. 19. verb. in legatione Regis, de appallat. Bobadilla, d. cap. 18. n. 61. Salgado de Regia protect. p. 1. cap. 2. n. 271. & 272. Solorz. de iure Indiar. lib. 3. c. 5. n. 58. & 59. *Copiasé Salcedo*, de lege Politica, lib. 2. c. 12. *cum multis*, n. 4. 5. 7. 8. & ſequentibus.

12. *Ad* l. ſi eum. 10. §. 2. ff. ſi quis caution. cap. Eccleſia 3. vt litte pendente nihil innov. Robles de repræſent. lib. 1. cap. 12. n. 18. & lib. 3. cap. 1. n. 7. & cap. 18. n. 31. Solorz. de Indiar. gubernat. lib. 3. cap. 9. n. 24. & ex n. prox. infra.

13. L. 17. tit. 14. lib. 2. recopill. legum Indiar.

14. Cenedo pract. quæſt. Canonic. 45. n. 61. Monterroſo in pract. tit. de las Proviſiones de fuerça. Fr. Emanuel Rodriguez, in addition. ad explicat. Bullæ §. 9. fol. mihi, 137.



re, & degunt; nec pauci agnoſcunt 15. Et in Epiſcopis [quod plus eſt, & ad aliquid tunc oportere debebat] profuſſa liberalitate fatetur doctus Præſul 16, Sed expreſiùs Rex noſter Philipus Quartus, in Schedula remiſſa Reverēdo cuidam Epiſcopo, Matriti expedita, die ſexta Aprilis, Anni milleſſimi, ſexcenteſsimi, quinquageſsimi tertij, vbi [ſic illi] ait: *Y tendreis entendido, que eſto lo aveis de executar preciſſa, y puntualmente, ſin que ſobre ello ſe oyga replica alguna, ni ſe interponga dilacion; pues aſſi os toca executarlo, como à vaſallo mio, y debeis obedecer con toda promptitud las ordenes*, &c. Ideó fidelitatem, obedientiam, honorem, & reverentiam præſtare tenentur: & vt potiori recognitionis adſtringantur vinculo, iuramentum fidelitatis, quod homagium licet impropriè, (vulgo *Pleyto omenage*) appellatur, præſtant, ſi qui temporalia bona, locorum dominium habeant, vel aliquam in vaſallos exerceant iuriſdictionē 17. Privilegiumque huiuſmodi, Reges noſtri ex conceſsione Ioannis vigeſsimi ſecundi, Pontificis Summi habere, vt Epiſcopi ſui Regni eis fidelitatem iurent, teſtantur multi. 18.

§. 20. Deſumitur ex hac ſubiectione, debitaq; ſuis Regibus & dominis fidelitate, vt ſi ab ipſa Eccleſiaſtici defecerint, contra Regem, Magiſtratus ve ſuos ſuperiores conſpirando, aut rebellionem commitendo; leſſæ Maieſtatis rei fiant,

Aa 3

15. Ramirez tract. de lege Regia, §. 27. n. 5. *cum alys infra*, n. 1. infin. & ex cap. Sacerdotibus, 11. quęſt. 1. & cap. de capitulis; cap. qui neſciat, 19. diſt. Larrea allegat. Fiſcal. 63. num. 17.

16. *Villarroel en ſu govierno pacifico*, p. 1. q. 1. art. 8. ex n. 23. ex Alcedo de pręc. Epiſc. dig. cap. 8. n. 6. cum Covarr. *& alijs*.

17. *Idem Ramirez*, vbi ſupra, á n. 19. *Homagiumque hoc præſtari*, ait, *dum colligantur digiti iurantis, à digitis Regis, vel Magiſtratus, qui eius nomine iuramentum recepit, vt intelligatur ſic, illum fidei & obedientiæ Regis colligaſſe. Sed novam hodie iuramenti, ſive homagij formam non ſervari, teſtatur* Solorz. de iure Indiar. lib. 3. c. 6. n. 51.

18. Ex l. 5. tit. 15. p. 2. Olivan. de iure fiſci, c. 7. n. 9. Seſſe in epiſt. ad Regẽ n. 114. Salg. de reg. protect. p. 1. cap. 1. prælud. 2. n. 61. & 62. *cum alijs Salcedo*, de lege polit. lib. 2. c. 12. n. 3. & 16. *meminit* Fermoſin ad cap. 2. de iudicijs q. 14. n. 8. in fin. *Et de iuramento ab Epiſcopis præſertim in Regnis Indiarũ præſtãdo*, Solorz. d. lib. 3. cap. 5. ex n. 47.

fiant, iuxta receptam ſententiam; poſſeque à iudicibus proceſſari ſecularibus, & pro atrociſſimo hoc puniri crimine 1. In cuius confirmationem, relatum vidimus à Ludovico Molina, Cæſſarem Carolum Quintum, Regem noſtrum Catholicum, Chriſtianiſſimum, obſeruātiſsimumque ſtatus Eccleſiaſtici privilegiorū; Clericos, Religioſos, & Epiſcopos, complices in ſublevationibus communitatum Caſtellæ, ex ſe proditores, & traditores puniendos declaraſſe, condemnaſſeque ad bonorum amiſſionē, idque delegaſſe exequendum in Eccleſiaſticos, laicis miniſtris, vt patet ex verbis reſcripti in Uillæ de Bormes expediti, die decima ſeptima Decembris, Anni milleſsimi, quingentiſsimi vigeſsimi. *E à las perſonas de la Igleſia, y Religion, aunque ſean conſtituidas en dignidad Arçobiſpal, ò Epiſcopal, que en los dichos delictos fueren culpados, è participantes, declararlos aſsi meſmo por traydores, rebeldes, é inobedientes, y desleales á nos, é à nueſtra Corona, é por agenos y eſtraños deſtos nueſtros Reynos, e Señorios, e aver perdido la naturaleza, y temporalidades, que en ellos tienē, è incurrido en las otras penas eſtablecidas por leyes de eſtos Reynos cōtra los Perlados, è perſonas Eccleſiaſticas, que caē en ſemejātes delictos. Y para proceder contra las dichas perſonas aſsi Eccleſiaſticas, como ſeglares, que en los ſobredichos caſos han ſido culpados, y á los declarar ſolamente ſabida la verdad, por rebeldes, y traydores, inobedientes, y desleales à nos, y à nueſtra Corona, é proceder contra ellos, è hazer la dicha declaracion, como en caſo notorio, ſin los mas citar, ni llamar, ni hazer contra ellos proceſſo, ni tela, ni orden de juizio. Nos por la preſente del* dicho

1. *Dionis. Gotafredus*, a d l. quis quis 4. C. ad l. Iul. maieſtat. lit. L. in fine, *ex Iulio Claro*, §. leſſę maieſtatis, n. 11. verſic. hinc infertur. Oldrad. conſ. 32. Prepoſit. in can. in primis de perſona 2. q. 1. Gigas. tract. de crim. leſ. maieſtatis, tit. qualiter, & á quibus n. 63. Tiber. Decianus. tract. crim. lib. 4. c. 9. n. 6. 7. & 8. Ramirez de lege Regia, §. 27. n. 11. Paris de Puteo, tract. de ſyndicatu, Uerbo, Clericus, c. 1. n. fin. Bobadilla, d. c. 18. n. 114. Cenedo collectan. 45. n. 12. p. 1. Graſſius de effectibus Cleric. effec. 1. n. 573. Anſaldus de iuriſdict. p. 2. tit. 11. c. 3. ex n. 18. *qui Regū vaſſalos Eccleſiaſticos eſſe deffendit, cōmitere ą̄ laſſæ maieſtatis crimē.* Larrea, etiā, allegat. fiſcal. 63. n. 14. 15. & ſeq. & allegat. 64. n. 11. & ex n. 16. ad n. 22. Ludov. Molin. de Hiſpan. primog lib. 4. c. 11. n. 57. & 58.



*dicho proprio motu, y cierta ciēcia, y poderio Real, vos damos poder cumplido y queremos, y nos place, que la declaracion que aſsi hizieredes, é penas en que condenaredes á los que hā ſido culpados en los dichos caſos, ſea valido, è firme agora, y en todo tiempo: é que no pueda ſer caſado, ni anullado por cauſa de no ſe aver hecho contra ellos proceſſo formado, ni ſe aver guardado en la dicha declaracion la tela, y orden de juyzio, que ſe requeria, ni aver ſeido citados, ni llamados, ni requeridos los tales culpados.* Fatemur tamē, aliquibus minus ſecuram videri huiuſmodi opinionem: aſſerentibus, iuriſdictionem ſeculares iudices non habere in Eccleſiaſticos, nec habere poſſe, cum & habendi, & exercendi incapaces ſint, virtute exemptionis à iure divino provenientis, ipſorum conceſſa favore. Sed hoc, cū grano ſalis [vti dicitur] intelligendum, ex infra dicendis 2. Incapacitas hæc non natura, ſed iure videtur accipienda: aliás, cauſæ Eccleſiaſticæ laico nunquam delegari poſſent. Poſſunt tamen illi à Pontifice committi, ne dum civiles, & criminales, ſed & ſpirituales 3. Ergo *incapacitas* non ſic abſolutè intelligenda. Et licet in merè ſpiritualibus, iudicis laici fateamur incapacitatem: in civilibus, & criminalibus non ita: ſed potiús incompetētiam; cum in hijs exemptio non à iure divino, ſed à iure proveniat poſitivo 4. Itaque, ſi hæc abſoluta incapacitas reſpectu Eccleſiaſticorum adeſſet in laico iudice: nunquam in Clericos cognitionem aliquam habere poſſet: habet tamen, nec in paucis caſsibus, á iure & Doctoribus expræſsis 5. Ergo nō [ore pleno] incapax, ſed incompetens (regulariter) aut non iudex, vel [ad ſummum] privatus

2. Et ad §. 28. infra.

3. Ex can. Adrianus, 22. & can. in ſynodo. 23. diſt. 63. can. Mennam. 7. 2. quæſt. 5. vbi gloſ. verbo, arbitrio. can. illud te. 4. 10. q. 3. gloſ. in cap. decernimus. 2. de iudicijs, verbo, non præſumant.

4. Latê infra, §. 28. interim videndus Carleval. diſput. iuris, lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 6. ſectio. 1. n. 397. 398. & 399. *cum multis ab eo adductis circa hoc*, & n. 401.

5. Multos congerit caſus, Bobadilla, d. c. 18. ex n. 50. Cenedo collectan. 37. p. 1. Scaccia. de iudicijs, lib. 1. ex n. 53. Ioan. Garzia, de nobilitat. gloſ. 9. ex n. 28. cum alijs infra citatis ad §. 28. Carleval. vbi ſupra proximê, d. tit. 1. diſp. 2. q. 6. ſectio. 1. n. 404.

vatus homo, quo ad Eccleſiaſticorum cognitionem cauſarum, appellandus videtur. Ulterius, ſi privilegio acquiri in Eccleſiaſticos poteſt iuriſdictio; ſimiliter & conſuetudine, & per immemoriale tempus, quod equipollet privilegio 6. Igitur non improbanda in Regibus, & Principibus ſecularibus videtur, conſuetudo procedendi contra Eccleaaſticos [vaſallos maximè] huiuſmodi atrociſſimum committentes crimen: cum illa conſuetudo non irrationalis, ſed rationabilis adeò, iuſtaque ſatis videatur, dum de publica tunc agitur communi ſalute, ac de prçciſſa naturali Reipublice deffenſione. Et tandem, quidquid de iure ſit, Principes tamen de facto, & ad vltimam vſque pœnam procedere conſueviſſe, non raró comperimus 7 ne ex dilatione alios adeundi iudices, gravio a pericula publicæ ſecuritatis communique incolumitati imminentia, obvenire poſſint. Siquidem tutiùs eſt præcedentibus & præſervativis remedijs, damnis periculisque occurrere, quā illato, inflicto que poſtea facinore, remedium quærere, inſtaurationem procurare 8. *Nam quanto plus differtur punitio* (dicebat Imperator Henricus 9. ) *tanto amplius culpa creſcit, & gentibus in exemplum perniciosius tranſit:* Et Tacitus ad hoc; *Deffectionis*, inquit, *ſeu rebellionis ſubditorum initijs maximé occurrendū, miniméque eam, vel per ignauiam, vel per conniuentiam alendam, defficile enim postea ſeditio, deffectioque adulta extinguetur*. Polibius etiam, ſic 10. *Coniurationis initijs maturè totis viribus reſiſtendum, ne illa convaleſcant.* In eo que deffen-

6. Ad l. hoc iure 3. §. ductus, 4. ff. de aqua quotid. c. 1. §. fin. de prçſcription. in 6. c. fin. de conſuetudine. Bellug. in ſpeculo Princ. rub. 2. §. videndum, ex n. 13. Rebardeus in libello de cavēdo ſchiſmate ſectio. 2. n: 7. Salgado de Regia protect. part. 1. prælud. 3. à n. 1. & n. 138.

7. Tiber. Decianus. tract. crim. lib 7. cap. 8. n. 6. verſ. de facto tamē, Gotofred. vbi ſupra, ad d. l. quisquis. Iul. Clar. tit. de crim. lçſſç maieſtatis, n. 7. poſt medium, & quçſt. 36. n. 27. Theſaur. lib. 4. quæſt. forens. 22. Aponte, deciſ. 9. n. 3. *cum alys ſupra.*

8. L. 1. C. quādo liceat, l. fin. in fin. C. in quibus cauſis in integr. *cū alijs.* *Dixi* in tract. de ſui deffenſione, lib. 2. quæſt. 4. n. 3. Ad id optimè. Petrus. Math. lib. 5. hiſtor. Franc. narrat. 4.

9. In extravag. tit. qui ſin rebelles, in fçudis.

10. Tacitus Annal. lib. 4. Polibius. lib. 5.



deffenſio intervenit quçdam, & verſatur, vtpoté naturalis adeo (quemadmodum dictū eſt) & privilegiata, minimé ipſius executio dilationem patitur, & ſi adverſus quaſcumque exemptas perſonas ſit 11: inſpecta ratione iuris, permittentis cuilibet pro ſua deffenſione, prçvenire adverſarium, eum occidendo, cùm certò ſcitur hunc, illum perquirere vt interficiat 12. In reos Maieſtatis dicebat Tertulianus 13, omnis homo miles eſt. Sic prompta debet executio eſſe, vt cognitionem nō admittat, nec moram aliquam, cum velox debeat eſſe ſupplicium 14. Ideô Cato, apud Saluſtium in Catilina, dicebat: Cœtera maleficia tunc perſequare, vbi facta ſunt: hoc niſi provideris ne accidat: vbi evenit, iudicia explores 15. Et Vlpianus providè in illis verbis: *Niſi fortè latro manifeſtus, vel ſeditio prærupta, factio que cruenta, vel alia iuſta cauſa, quam mox Præſes litteris excuſavit, moram non recipiant, non pœnæ feſtinatione, ſed præveniendi priculi cauſa. Tunc enim punire permittitur, deindé ſcribere.* Quo enim tempore, vel cum in primis turbulenta timetur reſpublica, ſeditio ve aliqua exorditur, non ſolum neceſſitas tunc, verum & æquitas poſtulat, vt manu potiús, imperio que militari componatur illicò, quam iure,

11. *Dixi* in d. tract. lib. 2. quçſt. 1. ex n. 15.

12. *Dixi etiam* eodē tract. de ſui deffenſio. lib. 3. q. 2. n. 7. & 8. *Sed intelligēdum,* vt lib. 2. q 4. n. 18. & 19.

13. *In Apolog.* cap. 2. vt per Gotofr. ad legem famoſi. 7. §. ſervi. 2. ff. ad l. Iul. maieſt. lit. G. *ex Boſio dicente: poſſe reum maieſtatis occidi, cum poſtea crimen probare ſufficiat. Sed hoc durum ſub hac forma, niſi notorium hoc ſit. Ita crederem intelligēdum, & quoad appellationem, vt ei locus non detur,* ſecundum Gotofr. in notis lit. g. adfin. ex l. 16. infra proximè.

14. *Ad* l. neminem 6. §. oportet. 1. verſ. ſi vero, Cod. de cuſtodia reor. *notatur in ſimili feſtinatione* ex l. ſi quos 3. in fin. C. de offic. prçfect. prçt. orientis, & l. conſtitutiones 16. ff. de appellation.

15. *In* l. ſi quis filio 6. §. quid tamen 9. in fin. *vbi Gotofr.* lit. c. ff. de iniuſto rupto.

iure, & ordinario proceſſu 16. *Vbi reverentia exceſſit animis*, ait Alexander apud Curtium, *& ſumma imis confundimus, vi opus eſt, vt vim repellamus; præſertim adverſus ſeditioſos, ac perduelles: hi in ius non ſunt vocandi, ſed tamquam hoſtes puniendi.* Fideles ergo ſubditi, & vaſſalli, preciſè, neceſſario que obligantur, & adſtringuntur [maximè, ſpecialiter que Regis miniſtri] ad Regis, & Reipublicæ deffenſionem, adverſus conſpirantes, intendentesque huiuſmodi perpetrare delicta [niſi vellint & ipſi, ſuſpitioſa deſidia, aut prava diſimulatione, in eodem conſtitui reatu, pœnam, punitionemq̃ æqualem ſubire 17.] quemadmodum etiam Reges alligati ſunt, & eorum nomine Vicarij in officio, bellum ad id, ſi viſſum fuerit expedire indicendo: cum æqualiter omnes in iure naturalis deffenſionis conſtituantur; & ij, quibus hæc competit, non ſolum per ſe hoc facere poſſunt, verum & amicorum, privatorum, ſingulariumque perſonarum auxilium implorare 18.

§. 21. Suprema quidem lex eſt, Reipublicæ incolumitas: & lex divina, naturaliſque, ſontes vult deſtrui naturas, vt conſerventur inſontes 1. Tamque naturale eſt, & rationi conſonum, vt pernitioſi peſtiferique homines à Republica arceantur, proculque ſint ab ea; ſicut & expedit innocentes iuſtoſq̃ adeſſe, & in ipſa conſervari 2. Idcirco expræ dictis rationibus, quæ ſummam rerum attingunt, & ad incolumitatem Provinciarum, Civitatumque, pacem & cunctorum tran-

tran-

16. *Ex* l. 3. ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem, *cum alijs*, & Quint. Curc. lib. 8. Arnoldus Clapmarius, de arcanis rerũ publicarum lib. 4. cap. 12. *eſt & ad hoc* extravag. *ad reprimendum*. Hẽrici Septimi Imperatoris, *vt refert Molin.* de Hiſpanor primog. lib. 4. cap. 11. n. 60.

17. *Ex* l. metrodorum 40. ff. de pœnis, vbi Gotofred. lit. x. Tiber. Decian. lib. 7. trac. crim. tit. de attrocitate proditionis cap. 3. n. 4. & c. 32. de Rebell. n. 50. *Pro omnibus ſufficiat vnus, laté, & doctè in hoc pũcto* D. Ioan Larrea allegatio, fiſcal, 65 per totam, *vbi plura invenies.*

18. *Dixi* d. trac. lib. 5. q. 1. n. 12. 13. 14. 15. & 16.

1. *Ita* Uueſembech. in paratil. ad tit. de iuſtitia, & iure n. 15. in fin.

2. Pat. Dominicus Soto, trac. de iuſtitia, & iure, lib. 5. q. 1. art. 2. circa medium, vt *Dixi* d lib. 5 q. 1. n. 29.



quillam reſpiciunt ſocietatem, Reges, Principesque ſeculares, ne dum proceſſus fere ſemper inquiſitorios formaverunt, adverſus Eccleſiaſticos atrociora huiuſmodi rebellionis & maieſtatis crimina perpetrantes: verũ & de facto ad pœnas proceſſere corporales, vt exemplis nec paucis apparet, & teſtantur Doctores 3. Ideò refert Iulius Clarus, & alij etiam 4. vidiſſe Clericos (& Epiſcopos) á iudicibus ſecularibus damnatos: & quod Archiepiſcopus quidam Florentinę Civitatis, patibulo ſuſpenſus fuit. Alius ſimiliter Venetianus Presbyter, ſecularis poteſtatis iuſſu, ab vno appenſus eſt pede. Valentinianus primus, Imperator, Sacerdotem Sirmiũ nomine, quia rebellem quemdam abſcôdit, & occultum retinuit, tamquam rebellionis participem capitis pœna damnavit. 5. Saul Rex Iſrael propter coniurationem adverſus eum (ſic ipſe, licet perperam & iniuſtè proceſſiſſet ad pœnam) Achimelech Pontificẽ, & tercentos octuaginta quinque Sacerdotes interficere iuſſit, & occidit: Novamque, Sacerdotum opidum incenſum, omnibus totius ſexus & ætatis habitatoribus mactatis, ſolo æquavit. 6. Salomon Rex, Sacerdotem Abiathar, illius Archimelech filium (coniurationis Adoniæ fratris Regis participem) remiſſa capitis pœna [ob reſpectus à ſacra pagina, & interpretibus relatos] Sacerdotio privatum, exilio damnavit; *quandoquidem* [dixit ei Salomon] *talia commiſiſti, propter quæ indignus es, vt honoribus fruaris*, 7. Paulus etiam Apoſtolus, cum cauſam in ipſum introductam, & agitatam ab aliquibus ex Sacer-

3. *Ex* ſupra adductis, §. 20. n. 1.

4. Clarus d. §. læſſæ maieſtatis n. 7. in fin. & in prac. q. 36. n. 27. Paris de Puteo vbi ſupra, Boſius prac. crim. tit. de crim. læſſę maieſtatis, n. 87. Tiber. Decian. trac. crim. lib. 7. c. 8. n. 6. ad fin.

5. *Refert* Divus Hieronim. in chronic. ad Ann. 372. & Baronius ad eũdem annũ, n. 125.

6. Reg. lib. 1. cap. 22. Ioſeph. antiquit. iudaicar. lib. 6. cap. 14.

7. Reg. lib. 3. cap. 2. vbi Abuleſ. quæſt. 29. & 31. Ioſephus de antiquit. lib. 8. cap. 1.

Sacerdotali genere provenientibus, iniurioſè proſecutam videret; ad Ceſſaris tribunal appellavit, vt inibi, & à ſecularibus Magiſtratibus iudicaretur. 8 Et quod in lege etiã gratiæ, propter crimen læſſæ maieſtatis humanæ, fori amittatur privilegium, ex communiori & praxi recepta ſententia, fatetur, & refert Eccleſiaſticus quidã Doctus 9. Relatum eſt à Clemente Tertio, Pontifice Maximo 10. Comitem B. qui Prebiterum quẽdam fuſtigari iuſſit, & poſtea patibulo traddi [eo quod ſe Regis filium eſſe falsò nominare præſumpſit, armisque acceptis ſeditionem, & guerram fecit] in excommunionem non incidiſſe: quia tali excedens modo Clericus, in huiuſmodi fragranti repertus delicto; à iudice ſeculari iniuriam propulſante, iure occiſſus videtur. Quod dum Clerici crimen, in perniciem & Reipublicæ vertitur ſeditionem, laicus iudex illum abſque munitione aliqua punire poſſit, non expectata aliàs degradatione [cũ periculũ ſit in mora] ne damnũ irreparabile fiat, referũt aliqui 11.

In Regibus Hiſpaniarum noſtris, potiori ratione authoritas adeſt, vt procedãt contra Eccleſiaſticos, in ſtatus politicæ pernitiem aliqua molientes: cum ex Concilio Toletano ſeptimo, Regibus conſervationis Regni cura commiſſa ſit, & ad id coãctiva poteſtas in Eccleſiaſticos à Patribus Concilij conceſſa, intra politicæ ditionis terminos. 12. Et practicatum olim à Gothorum Rege Egica, in Sisbertum Toletanum Antiſtitẽ cõſpirationis reum; qui exilio punitus, honore, Sacerdotio, & Epiſcopatu privatus, à Rege pri-

8. Ex actibus Apoſtolor. cap. 25.

9. *Ita* Fr Seraphinus de Freitas, de iuſto Imperio Luſitano Aſiatico c. 6. n. 92. ex Claro vbi ſupra. Suar. contra Anglię errores, lib. 4. cap. 34. n. 10. Roderic. de Acunha trac. de confeſſarijs ſolicitan. q. 24 n. 74. & alijs.

10 *In* cap. perpẽdimus 23. de ſen. ten. excommunicat. *adhærent* Boſſius de foro compet. n. 139. Fachineus, controuerſ lib. 9. cap. 28. Iul. Clar. d. quæſt. 36. verſ. *Quæro*.

11 Ex Covarr. pract. cap. 32. n. 2. & Balboa in cap. 4. § de adulterijs, tit. de iuditijs n. 61. in fine, refer Fermoſin. ad cap. cũ non ab homine 10 d. tit. q. 4. n. 5.

12. Ex Divo Thoma, 2. 2. q. 102. artic. 2. *refert* Salcedo, de lege Polit. lib. 1. c. 10. n. 35. & ex Can. 1. Concilij Toletani, 7.



primum, poſtea a Concilio [Regis ſententiã nullam aliàs, revalidante] pœnas fractæ fidei paſſus eſt, vti meminere prædictum Concilium, & P. Ioan. Mariana, ſic 13. *El Arçobiſpo Sisberto, cauſa principal de todos ellos, fue condenado à deſtierro, primero por ſentẽcia del Rey, y deſpues por los Prelados, que jũto con eſto le deſcomulgaron, y deſpojaron del Arçobiſpado.* Quotieſcumque enim de cõmuni publica, aut Regis ſalute timetur, credulos ſatis eſſe debemus ad præcavendum, & vana quoque etiam deferẽtes admittere, vti dicebat Curtius 14. Ideò miſſerrimam eſſe Principum conditionem [aiebat Adrianus, & refert Suetonius] 15. quibus de coniuratione comperta, vel affectato Regno nõ crederetur, niſi occiſis. In Hiſpaniæ, & Frãciæ Regnis, adverſus Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum perſonas (ius hac in parte quoad ſublimes ſacros huiuſmodi homines, non inquiro, nec deffendo (abſit) ſed facta tantummodo refero) pro hiſce gravitatis delictis, practicatum quandoque extitiſſe auditum eſt. Nec ignotum ſupplitium, quod anno Domini milleſſimo quingẽteſſimo vigeſſimo, conflatis, & commotis Caſtellæ communitatibus, ſubſtinuit Dominus Antonius de Acuña, Zamorenſis Epiſcopus in ipſis cõcomprehenſus, ob hanc que cauſam carceri mancipatus in Villa de Simancas; qui fidiculis ſuffocatus interijt, provt inter alios Hiſtoriographos, refert Pater Ioannes Mariana 16. Et anno milleſſimo quadrigenteſſimo nono, Dominus Alphonſus, huius nominis, quintus, Iberiæ, ſiue Aragoniæ Rex, cognomine

13. Concil. Tolet. 16. can. 8. & P. Mariana, lib. 6. hiſtor. Hiſpaniç, cap. 18. vt per Salcedo, d. lib. 1. c. 10. n. 62. & ſequent.

14. Curtius lib. 6. cap. 15.

15. Sueton. Trãquil. in Domitian. cap. 31. refert, Arnold. Clapmarius de arcanis rerum publicarum, c. 12. lib. 4.

16. Mariana en el ſumario de las hiſtor. de Eſpaña, ann. 1520. p. 2. *Decantantũ hoc in hiſpania, ob Quæſtoris, ſiue Alcalde Ronquillo memoriam,* refert fr. P. rundent. á Sandaval, lib. 9. ſuę hiſtor. § 32.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

nomine Magnanimus, cepit Dominum Alphonſum de Arguello, Cæſarauguſtanum Archiepiſcopum, pro conſentionibus inter ipſum, & Dominum Alvarum de Luna, habitis in Reipublicæ necē, quietē, & cōmunē tranquilitatē, ſermonibus (religionis prætextu opertis) perturbando, laquo retorto, in carcere ſtragulatum mortem ſubijt: & ſi alij dixerint in flumē Iberum iniectum, morte accepiſſe 17. Archiepiſcopus Hiſpalenſis, Gubernatorq́ Eccleſiæ Toletanæ Don Oppas, Gothi Regis Vuiticæ frater (vel filius) vt Patriæ, & Principis ſui proditor, apprehēſus & vinctus in Covadonga, ad mortem condemnatus fuit, circa Annum ſeptingenteſſimum decimum octavum 18 Epiſcopus etiam Obatens in Regni Caſtellę exordio, ab eius Rege Bermudo, vinculis cōpreſſus fuit, & in carcere detentus. Hieronimus Gigas refert, quod anno milleſſimo, quingenteſſimo, quinquageſſimo primo, quidam Veronenſis Presbyter, iudicum Decē viralium illius Civitatis iuſſu, extinctus fuit; quia ante eos calumniatus eſt Comitem Ioannem Paulum de Pompeis, & fratres ſuos, epiſtolis commentitijs, litteris que ſimulatis, quibus affingebatur eos inimico traddere velle Civitatem. Teſtaturque ſe illum duas inter columnas appenſum vidiſſe. 19 Abbatem Sancti Ioannis de Angeli, Benedictinum Monachū (Jordanem de Uercors vocatum) comprehendit Britaniæ Dux, & in vinculis mori fecit: quia cum eſſet Ducis Guianæ, Ludovici vndecimi Gallorum Regis fratris, confeſſarius, eum veneno iufra mortuos appoſuiſſe decla-

17. *Idem* Mariana, *hiſtoria de Eſpaña* lib. 22. cap. 1. p. 2. *Et de hoc meminimus*, en la delineació ſumaria de los Nobles, en la epiſtola dedicatoria á ſu Mageſtad, fol. 74. pag. 2.

18. Pater Claudius Clemens in Tabul. Chronologicis, Ann. 718. & notū ſatis hoc.

19. Gigas. trac. de crim. lęſſæ maieſt. tit. qualiter in crimine lęſſæ maieſtatis procedatur, q. 16. num. 2.



declaraverat: circa annum milleſſimū quadringentiſſimum, ſeptuageſimum tertium. 20. Ipſemet Chriſtianiſſimus Franciæ Rex Ludovic⁹ vndecimus, anno milleſſimo quadringenteſsimo ſeptuageſsimo quinto, captum in graviſsimis, laborioſiſsimis que habuit vinculis, per quatuordecim mēſes, Cardinalem Valvacenſem; & Epiſcopum Verdunenſem; quia eos fratri ſuo Carolo autumavit conſulere, adverſus Regni, ſtatusque publicas vtilitates. 21. Henricus etiam tertius Rex Franciæ, apprehendit, & induci fecit in Palatio de Blois, die vigeſsima tertia Decembris, Anni milleſsimi quingenteſsimi octuageſsimi octavi, Cardinalem Ducis Guiſiæ fratrem: ob diffidentiam, quam habuit de eius legalitate, & fide. 22. Annis quoque pręteritis, ſatis hoc expertum eſt in aliquos eccleſiaſticos, in Cathaloniæ, Portugaliæ, & Neapolis perduellione: quæ, & alia ommittimus conſultò, exemplaria. Eſſet enim nimis longum, faſtidiſſumque ea ſpeciatim recenſere. Hoc in Francia practicari affirmat Guilielmus Benedictus 23, & opinionem huiuſmodi, communem Prępoſitus appellat, vt refert Bobadilla, poſſeque iudices ſeculares á culpa excuſari, virtute cuiuſdam reſolutionis Clementis Tertij, Summi Pōtificis, in iure relatæ, cui alij canonici textus, & gloſſæ adſtipulantur 24. Nam *Domini miniſter eſt, qui malos percutit in eo, quod mali ſunt, & habet vaſa interfectionis, vt occidat peſſimos* 25. Et quod atrociſsimi huiuſmodi delinquentes, nec fruatur, nec gaudeant aliquibus iuris privilegijs, nec in Curia com-

20. Philippus Comineus, cap. 61. eiuſque Commentator D. Ioannes Bitrian.

21. *Idem* vbi ſupra. c. 72. in fine.

22. *Don Carlos Coloma en ſus relaciones de las guerras de Flandes*, lib. 1. *al fin*.

23. Guillel. Benedict. in cap. Raynutius, de teſtamē. verbo, & vxorem, ſecund. n. 160. cū ſequent.

24. *Ex Prępoſito & alijs*: Bobadilla, Polit. lib. 2. c. 18. n. 114. *cum alijs*, quos ſupra, ad duximus hoc, §. n. 8. ex cap. perpennimus, 23. cap. cū non ab homine, 14. de Senten. excom. vbi etiā gloſſæ

25. *Sic Divus Hieron.* vt refert can. qui malos, 23. 23. quæſt. 5.

comorari poſſint, nec itidem vultum ſubire Principis, tenet Baldus 26. Poſſunt etiam à quacumque perſona impunè occidi, & ſi occultum fuerit delictum 27. Licet enim in cœteris delictis, ſeu criminibus, regulariter ſola intentio, aut reſolutio perpetrandi ea, effectu non ſecuto, minimè puniatur: at vero in huius qualitatis criminibus, velle, & de his perpetrandis reſolutivè agere, ſufficit, & ſupereſt, vt quomodocumq; detegatur animus ſubditi vaſali rebellis; pro rebelli, vel perduelli, in Principem, Patriamve habeatur, & teneatur 28.

§. 22. Sed qualitercumque ſecuriùs ſit, vt plurimi tenent (quibus & nos ſimiliter adhęrimus) quod iudices ſeculares etiam in hijs delictis minimè Eccleſiaſticos puniant; advertentes hoc in Francia, & Venecia à privilegijs, & indultis à Summis Pontificibus obtentis provenire, vt teſtantur Gigas, Tiberius Decianus, & alij per Bobadillam relati 1. Et credimus nos in exemplaribus Epiſcoporũ, & Clericorum ſupra adductis, Apoſtolicam aliquam interveniſſe facultatem, ſi iuditialiter proceſſum; aliàs perperam actum, ad mortem vſque deveniendo. Adhuc tamen procedendo alias iudex ſecularis adverſus Clericum hoc in caſſu, & illam ſequendo opinionem, vti ſecuram, vel prvbabilem ſaltem, ab incuſu excommunicationis liberabitur. Si credimus R. P. Fr. Emanueli Rodriguez. 2. cuius verba pro tanti, & Religioſi viri authoritate, libet tranſcribere. *El quarto caſo es, quando vno comete crimen* læſſæ maieſtatis, *perſeverando mucho tiempo en*

*eſt*

26. *Vt per Baldum* in l. ſiquis, C. de poſthlimin. reverſ. Decianus vbi ſupra, cap. 31. n. 4. & 5.

27. *Idem* Tiber. Decianus, cap 32. n. 25. & cap. 42 n. 10. & notat extravag. vnica, tit. qui ſint rebell.

28. *Vt per* l. quis quis 5. C ad leg. Iul. ma eſt. Gotofr. ad leg. eogitationis 18. ff de pœnis lit. r. Gloſſa in §. publica 3. verbo, *moliti*. Inſtit de public. iudicijs. Tiber. Decianus, d. lib. 7. tit. conatus an puniatur? c. 23. n. 7. c. 35. n. 1. & 2. 5. 6. & ſequent.

1. Gigas de trac. de crim. læſſę maieſt. Bobadilla, d. lib. 2. cap. 18. n. 115. ad fin.

2. Emanuel Rodriguez in additionibus, ad §. 9. in explicatione Bullæ Cruciatæ, verſ. *el quarto*, fol. mihi 140.



*eſte crimen, conforme lo que dize Hoſtienſe: verdades, que algunos tienen lo contrario, entre los quales es Abbad Panormitano. La qual opinion, aunque ſea verdadera, el que ſiguiere, y practicare la contraria juzgando, no le condenaria yo por deſcomulgado en la Bulla de la Cena del Señor: pues haziendo lo ſuſodicho, les parecerà, que hazen, lo que diſpone el derecho Canonico. Ni obſta à todo lo ſuſodicho la Bulla de la Cena del Señor, porque ſolamẽte habla contra los Iuezes, y Magiſtrados, que de hecho proceden criminalmente contra los Clerigos en todo el caſo, y la dicha Bulla no deroga las deciſiones antiguas de los Canones, hechas con maduro acuerdo: y las leyes poſteriores, ſe han de entender conforme las primeras, para evitar la correccion de las leyes, como lo dizen Bartulo, y Pedro Paulo Pariſienſe.* Cumque hoc ita ſit, multo minus negari poſſe videtur Magiſtratibus (ſuperioribus) ſecularibus, facultas Eccleſiaſticos exterminandi, ad idque inquirendi, ſiue formandi proceſſus 3: & potiori iure informationes contra ipſos accipiendi, vt exin ſuperiores Eccleſiaſtici, vel Epiſcopi cerciorati, ad illos actualiter degradandos, ſecularique iuſtitiæ ad punitionem traddendos; procedere valeant. 4. Et licet Bobadilla, alios ſequutus 5, id limitet quantum ad confeſſionem à Clerico coram ſeculari iudice factam: non tamen negat, imo potiùs ſentire videtur, culpæ proceſſum formare potuiſſe. Et quod in caſſu negligentiæ iudicis Eccleſiaſtici, ſuo deficientis muneri in Eccleſiaſticorum animadverſione, ſecularis iudex, poteſtate,

3. *Vt infra dicetur*, & *ſentit* Decianus, d. lib. 7. c. 8. n. 6. poſt medium. Caſaneus, in cathal. gloriæ mũdi, p. 5. conſideratio. 24. cap. 142. Iacob. de Graſijs de effectib. Cleric. effect. 1. n. 573. Anſaldus, de iuriſdictio. 2. p. tit. 11. cap. 3. n. 54. cum alijs ab eo adductis.

4. Tiber. Decian. d. tract. lib. 4. cap. 9. n. 7.

5. Bobadilla Polit. d. cap. 18. n 330. ad fine. Graſijs, & Anſaldus, vbi proximè.



teſtate,

teſtate & authoritate propria, in eos procedere, & corrigere valeat, quemadmodum & in realibus actionibus, exiſtente negligentia, eam ſupplet, partibus iuſtitiam miniſtrando: receptam, ſaltem vt probabilem, in occurrẽti dicunt ſententiam aliqui 6. Unde aſſerit gloſa 7. *Habes hic, quod vbicumque deficit Eccleſiaſtica poteſtas, ſemper recurritur ad brachium ſeculare.* Aliàs enim ſcelera impunita remanerent, & publica exponeretur vtilitas, illis quæ cõſiderationi relinquntur periculis. Et ſanè in huius, vel ſimilis qualitatis caſibus, Eccleſiaſtici iudices procedere deberent [ita Bobadilla 8] debito boni publici zelo, non autem pervicaci animo, aut affectione ſingulari ſuam ampliandi iuriſdictionem; ne ex hoc ſubditis, ſeditioſiſque delinquendi facilius anſam præbeant: quorum mores, punitione [iure ſatis reſiſtente] ſpræta, fruſtrata ve; indies in Reipublicæ perniciem, deteriores fiunt 9. Hinc ſecularibus ſcandala, & animi cruciatus prębentur, dum iudices reſpiciunt Eccleſiaſticos, remiſſè nimium in punitione procedere; adeòq anxie forvere ſuam, & deffendere immunitatem. Qui quidem, præter contentiones, & diſſidia, quæ inter vtramque oriuntur iuriſdictionem; permittere, ſeu conſentire quodammodo videntur delicta: provt adverſum hoc, quamplures & graves exclamare Doctores [etiam Eccleſiaſticos] refert idem Bobadilla. Qui addit, nũquam vidiſſe, quod aliquis ex his ſe inhibuerit, vel pro non iudice pronunciaverit, cum ſeculares quotidie ſe abſtineant, & inhibeant: imo omnes in hoc

penè

6. *Vt per tex.* cum gloſ. in can. Principes ſæculi, 20. 23. q. 5. can. petimus 11. q. 1. & can. filijs, 16. q. 7. Socinus in c. licet ex ſuſcepto, de foro compet. Tiber. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. n. 83. & 84. cum ſequent. Bobadilla, vbi ſupra, n. 93. Seſſe. Deciſ. 114. n. 2. & n. 13. Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpret. concluſ. 1. n. 217.

7. *Gloſa ad* can. nec licuit 4. diſtinct. 17. verbo, *per ſeculares*, in fine. per d. can. petimus, & can. de liguribus. 23. q. 5.

8. Bobadilla, d. lib. 2. cap. 18. n. 109.

9. *Ita* Emanuel Rodriguez, tom. 2. quæſt. canonic. & regul. quæſt. 40. artic. 1.



penê excedunt, ad ſecularium inhibitionem parvo negotio, & læviſſima iuſtificatione, abſque modo, & forma iuditiali procedendo, & per ſas, vel nefas [ita ait] declarantur iudices, cõfeſtimque cenſuras fulminãt. Sed vt ad principale inceptum redeamus propoſitum: adeo favorabilis eſt communis pax, omnium ſecuritas, & Reipublicæ tranquilitas, in ordineque ad hoc, tam abſoluta Regis noſtri poteſtas, veluti caput, & ſubditorum deffenſor; vt illam non dubiè habeat, & exercere poſſit adverſus quemcumque Eccleſiaſticum ſeditioſum, quietemve turbantem publicam, aut Regi debitum honorem, Magiſtratibusq ſuis, non deferentem, illum in temporalitatibus condemnando, & à populo, ſive Regno, vbi commoratur expellendo; vti ex innumeris penè Doctoribus antiquis, & neothericis, naturalibus, & exteris, iuris peritis, & theologis apparet, practica inconcuſſa [ſcientia, & tollerantia Apoſtolicę ſedis] id confirmante. 10. Marius Giurba, paucis verbis hoc ſcriptum reliquit, dicens, *Quod Clerici licet ſint exempti à iuriſdictione ſeculari. tamen ratione originis, ſeu habitationis, ſubditi ſunt Regi, tanquam capiti politico; ita vt ſi Magiſtratibus honorem debitum non ſervaverint, eius iuriſdictionẽ, ſeu pacem publicam turbantes. coertione æconomica plecti, & à Regno cum honore expelli*



*poſſunt*

10. Seſſe, Deciſ. 14. n. 14. Calixtus, Ramirez, trac. de lege Regia, §. 27. n. 12. Bobadilla. lib. 2 Polit. cap. 18. n. 62. & 112. ex l. minimê 35. ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. cũ alijs á ſe adductis, l. 4. tit. 1. lib. 4. recopil. Salgado, d. cap. 2. part. 1. n. 276. & 277. Cenedo, in collectan. ad Decret. part. 1. collect. 37. n. 9. cũ multis, & quęſt. pract. 45. final. n. 61. Iulius Clar. §. fin. pract. quæſt. 36. n. 24. Henriquez, 2. part. ſummæ, lib. 14. de irregularit. cap. 12. numer. 6. Alderan. Maſcardus, de general. ſtatut. interpret. concluſ. 1. numer. 214. verſ. benê verum. Pradill. in ſumma leg. pœnal. part. 2. c. 8, n. 4. Iacob. Cãcer. lib. 3. reſolutio. cap. 10. n. 37. Solorz. de Indiar. guvern. lib. 3. c. 27. *per totum, maximé*, á n. 26. Cevall. de cognit. per viam violentiæ 2. par. q. 77. Camil. Borrel. de Regis Catholici præſtant. cap. 71. n. 304. cum ſequen. *Meminit Amaya*, ad l. nullus 60. C. de decurion. lib. 10. n. 4. *cum alijs*. Larrea allegatio, fiſcal, 64. maximê, n. 16. & 21.

*poſſunt* 11. Abſque eo quod Bullæ Cœnæ Domini incurrant excommunicationem. 12: & firmat dictus P. Fr. Emanuel Rodriguez, his verbis: *El primero caſſo es, quando vn Clerigo ordenado de ordenes ſacros turba la Republica, y paz que ha de tener. Porque en eſte caſo el Rey, y Supremo Conſejo, a cuya quenta eſtá la conſervacion de eſta paz, puede caſtigar al dicho Clerigo, echandolo fuera del Reyno, ſin incurrir en la excomunion de eſta Bulla, como lo dize vna ley. la qual ponderò para eſto mucho Guillelmo Benedicto y eſtà opiniō tiene Iulio Claro.* Id etiā procedit cōtra quaſcumque eccleſiaſticas perſonas, præcepta Regis non obſervantes, quamuis Epiſcopali ſive Archiepiſcopali præfulgeāt Dignitate 13. Similiterque adverſus eos, qui in ipſius Regnis, has, ſive aliàs ſimoniacè obtinuerint Dignitates Eccleſiaſticas, tanquam crimen læſſæ maieſtatis committentes 14.

Suppoſita nanque irrationabili conſuetudine, improbataque ab omni iure facultate, pro grauioribus etiā criminibus, iuriſdictionaliter Magiſtratus ſeculares in Eccleſiaſticos procedendi: non tamen negandum Regi Domino noſtro (eiuſque ſupremis Miniſtris, qui vices ſuas, ſive repræſentationem, in gubernatione maximè Provinciarum, habent) vt œconomica, & politica mediante poteſtate, adverſus Eccleſiaſticos ſeditioſos, pacem & quietem publicam turbantes, inobedientes, & Regiam iuriſdictionem vſurpantes, vel impedientes, procedere poſſint (vt poſſunt) exilio, & temporalitatum occupatione, etiam ſi Prælati, Epiſcopi, vel Inqui-

11. Marius Giurba, Conſ. 49. n. 16.

12. Salgado part. 1. de Regia protectio. cap. 2. n. 181. & ſequent. Emanuel Rodriguez, vbi ſupra, verſ. *el primero caſo*, fol. 138. ad finem.

13. *Ex* l. 5. tit. 1. lib. 3. ordinam. l. 1. 2. & 3. tit. 8. lib. 1. l. 4. & fin. tit. 1. l. 13. tit. 13. lib. 4. recopill. cū alijs Larrea, dicta allegat. fiſcal. 64. n. 11. 16. & 21. & ex §. ſi Clericus, verſ. ſi autem, tit. de pace tenenda, & eius violatoribus, in Feudis, Covarrub. practicar. q. 35. n. 3. verſ. adverſus verò, Salgado d. p. 1 c. 2. n. 267. & 273. cum ſequent.

14. *Vt per Bartholom.* Caſſaneum. tract. glorię mundi, par. 5. conſiderat. 24. caſſu 142. tenet Bobadilla d. cap. 18. n. 65.



quiſitores ſint: cum non tunc iuriſdictione id mediante fiat; ſed extraiudicialiter, tuitione, naturalique præciſſa adhibita defenſione, quam Princeps velut Patriæ Pater, ad ſui, & ſuorum tutamen exercere tenetur. Nec mirandum hoc, quod in ſubditos, & vaſſallos [modo, & caſſibus prædictis] animadvertendi ius habeat: cum in Eccleſiaſticos non ſubditos, pro ſui & ſubditorum defenſione, ius indicēdi bellum ſibi naturali competat ratione. Multa enim hac politica, & œconomica poteſtate fieri permittuntur, quæ aliter iuriſdictionaliter, & iuris ſervato ordine fieri iure non poſſent: & ſi hanc *chimericam* diſtinctionem appellet Doctus [ſed aliàs propēſus, omnia ferè iudicibus negare ſecularibus] Pater Antonius Diana, cui ſufficientiſſimè reſpondit, & omnia prædicta doctè admodum, acuratè, & plena manu traddit, explicat, & exhornat, Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Dn̄s D. Chriſtophorus Creſpi de Valdaura, meritiſſimus Vice-Chancellarius, Sacri, Regij, & Supremi Conſilij Regnorum, Coronæ Aragonum, & vnus ex Cœtu Gubernatorum totius Monarchiæ, currente Potentiſsimi Domini noſtri Regis Caroli Secundi minoritate, *in ſuis doctiſſimis Obſervationibus illuſtratis. tom.* 1. *Obſervation. 3. per totam, maximè ex princ. & n. 17. 18. & ſequent. & n. 33. & 34. cum ſequent.*

§. 23 Hoc itaq̄ præhabito in propoſita ſpecie, & ex doctrinis in ipſius adductis comprobationem, conſtitui nec difficulter poterit, Regiam Audientiam rectè in eo quod egit, proceſſiſſe; nullatenuſque in Eccleſiaſticæ immunitatis, ſive iuriſdictionis præiudicium exceſſiſſe: quin potiùs validiori iure, facultate, Regiaque poteſtate, in præfato eventu vti potuiſſe. Et hoc, etſi nec probabiliſsimè crederetur (vt credebatur) ſpectaretq̄ Senatus, incuriā & ne-

& negligẽtiam in iudice Eccleſiaſtico, circa ſatisfa-ctionem ipſi petitam, adverſus Clericum B: debitam ſatis Regi Domino, publicæque ſaluti omniũ, vt infra dicetur. Die decima tertia Iulij, prædicti anni, Archiepiſcopus declaravit (mediante dicto Licent. T. eius Uiſitatore, ad hancque cauſam delegato iudice) D. N. Regalis Chancellariæ Auditorem, in excõmunicationẽ Bullę in Cœna Domini incurſum fuiſſe: quia vt talis, in predicta informatione, iuſſu præfatæ Chancellarię facta (ad ea, quæ de ſeditioſo Clerico relata ſunt, cõprobanda) intervenerat. Notificata huiuſmodi declaratione Senatori prædicto, die decima quinta eiuſdẽ Menſis, illicò appellationem, & in forma interpoſuit in continenti recurſum: quo non obſtante, illum denũciavit, & publicavit pulſatis cãpanis, in tabella nominis Schedulã affigendo. Potuiſſet ſanè Archiepiſcopus, rationibus & fundamentis ſupra adductis, conquieſcere, ſuuque propoſita obligatione officium explens (& vt Regi tot, tantiſq; addictus beneficijs, gratitudinis & vaſſallagij iuſtiſsima lege) omnibus contendere viribus ad concordiam, & pacem conſequendam, enixeq; laborare, vt ipſa (a Deo, & Rege ſatis commendata) cõſequeretur. Doceat Divus Bernardus. *Prellati*, inquit, *prodeſſe magis ſtudeant, quam præeſſe. Habeat charitas zelũ, ſed habeat pro tẽpore modum ſeveritas, cẽſura quidem numquam remiſſa, intermiſſa tamen plerumque plus profecit. Vigor iuſtitia ſemper fervidus, ſed nũquam præceps. Sicut non omne quod libet, licet: ſic non omne quod licet, ſtatim etiam expedit. Oportet prorſus vino zeli in charitate fervẽtis æſtuet, qui alijs præſidet. Alioquim improbè ſatis præeſſe affectas quibus prodeſſe non curas: & quorũ nõ zelas ſalutẽ, ſubiectionem nimis ambitioſè vẽdicas tibi. Preſis,*



*ſis, vt provideas, vt conſulas, vt procures, vt ſerves; præſis, vt proſis: preſis vt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuã. Ad quid? Ut det illis eſcam in tempore, hoc eſt, vt diſpenſes, non imperes: hoc fac, & dominari ne affectes hominum homo, vt non dominetur tui omnis iniuſtitia* 1. Doceat & Ethnicus 2. *Omnia ſcire, non omnia perſequi, parvis peccatis veniam, magnis ſeveritatem accommodare, nec pœna ſemper, ſed ſæpius pœnitentia contentum eſſe.* Licet enim aliqua adeſſet deffendendi, vel conſervandi iuriſdictionem Eccleſiaſticam ratio: [quę quidẽ in hoc caſſu minimè aderat] magis adſtrictus videbatur ad cedendum paci, & publicę tranquillitati, diſſimulando, differendove ad oportunum tempus, in quo non tot interveniſſent ſcandala, & commotiones, quæ tunc fuerunt (& graves quidem) pro deffẽſione cuiuſdam ſubditi perditi, multis ab hinc annis propenſione animi, inductioneq; naturæ tumultuoſi, membri Reipublicę putrefacti, qui iuſtiſſimè ea iam antea pelli deberet, ne alios, pro vt infecit, inficeret.

*Tutius eſt ferro iam putrida mẽbra reſcindi,*
*Quã partis vitio totum tabeſcere corpus.* 3.

Nam herclè, vbi Sacerdotes debita puritate & intẽtione, ſtatui in quo collocati ſunt, non procedunt; melius eſſet eos non adeſſe, ne fortè ſcandalizandi anſam præbeant, ij qui in ædificationem cõſtituti ſunt. Si enim Chriſtus Dominus per Matheũ, inquit, 4: *Qui ſcandalizaverit vnum de puſillis iſtis, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria, & demergatur in profundum maris: Quid ergo*, aſſerit Divus Bonaventura 5. *qui multos & magnos ſcandalizat! Iſta conſideratio prima debet eſſe gemma lucens in pectore*

1. Divus Bernardus in floribus lib. 3. cap. 4.
2. Tacitus in Agricola.
3. *Ita Divus Hieronimus*, ut relatus in can. reſecadæ, 16 24. quæſt. 3. *& meminit* can. in canonibus, 57. verſ. ferro enim, 16. quæſt. 1. *Sic etiã per Gruterũ, refert Arnoldus Clapmarius*, de Arcanis rerum publicar. lib. 6. cap. 12. *& Seneca*, de ira, lib. 3. *Non ira, ſed ratio eſt ſecernere à ſanis inutilia.*
4. Math. cap. 18. verſ. 6.
5. D. Bonaventura, in opuſculo, de Sex alis Seraphin, cap. 7.

*ctore Pontificis, id eſt præ omnibus curanda.* Et proſequitur Seraphicus Doctor. *Dum apparet non eſſe correctionis ſpem propter obſtinationem, & inueteratam mali conſuetudinem, & alios infici per eius exemplum, vel ſcandalizari quia talia tollerantur; quid reſtat niſi vt ouis morbida abijciatur, & membrum putridum præcidat, ne ſana inde inficiantur, & corrũpantur.* Vnde Apoſtolus 6: *Vtinam & abſcindantur, qui vos conturbant.* Et iterum 7: *Auferte malum ex vobis met ipſis.* Et Dominus per Lucam, & Mathęum 8: *Succidite ergo illam,* ſcilicet ficum infructuoſſam, *vt quid etiam terram occupat: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Vlterius licet finalis ratio ſic procedendi, non fuiſſet Clericum prædictum deffendere, & favere: impulſiva tamem in Archiepiſco, nequit abſque ſcrupulo [ad minus] eſſe, quin credatur, eam proculdubio foviſſe peculiarem aliquã animi perturbationem, vel inordinatum affectum. Nam oblito iam ferè negotio, ſopito ve trium menſium taciturnitate; illud intempeſtivè ſuſcitavit, ea ipſa die decima tertia, qua Regia Chancellaria Notario cuidam laico (& publico Tabellioni) Eccleſiaſtici tribunalis, teſtimonium quoddam litiſpendentiæ, quod antea negaverat, præbere iuſsit [vt de iure procedebat] ad præciſſam deffenſionem, cuiuſdam Regij miniſtri, qui ratione ſui muneris impoſitum ſibi officium fidiſsime adimpleverat: ex quo immortalitatem Eccleſiaſticæ litis experiebatur. De cuius iuſsione adeò infixum animi dolorem detexit Archiepiſcopus, vt in proſecutione ipſius teſtes vocaret, ſucceſſus que atteſtationes acceperit adverſus Regium Senatum. Sed cum poſtea in hoc, debiam (fortaſis) á prudencia inceptam á ſe recognoviſſet viam, relictam immaturè, aliam illi-

6. Paulus ad Galat. cap 5.

7. Idem ad Chorint. cap. 6.

8. Lucæ cap. 13. & Math. cap. 6.

cò



cò proſequutus eſt. Epiſcopalem dignitatẽ, Eccleſiaſticamque iuriſdictionẽ læſſas exiſtere, declamabat: in harum deffenſionem ipſum præciſſe incumbere debere: neceſſariũ que eſſe congruam in huiuſmodi re ſatisfactionem præbere. At ſub quo delicto, aut ſufficienti cauſa tam decantata caderet obligatio, actenus nec cognoſcitur, nec percipitur: nec adhuc perſpicaciſſimi Docti, mente aſſequi poſſent, ſi id proprio exvti affectu proſpiciant. *Rerum cauſa non materia, nec exitus actuum, ſed intentionis propoſitũ culpas diſcernit & merita* 9. Alias enim non eſt in orbe novum ſpecialem affectionem, ſeu diſplicentiam, criminis probrò implorare id, quod ſanè, ſi ratio, & veritas auditæ eſſent, cuiuſpiam innocenti ę dignum exiſtimarent. *Error eſt humanæ mentis* [dicebat Divus Bernardus 10] *non modo bonum putare malum & malum bonum: aut verum falſum & è cõverſo: ſed etiam certa recipere pro dubijs, dubia pro certis.* Verum ſi tollerabile hoc, dũ fragilitas operatur humana errore ſeducta invencibili: lachrimandum valdê, ſi é ſimplicitate ad malitiam iudicij tranſitus fiat, vt inde iure dici cum Iſaia poſſit. *Væ vobis, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponẽtes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum* 11. Proh Deus! quam magnum eſt officij, & religionis tegmentum, quo veluti larva animi cœlantur ægritudines, carnis, ſanguinisque affectiones peculiares teguntur, & ſimulantur. Fœliſiſſimum quidem, ſi in huiuſmodi ſpeciali negotio, minimè tantum fuiſſet detectum,

9. *Ita* Divus Bernard. poſt lib. 10. Flor. tit. de Beata Maria Uirgine, cap. fin.

10. Ubi ſupra proximè.

11. Iſaiæ cap. 5. Uerſ. 10. *relatum* in can. væ qui, 59. 11. quæſt. 3.

tectum, quantum eſt tentatum. Vtinam mihi datum nunc eſſet [vt ſolatio, & levamini deſerviret] cum ſanctis expendere Doctoribus, idque perſpicuis enucleare verbis, in quo huius Sanctæ Pontificiæ dignitatis conſiſtit exercitiũ, proſequutę obſervantiſsimè ab omnibus provt æquum eſt, â quam plurimis temerè expetitæ ſatis, & ſolũ promeritę á paucis: quomodo eliceretur ſcopus in quẽ ſancta hæc in primis gubernatio obtutum refigere debet. *Si rebus raritas*, ait Divus Bernardus 12, *pretium facit, nil in Eccleſia pretioſius, nil optabilius, bono vtilique Paſtore. Nemperara avis eſt iſta.* Principes aliqui vocari volũt. Benè quidẽ: videatur; & ſe tales exhibeãt. Eſſe enim eſt, propter operari. Princeps namque, ea quæ Principe digna ſunt, & agit, & cogitat 13. Succedant in humilitate, in que Apoſtolicis virtutibus, qui ſucceſſores Apoſtolorũ [ſũt enim 14.] eſſe, & vocari ſatagunt. Non ad vaneſcendũ Epiſcopalẽ dedit Dñs Redemptor noſter dignitatẽ, ſed ad ſervien-

12. Divus Bernardus Flor. lib. 3. cap. 1.

13. Iſaiæ cap. 32. relatum, in gloſ. Regum, in fine Clement. vnic. de Baptiſmo. Fatemur Epiſcopos, principes eſſe (ſed particulares) quilibet in ſuo Epiſcopatu (ad differentiam Summi Pontificis omniũ Principum in orbe Generaliſſimus Princeps) quemadmodum in qualibet provincia, Civitate, Eccleſia, vel Cõmunitate, Princeps eſt ille, quem nemo illic procedit, & qui primum inibi occupat locum. Latiùs enim patet, verbum *Princeps*, vt colligitur ex ſignificatione vocabli, & ex gloſ. dictæ clem. Et nos aliqua, *en la delineacion ſumaria, de los ricos hõbres, nobles*. Et ſucceſſores Apoſtolorum ſunt Epiſcopi, non quo ad Apoſtolatum (nam ſacrum hoc perſonale munus, á Chriſto Domino Apoſtolis datum, eorum ſpiravit morte) ſed quo ad Epiſcopalem dignitatem. Et adhuc in hac abſolutè non ſucceſſere, ſed limitate ad ſuos Epiſcopatus: cum Apoſtoli magnum latiſſimum que habuiſſent territorium; Epiſcopi veró exiguum. *Villarroel* p. 1. q. 1. art. 12. Hoc dictum ſit, ad aliquorum (ſi qui fortè fuerint) refrenandam ambitionem, vanum innanemque fauſtum. Uera enim authoritas, excelſaque exiſtimationis magnitudo, in virtute, & veritate circa ſacri impoſiti muneris obligationem ad implendam, conſiſtere credimus.



viendum ei, alios dirigendo, omnibus proficiendo (proſequatur Divus Paulus 15,) Studioſiſsimi humilitatis Apoſtoli fuere, ſe omnium ſervos nuncupabant. Et Paulus, *Nam cum liber eſſem*, inquit, *ex omnibus omnium me ſervum feci, vt plures lucrifacerem*. Principes mundi ideò ſunt, vt dominentur minoribus ſuis, & eos ſervituti, cum oportet, ſubijciant, expolient, & ad mortem vſque eis vtantur, ad ſuam vtilitatem, & gloriam. Principes autem Eccleſiæ fiunt, vt ſerviant minoribus ſuis, & miniſtrent, quæcumque acceperunt â Domino Ieſſu; vt ſuas negligant vtilitates, & illorum procurent; morique non recuſſent pro ſalute ſubditorum. 16. Sanctiſſimus Pater, totius Eccleſiæ Catholicæ, & orthodoxæ Præſul, atque Hierarcha, pluſquam dimittit, ſuam auger, extollitque dignitatem, eximio preſtãti, plenoque miſterijs epithetho: *Servus ſervorum Dei*, tanquam in gradu ſummi humilitatis Magiſtri conſtitutus, quam maximopere exercuit, nobis in ipſa viam oſtendendo certam, verumque, & infatigabile celſitudinis iter. Venit Chriſtus Dominus miniſtrare in mundum, non miniſtrari 17. Magna profectò res eſt Præſulatus dignitas, cuius ob eminens faſtigium, monet Apoſtolus ad illam eligendum ſubiectum, qui dum in tam ſublimi conſtitutus gradu conſpiciatur, non velut vertigine evaneſcat: *Non litigioſum, non cupidum, non neophitum, ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.* Cathedra hæc non ad pompam, plauſumve deſiderari debet, nec item ad requies, commoditateſque conſequendas. Solummodo enim Scribæ, & Phariſæi id curarunt in illa Moyſis, oſtentatione ſedendo (gens vtilitatum a primè ſtudioſa) 18. *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi*: obliti, quod eam Moyſes pro ſummo habuerit pondere, elaborando

14. *Sic eos Concilium vocat Trident.* ſeſſ. 23. c. 4. de Sacram. ordin. ibi. *Præter cæteros Eccleſiaſticos gradus, Epiſcopos, qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt.*

15. Divus Paul. ad Titũ. c. 1. & ad Thimoth. c. 3. & ad Corinth. 1. cap. 9.

16. *Ita his verbis* Quintilia. Mandos. in gloſ. facultatum. Uerb. Servus.

17. Math. c. 2. verſ. 28. Marc. c. 10. verſ. 45. Lucæ. c. 22. verſ. 27.

18. Math. cap. 23.

19. Numer cap 11. rando pro omnium bono, & communi vtilitate 19. *Cur impoſuiſti onus vniverſi populi huius ſuper me?* Onus hic appellat, in quo illi requiebāt; hic miniſtrabat, illi miniſtrabantur; hic excubias fatigatus agebat; illi quaſi ſuaviſſimo in lectulo requiem capientes, ſua exigebant cōmoda. In eadem Cathedra Eſdras ſtetit, nec tamen cōquievit, ceu ſedit in ipſa: ſed ſtetit ſicut bonus paſtor, & vigilans Dux, vt alie-
20. Eſdr. lib. 2. cap. 8. nis, non proprijs inſerviret commoditatibus 20. *Stetit autem Eſdras ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & aperuit librum coram omni populo.* Sed quis eſt, qui oneris & officiorum ſibi impoſitam obligationem non intelligat ſufficienter ſatis explere? Aut quis in muneris, & officij egregia exercitatione, ſuo cedet anteceſſori? Liceat ad hoc (& ſi videatur exſoluta periodus, quæ fortaſſis cum nobis non ſit, nec alijs itidem erit) litteraliter Divi
21. D. Bonavent. in opere de ſex alijs Seraphin. c. 8. ad fin. Bonaventuræ authoritatem, his verbis, refferre 21. *Alioquì verò cum ad officium regiminis aſſurgunt, ita ſe continuò repletos ſpiritu ſcientiæ reputant, vt omnia anteceſſorum ſuorum facta ſtulta iudicent, & perverſa: non attendentes, quod ſicut ipſi aliorum facta deprimunt, ita eorum facta alij poſſunt deſpicere. Hinc Iſaias 22. Væ qui ſpernis, non ne & ipſe*
22. Iſaiæ. c. 33. *ſperneris? Nō nullorum enim facta tam ſtudioſé ſolent ab alijs obſervando notari, ſicut illorum, qui aliorum facta ſevere diiudicant, ſi forté in quo ipſi alios arguunt reprahenſibiles, reprahendatur. Sunt enim duo genera hominū, quorū cōſilia prudens Rector nō facile debet reſpicere; ſcilicet adulatores, & detractores. Primi iſtorū ſeducunt eū, vt magis de ſe, quam expedit, præſumat, iuxta illud Iſaiæ 23; qui beatum*
23. Iſaiæ cap. 3. *te dicunt, ipſi te decipiunt & viam greſſuum tuorum diſſipant, ne de te vera ſentias humilitate propriæ cognitionis. Secundi, inducunt eum, vt peius quam habet* de



*de alijs ſuſpicando ſentiat, & ſæpe innocentes condēnet, & prius quam veritatem rei plené cognoſcat, dicente ſcriptura 24: Aures Principum ſimplices, & ex ſua mente alios æſtimantes, calida fraude decipiunt.* 24. Eſther, cap. 16

§. 24. Principaliora itaque fundamenta, quæ declarationi prædictæ cenſuræ anſam præbuere (vti compertum eſt) duo ſunt. Primum, Regiam Chācellariam informationem adverſus prædictum B. Clericum, minimè recipere valuiſſe. Secundum, nullatenus decretum apprehendendi illum, ad imponendum navi, vt Regi noſtro mitteretur, decernere potuiſſe. Quoad primum de informatione, ſupponere neceſſum erit: quod vel facta fuit ad tribuendū, requirendum ve ſuo iudici, vt cū ipſa operaretur: aut ad hoc vt Regia Chancellaria in negotio procederet: vel ad Dominum Regem noſtrum certiorandum. Totum hoc ineſt in informationis exordio, in forma, & ſubſtantia rei. Si ad requirendum cum ipſa iudicem [vti factum eſt] nedū culpabile eſt, verum ſingularis exiſtimationis beneficium, gratitudinis, & obſequij, quod eccleſiaſticus iudex præſtare deberet humanitati, benignitatiq; qua Regalis Chancellaria rem pertractaverit, eum negotij illius Dominum conſtituendo, cum per ſe facultatem haberet, pro qualitate rei, & ipſius circumſtantijs, ad id operandum quodquod de iure, & conſuetudine poteſt, leges, Regiæque Schedulę in ſimilibus permitunt caſſibus. Informationem recepit, vt cum ipſa iudex non heſiſtaret de gravitate cauſæ, & de illius periculo manifeſtam conſpiceret veritatem. Etenim abſque huiuſmodi exploratis notionibus, nec ſontem poterat quendam conſtituere Eccleſiaſticum, nec itidem eius ſuperius tribunal moveri. Quare cum certum ſit hoc, certum quo-

quoque eſſe debet, vt ſcribere valeat, informationem capiendo; cum medium ſit, quo tantummodo ad certitudinem devenitur. 1. Idque verba cuiuſdã Schedulæ (inter alias) fatentur, ſic: *Quando el caſo fuere publico, y eſcandaloſo, permitimos, y tenemos por bien, que podais hazer ſecretamẽte informaciones, y requerir al Provincial, ó Guardian para que les caſtigue, conforme al exceſſo, que huvieren hecho* &c. Et alibi: *Aviſareis muy particularmente, y co recaudos ciertos de la calidad, y circunſtancias del caſo.* Novum namque non eſt, vt in caſibus hijs ſcribatur, cum in alijs id iudices faciant ſeculares, ſcriptaque ſic ad Eccleſiaſticos remittant, vti referunt, & ſupponunt Bobadilla, Maſcardus, Iulius Clarus, & alij, cum Paz 2, dum aſſerit: *Cæterum ſi iudex ſecularis cognoverit de aliquo crimine adverſus Clericum*, & cum Deciano ſupra notatum remanet: qui facultatem, & poteſtatem formandi adverſus Eccleſiaſticos proceſſus in ſimilibus confitetur; quod amplius quidem eſt, quam ad informationes capiendas protendi: quamvis in vtroque, ſi huiuſce poſtulaverit qualitatis occaſſio, minimè repu taretur exceſſum, ex ſupra adductis. 3. Si ergo tunc ſecularibus iudicibus de huiuſmodi cauſis adverſus Eccleſiaſticos cognoſcere permittitur, quis illos informationes recipere poſſe negabit, ſumpto de maiori ad minus argumento? Quod in preſentiarum fieri poſſint informationes prædictę, agnoſcit Iacobus de Graſſis, & Schedulæ aliquæ per Solorza-

1. *Ex Sched.* Matrit. 5. Iunij. 1565. in lib. 2. impreſ. pag. 32. & alia, lib. 1. inſtructio. Proreg pag. 326. Solorza. de iure Indiar. lib. 3. cap. 27. n. 15.

2. Bobadil. Polit. lib. 2. cap. 18. n. 530. & n. 107. Maſcard. de probation. concluſ. 33. n. 24. & 26. verſ. extẽdas. Iul. Clar. in prac. §. fin. quæſt. 36. in fine, & queſt. 96. n. 7. & 8. Paz. in prac. tom. 2. prælud. 2. n. 12. Boher. deciſ. 9. n. 3. vol. 1. Azev. ad l. 1. tit. 18. lib. 8. recopill. n. 45. Caravit. ad Rit. Mag. Cur. 235. n. 9. in fin. vt per Baiard. ad Clar. d. q. 36. n. 19. & n. fin. ex Socino Conſil. 7. n. 6. vol. 5. *Nec cum Riccio* in praxi. tom. 4. reſolutio 469. n. 5. *diſentire videtur ad noſtrum propoſitũ, Fermoſinus*, ad cap. 4. de iudici, quæſt. 5. num. 3. & 4.

3. §. 20. & §. 21.



lorzanum relatæ, & Regiæ Audientiæ de Guatemala directæ. 4.

§. 25. Si ad certiorandum Dominum Regem noſtrum, receptæ in hac materia fuerunt informationes; tuta etiam redditur ſcribendi facultas. Ad quod, ſuppoſitione neceſſariam iudicamus obligationem, quam Regij Senatores, vti ſuperiores Miniſtri habent renuntiandi Regi noſtro, quidquid cõveniens ipſius creditur ſervitio, ex præciſſa muneris illis impoſiti neceſſitudine, maximè dum in ſui officij exordio, iuramento ſolemni mediante adſtringuntur, integram, ſalvam, & illæſſam Regiam iuriſdictionem, terram, dominationemque ſervare, & pro viribus omnia avertere damna, Regemque certiorare, ne dum de ſcandalis, & oppreſſionibus, ſed & de adhibitis, applicatiſque remedijs, aut de impoſſibilitate, ſive impedimentis adhibendi remedia Hoc que leges exprimũt Regni, quæ ſpecialiter, & expreſſim lectæ [more antiquo huius Chãcellariæ] Auditores Sacramento mediante ſervare promittunt, ibi: 1. *Otro ſi, que deſviaremos vueſtro daño, en todas las ocaſiones que nos pudieremos, ó ſupieremos, y ſi por ventura no huviſſemos poder de poderlo hazer, que vos apercibamos de ello, lo mas ayna que nos pudieremos.* Et alibi: *Que cada y quando algun eſcandalo recreciere (en nueſtras Ciudades, Villas, y lugares) en que las nueſtras juſticias no puedan probeer, que luego ſean tenudos de nos lo embiar à notificar, y hazer ſaber, ſopena de perder los officios.* Quod quando evenit aliquibus ſcandalizantibus, ſeditioſiſque perſonis infeſtam Provinciam eſſe, adverſus quas ob ſtatum, magnitudinem ve ipſarum, minimè ad punitionem procedi poſſit; iure recipi valeant informationes, Regique noſtro mitti: quis ſanæ mentis contradicet? 2. Adeò hoc con-

4. Graſſis in explicatione Bullæ in Cœna Dñi, & refert Solorzan. Polit. lib. 4. c. fin. ad fin. & de iure Indiar lib. 3. cap. 27. n. 77. & 78.

1. L. 6. tit. 5. lib. 2. l. 2. tit. 1. lib. 8. recopill.

2. *Fatetur*, Bobadilla, polit lib. 2. cap. 13. n. 46.

conſonum rationi eſt, vt temeritas contrarium dicere videatur: infirmitasque ſit intellectus leges quærere, vbi ſe patẽs naturalis exhibet ratio 3. Reges itaque Catholici, Imperatorque Carolus, expreſſa iubent diſpoſitione, quod caſſu quo aliqui Conſervatores, iudices ve Eccleſiaſtici impediant, vel in Regiæ iuriſdictionis vſurpatione intromitrãtur, in cauſis civilibus, profanisve procedendo; illico iudices, & Magiſtratus, Regis non ſpectata iuſſione, inſurgant ad exterminandum eos, inſuperque ad ſequeſtrandum iſtorum bona, rem omnem ad Regium, ſupremumque Senatum ſtatim referendo 4. Dum ergo Rex noſter præcipit, quod ei renuntient miniſtri, relationemque mittant ſucceſſuum, rerum ve, in quibus Prælati, & iudices Eccleſiaſtici Regiam vſurpãdo iuriſdictionem defecere: liquet neceſſariò id vna cum informatione fieri debere. Tum pro ſecuritate, & ipſius veritatis fide; tum & etiam, pro defferentium perſonarum ſatisfactione, illarumque, adverſus quas informatio mittitur. Et in caſſibus occurrenti materiæ propinquioribus, verba iam ante dicta, cuiuſdam Regiæ Schedulæ, hoc commonſtrant. *Me aviſareis muy particularmente, y con recaudos ciertos de la calidad, y circunſtancias del caſo.* 5. Et præter Schedulas prædictas, alia eſt Matriti expedita, die vigeſſima ſecunda Menſis Decembris, Anni milleſsimi quingenteſsimi ſeptuageſsimi ſeptimi, qua præcipitur Proregibus, Chancellarijs, Epiſcopis, & Inquiſitoribus, vt informationes convenientes, [maxime ad Regem noſtrum certiorandum] recipere non impediant, nec Notarijs officium ſuum in illis impartientibus, quoquo modo inferant moleſtiam: cum oporteat hoc, *Para nos informar de coſas que convienen, aſsi a nueſtro ſervicio, como al bien de las Ciudades, y Villas,*

3. *Vti ait Ariſtot.* Phyſicor. 8. c. 3. l. cũ ratio, ff. de bonis damnator. l. ſcire oportet, 6. ſufficit, ff. de excuſat. tutor. Suelves, Conſ. 5. n. 86. Semicent. 2.

4. L. 2. & 3. tit. 8. lib. 1. l. 17. tit. 5. lib. 3 & l. 27. v. *Y aſſimiſmo*, tit. 25. lib. 4. recopill.

5. *Vti patet* ex lib. 1. Schedul. impreſ. pag. 309. & 326. In c. 5 inſtructio. Proreg. Novę Hiſpaniæ, & refert Solorz, d. lib. 3. c. 27 n. 15. & in Polit. d. lib. 4. cap. 27.



*Villas, para q; por las informaciones nos cõſte de lo que paſſa en eſſa tierra*; vti aſſerit Dominus Rex Philippus Secundus, in quadam Schedula dictæ Regiæ Audientiæ directa, & expedita in Villa de Odon, die decimaſeptima Maij, Anni milleſſimi, quingẽteſſimi, octuageſſimi ſexti. Ad quod propria videtur conſideratio proveniens ex reſolutione Bonifacij Octavi Pontificis Maximi: qui cum ſtatuat Inquiſitores Apoſtolicos in crimine hæreſis contra Epiſcopos inquirere non poſſe, nec procedere contra eos abſque expreſſa Sedis Apoſtolicæ delegatione: & quod de ſuſpectione, vel diffamatione circa hoc, eidem Apoſtolicę Sedi nuntiare teneantur. Nihilominus ad Pontificem certiorandum, teſtium dicta contra Epiſcopos recipere poſſunt, 6; vti expreſſa, & ad propoſitũ ſatis, ſunt verba Epiſcopi Iacobi Simancæ, ſic 7. *Sed quamuis nequeant Inquiſitores contra Epiſcopos inquirere, poterunt tamen dicta teſtium adverſus eos recipere, vt eorum hæreſes Sedi Apoſtolicæ nutient. Nec enim aliter ſcire, aut invenire poſſunt illos crimen hæreſeos commiſiſſe. Adde, quod is etiam, qui iudex non eſt, nihilominus poteſt contra reum teſtimonia accipere, vt eum ad ſuum iudicem cum elogio mittat, cap. Inquiſitores de hæreticis in 6. l. 1. Cod. de exhiben. reis. l. Divus, ff. de cuſtodia reor. l. 3. in princ. ff. de re milit. l. ne quid, ff. de incendio ruina naufrag. Extravag. cum Mathæus, de hæreticis, in fine.* Cum itaq; ſtabilitum exſtet Regias Chancellarias, ſuperioreſque Magiſtratus ſeculares, informationes adverſus Clericos facere poſſe (vt dictum eſt) ad tribuendum ſuis Pręlatis, & iudicibus, correctionem, punitionemque ipſorum commendando: nec minus fieri poſſe videtur, vt ad Regem mittantur, cuius medio, & interventione, ſi caſſus expoſcat, ad Apoſtolicam refe-

6. *In* cap. Inquiſitores 16. de hæreticis in 6. Extravag. cum Mathæus de Ponciaenis, 3. de hæreticis, in Extravag. commun.

7. *Simancas* de Catholicis inſtitutio. tit 25. n. 8. *Meminit* Uillaroel, (acerbê aliquatenus, minuſque iuridicè ferens).

8. *Ex proximè adductis per* Solorz. d. cap. 27. n. 71. in fin. & verſ. *Y aſsi en muchos.*

9. Graffis, Deciſſion. Aurear. caſſ. conſcientiæ, lib. 4. cap. 18. de explicatio. Bullæ Cœnæ Domini, Uerbo: *proceſſando.*

referantur ſedem. 8. Et in vrgentiori ſpecie fatetur Iacobus de Graffis, Eccleſiaſticus, & Caſſinenſis Monachus, his verbis. 9. *Nota tamen, quod capere informationem pro aliquo facto, in quo ſunt Clerici nominati, non eſt proceſſare Clericos, & conſequenter talem capiens informationem, non incidit: quia non eſt proceſſare, ſed capere informationem de toto facto. Nec etiam cenſuram incurrit, qui Epiſcopum, vel alium Clericum ſecretó proceſſaret, animo tamen præſentandi proceſſum, non Regijs officialibus, ſed Summo Pontifici.* Ergo ſi vti dicitur, ſecretò proceſſare poſſūt; facilius ad ſuperiores certiorādos, Magiſtratus ſeculares informationes capere poterunt. Et prædicta comprobant, verba Schedulæ ſapra adductæ 10, vbi Epiſcopo cuidam, turbationem inferenti in quadam Provincia, obedireque Regijs recuſanti præceptis: ita Rex noſter reſcripſit. *Teniendo entendido, que ſinò executais* [ lo que ſe le ordenaba ] *cō toda brevedad, ſe vſarán cō vos de los medios mas riguroſos, y executibos que experimentareis, ſacandoos de eſſa Provincia, y embarcandoos para traeros à Eſpaña, y embiaros á Roma con el proceſſo,* &c. Ad quod [ fortê ] ſtatutitur 11. *Que à los declarados por eſtraños de eſtos Reynos, los embien con los proceſſos al Conſejo.* Quidquid renuat Antonius Diana, dū acerrimé deffendit Regem, Prælatos ſibi inovedientes, coertitione etiā politica punire non poſſe: nec itidem Eiſcopum delinquentem, ad Summum Pontificem poſſe pro animadverſione remitere 12. Veriùs tamen eſſe cōtrarium, cum aliquibus dicere poſſumus

10. *Vt ſupra*, §. 19. ante finem.

11. *Ita* l. 60. tit. 14. lib. 2. recopillat. legum Indiarum.

12. *Diana*, tract. 1. Reſolution. Moral. de immunitate, reſolut. 17. & p. 3. Reſolutio. 27. & p. 5. reſoſutio. 5. tract. 1. vt per Fermoſin. vbi infra proximê

13, &



13, etſi doctus præditus adverſetur Pater (omnes quidem Catholici, addicti admodum, & vti filij humiles, obedientes & obſequentiſſimi Sedi ſumꝰ Apoſtolicæ) qui harum reſpectu rerum, appenſus in ſtatera iuſta, inventus eſt minùs habens. Nec totum negandum, nec concedendum totum. Amicus Plato; ſed magis amica veritas.

13. Ex e. filijs, vel nepotibus 31. 16. q. 7. c. ſi iudex laicus, 12. de ſententia excom. in 6.

§ 26. Si ad operandum cum ipſa facta extitit informatio; credimus, ne dum ad hoc ſolummodo fieri potuiſſe, ſed & inſimul ad omne, vt pauló ante dictum eſt, & inferiús apparebit. Ad quod primum iuſtificare congruum erit, Regium Senatum, ex ſe, hoc in caſſu procedere potuiſſe, antequam iudici Eccleſiaſtico quidquam renuntiaret, remve ad eum refferret [pro vt æque valuit, poſtquam certioravit illum] valuiſſeque, eo non participato, indiſtinctè procedere. Antea potuiſſe, certum eſt, duabus de cauſis. Prima quoniam quaſi evidenter habitū fuit Eccleſiaſticum iudicem commendatam ei ſatisfactionem minimê daturum eſſe, prout evenit: erat enim dictus Clericus B. multis retrò annis [ſatis hoc notorium, publicumque] vinculo adſtrictus amicitiæ, tam ipſi N. Proviſſori, quam & T. Viſsitatori; ſecundaque Archiepiſcopi voluntate apprimè protectus, familiaris, compranſorque quandoque in ipſius menſa, necnon & epiſtolarum correſponſor, quibus illum [dum interiora terræ viſsitaſſet opida] de omni eo, quod in Vrbe agebatur, ac de novitate quaque [ſuo iudicio] relatu digna, indies edocebat, palamque de hoc gloriabatur. Inſuper cum iniucundus adhuc prædictus Clericus inveniretur, occaſſione illarum operationum, quæ tunc temporis [ad Dei gloriam, & in Regis noſtri obſequium, & obedientiam, contra publicam ſcandaloſamque peccandi conſuetudinem] per Senatū exe-

*Defendit contra Dianam*, Fermoſinus, ad cap. 2. de iudicijs. q. 14. num. 13



que-

quebantur, potentiam cum Prælato venditans, publice, minaciterque dixit: *Sinant Archiepiſcopũ venire, & frangorem quem hoc dabit, inſpicient.* Prius etiam comperta fuit huiuſmodi familiaritas, actione quadam eiuſmet Archiepiſcopi; qui cum prædicto Clerico B. diei ſecundi natalitij Domini Salvatoris noſtri, concionem commendaſſet in Metropolitana Eccleſia, quo die præciſſa eſt Regij Senatus aſſiſtentia, mittentibus Auditoribus nuntium Archiepiſcopo, vt pro Regia authoritate (cuius Perſonam maximê tunc temporis repræſentabant) ſubiectum prefatum á contione dignaretur revocare, pro tenuitate, aut potiùs litterarum incapacitate [& morum indecencia] quę ad tantam magnitudinem & ſuggeſtum neceſſariò requirebantur, in cuius vſu & exercitatione, nedum imbutus, verum nec tyrocinium adhuc conſequutus fuerat 1: noluit in hoc convenire, amorem & affectionem erga dictum. B. præponens authoritati Regalis Chancellariæ, Eccleſiaſticique, ac ſecularis Capituli, coram quibus voluit, vt Dei verbum [quod ignorabat] exponeret: & ſi minimé in dubium revocare valuiſſet, quod vltra memoratam inurbanitatem, plebs populuſque ſcandalizare debuerat neceſſariò, inſpiciẽdo tam grave ſuggeſtum diſtentum ab homine, cuius opera non parum verbis adverſa erant prædicandis. Quandoquidem in memoriam nec pauci revocabant [quod ipſe poterat, ſi advertenter debitum officio perſolveret] illud Prophetę Regis 2. *Peccatori autem dixit Deus; quare tu enarras iuſtias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinã, & proieciſti ſermones meos retrorſum. Si videbas furem currebas cum eo, & cũ adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos,* &c. Ad quod

1. *Ad Conſil.* Tridẽt ſeſſ. 5. de reform. c. 2.

2. Pſal. 49.



quod opportunê Divus Bonaventura aſſerit 3. *Tenatiùs inhæret doctrina operum, quam verborum; nam cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur.* Ideo Regiũ Senatum rectè á ſe dimovere potuiſſe videtur Eccleſiaſticorum iudicum requiſitionẽ: nam cum quis adſtrictus eſt ad aliquam præmonitionem faciendam, vel aliud quid operandum, ut damno occurratur aliquo, ſi probabiliter opinatur, minimé diligentiam profuturam, inculpabiliter, & ſecurè eam omittere poteſt 4. Secunda ratio eſt, quód cum delictum prędicti Clerici B. tam grave eſſet, vt nec minimam pateretur dilationem, ſed brevi potiùs auxilio indigeret, & remedio, [præſertim cum parvum valdè á iudice Eccleſiaſtico, vti diximus, ſpectaretur]; neceſſum nequaquam Regio fuit Senatui, illum de eo docere. Et conſequenter, per ſe à principio potuiſſe abſolutê, ſi ad hoc reſoluta Chancellaria foret: vti comprobat Solorzanus, cum alijs, dum ait. 5: *Sed licet tutiùs, ſatiúſque ſit, vt Eccleſiaſticorum expulſio, aliave coertio eo modo, quo díximus, expediatur: adhuc tamem vbi Prælati Eccleſiaſtici hoc facere differunt, vel in ipſiſmet Prælatis morbus conſiſtit, cuius medicina deſideratur, vel facinus ita grave, & inſolens eſt, vt cunctationem non patiatur, & celerem, ac exemplarem animadverſionem requirat, probabiliter, & abſque vllo piaculo, deffendi, & practicari poſſe arbitror, Regibus noſtris, & eorum Vicarijs licere propria manu, & authoritate eos á ſuis Regnis, & Provincijs expellere.* Quid ergo mirum, ſi expulſionẽ huiuſmodi in

3. Bonaventur. in Opuſ. Sex alijs Seraphim. cap. 6.

4. *Ex D. Thoma,* ad quæſt. 33. art. 2. ad 3. Fr. Emanuel Rodriguez, quęſtion. Canon. & Regular. tom. 2. quæſt. 8. art. 2. verſ. quantum ad ſecundum. Iacob. de Graffis, Deciſſ. Aurear. lib. 2. c. 69. n. 3. verſ. *Secunda*

5. Solorz. d. lib. 3. cap. 27. n. 17 & in Polit. lib. 2. cap. fin. verſ. *Pero aunque eſto.* Et verſ. *En tercer lugar.* pag. 740. & 742. Felician. de Uega, in cap. cum non ab homine, de iudicijs, num. 18. procedere per ſe Reges, Senatuſq; Regij in Clericos ſeditioſos, ait: *Quando periculum eſt in mora recurrẽdi ad iudicem Eccleſiaſticũ pro remedio.* Ergo idem, & planiùs cũ deſperatũ eſt remediũ ab Eccleſiaſticis iudicibus, vt in pręſentiarum.

di in Epiſcopos,& Prælatos inobedientes (ſuperioribus alijs inconſultis) quã indies executã vidimus; in Clericos inferiores, nedum inobedientes, ſed & ſeditioſos, famoſoſque deliquentes, iure per eoſdẽ ſeculares iudices, iuſtéque credamus exequendam? Nec tunc iuriſdictio exercetur contentioſa; ſed alia nobiliori origine vtitur; & agnoſcit Doctus quidam Archiepiſcopus 6, ſic: *Benè tamen verum eſt, quod ſi tantum loquamur de iuriſdictione, qua non ſit contentioſa, ſed extraordinaria, & quæ ſolum expectat ad ditionem quamdam æconomicam, & politicam, pro quiete, & tranquilitate Reipublicæ: poterunt Principes ſeculares ſe intromitere adverſus Clericos, ſicuti diximus in cap. quanto 3. ſupra iſto titulo, n. 100. Et ob hanc rationem, ſemper quod Clerici ſeditioſi ſunt, & timetur aliquod damnum, vel detrimentum in Republica, poterunt á Regno expelli,* &c. Scelus ergo in occurrenti grave fuiſſe ſatis cognoſcitur: non ſolum ex verbis terribilibus, quæ adverſus Maieſtatem Regis noſtri, eiuſque Miniſtros temerariè protulit [Revocare in memoriam poſſet, ſi ita, vt vendicat concionator eſſet, illud Petri Apoſtoli: *Regem honorificate*: & conſilium Spiritus Sãcti: 7. *In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris, quia aves cœli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annuntiauit ſententiam*] verum etiam ex reſolutione quam habuit, ſe velle transfugere, & inimicorum hæreticorum manu commitatus, Civitatem igni commendare, apertum faciens. Et inſimul proteſtatus eſt, tentavitque quendam ex Senatoribus vita exuere: ad cuius conſecutionem, Clericum etiã alterum quem prævenerat, ad hoc adiutorem adhibuit: ſtatuens ſacrificium minimè peracturum miſſæ, neque abraſſurum barbam, vſque dum id perficeret. Inſuper

6. D. Felicianus de Uega Mexicanus Archiepiſcopus, vbi ſupra proximè.

7. D. Petrus epiſt. 1. c. 2. Eccleſiaſtes. cap. 10. verſ. 20.



ſuper & pravum detexit animum, dum quorum dã amicorum & fœderatorum ſuorum animos commovere curavit, ſpem conferendo ad hoc in contione de parabola vineæ, cuius aſſumptũ prædicaturũ eſſe in Metropolitana Eccleſia aſſerebat: & proſequens huiuſmodi ſceleſtæ intentionis facturam, cũ quadam die, certò cum Cive (non ex pleibs fæce deſumpto) alloqueretur, qui eum ſuæ abortionis conatus deſiderabat comprimere, dicere auſus eſt, *Calle, que por aver hombres tales como Vmd. en eſte lugar, no ſe ha hecho en el, lo que en Cataluña, y Portugal.* Hoc ergo auxilij feſtinatione indigere, non laborioſè firmabitur; & ſi nec tanto in diſcrimine tunc temporis conſtituti eſſemus huiuſmodi in Inſula, inimicorum minis tã viuaciter inſequuta, quãtum hominum copia, bellicarumque munitionum ſumopere deſtituta, nec minus arctiſsimis Regis noſtri repetitis præceptis, illius commendata (prçventionibus) deffenſione. Igitur devium nequaquam fuiſſet, ſi Regium Senatum, pro ſecuritate publica, 1. eiuſque præciſſa deffenſione, huiuſmodi Clericum B. feſtinatione brevi, iudice ſuo non participato, navi impoſitum expelleret.

§. 27: Quod poſtquam iudici Eccleſiaſtico, ſatiſfactio in ordine ad dictum Clericum, commiſſa fuit, eiuſque nota levitas, & remiſſio in ea elargienda, Regia potuiſſet Chancellaria ſua vti poteſtate, & authoritate, vt periculo, eminetique damno iretur obviam; non difficulter probari poteſt. Et pro nunc dicta ſuperiùs ſufficiant, quodque in ſpeciali hoc refertur á Solarzano, & attingit Regens Seſſe. 1. Quod Eccleſiaſticus iudex, in hoc caſſu, ſimulata proceſſerit omiſſione, ex narratione in huiuſcæ propugnationis exordio propoſita, ſatis prævideri poteſt: quæ quidem veritas ipſa eſt, ſicut etiam iudicem

1. *Ex ſupra*, §. antecedenti, n. 5 & Regens Seſſe in Epiſtola ad Regẽ miſſa (in prin. tom. 2. deciſſionum) n. 87 verſ. *El primero.* Et ſupra, §. 22. verſ. *Et quod in caſſu negligentia.*

cem Eccleſiaſticum, non modo remedium præbere voluiſſe perturbationibus, & immoderationibus Clerici prædicti, verum & illum clarè, apertéque foviſſe, ac tutaſſe, vbi primum devenit ad Civitatē informationes & atteſtationes accipiendo, in illius approbationem: & quod deteriùs eſt, haud teſtes admittens, qui examinati ad hoc [vt conſcij morum ipſius] religione adſtricti iuramenti, rei veritatem deponere voluerunt. *Si quis hominem*, ait Diuus Hieronimus 2, *qui ſanctus non eſt, ſanctum eſſe dixerit, Christū violat, cuius corporis omnes membra ſumus. Si dixerit iniuſtum iuſtum, abominabilis apud Dēū eſt.* Ex tunc in lucem iam aperta fuit [& poſtea cōtinuata] communicatio, patefactaque familiaritas Clerici prædicti cum ſuis iudicibus: quę cum neminem latuit, ipſius probatio ad notorietatem, ex abūdanti, reiecta eſt. Perſuaſſum nobis facere non poſſumus, ſimiles in huiuſmodi delictis ommiſſiones, deſinere iudicibus, & Prælatis in memoriam revocare illam ſummi Eccleſiæ Hierarchæ Innocentij Tertij ſententiam, dum aſſerit 3. *Ad corrigendos igitur ſubditorum exceſſus, tantò diligentiùs debet Prælatus aſſurgere, quantò damnabilius eorum offenſas deſerere incorrectas.* Nec affectata vnquam poterit relevare ignorantia, dum tam publici, graves, & notorij reperiuntur exceſſus. *Multa ſcienda neſciuntur*, ait Divus Bernardus. 4. *aut ſciendi incuria, aut diſcendi deſidia, aut verecundia inquirendi: & quidem huiuſmodi ignorantia, non habet excuſſationem.* Et profectò cum in huius qualitatis caſsibus, duo tantum conſiderationes fierent; ſufficientes quidem eſſent ad præbendum damni s remedium, liberioremque animadverſioni licentiā. Prima eſt publica ſatisfactio, populo preciſſè neceſſaria, vt huiuſmodi exemplo ſalutari, ſeculares conſ-

2. *Refertur* in can. ſi quis 57. & can. 58. 11. q. 3.

3. *Relata* in cap. licet Heli 31. de ſimonia, & cōſonat tex. in c. qualiter, & quando el 1. de acuſatio. & Cōſil. Trident. Seſſ. 14. de reformat. c. 4. in prim. *Multa per Paz*, in prac. tom. 2. p. 4. c. Unico.

4. D. Bern. in Flor. lib. 10. in fine.



conſpiciant adverſus ſuperbos, ſceleratoſque iuſtā fieri domoſtrationem: nam certum quidem eſt, frequētique compertum exemplo ad hos conatus, & irreptiones audere, privilegijs ac exemptionibus innixi ij, qui aliás forſam abſque ſumma obediencia, & ſubiectione, etiam loquendi animum minimè haberent; iuxta id quod ad intentum convenięs Leo Pontifex expendit, & ponderat in quadā Conſtitutione incipiente, *Regimini vniuerſalis Eccleſiæ*, facta in Lateranenſi Concilio, in qua aſſerit. *Sanè nuper ad noſtrum relatio fidedigna pervenit auditū, quod Canonici Patriarcharum, Metropolitanorum, & Cathedralium Collegiatarum Eccleſiarum, & alij Clerici ſeculares plura præſumunt, quæ ipſis infamiā non parvam pariunt, ac alijs inferunt læſionē prætextu exemptionis ordinariorum, correctiones & ordinationes ſubterfugiunt, ac eorum forum, ſiue iudicium declinant. Non nulli etiam impunitatem ſuorum exceſſuum per privilegium exemptionis obtinere ſperantes, exceſſus ipſos committere non verentur quos niſi per exemptionem, qua gaudent, crederent ſe deffendi, nullatenus fuiſſent commiſuri. Hinc itaque accidit, vt propter eorum audatiam, qui prætextu priuilegij exemptionis impunitatem exceſſuum obtinere confidentes, non nulla multoties committant enormia, per quæ plurimum diffamatur Eccleſia, & ſcandala gravia geruntur, potiſſimè autem cum talia per eos (ad quos horum ſpectant) illa punire negligūt. Nos volentes ne eo prætextu delicta impunita.* &c. Exemptionis privilegium ad ſuarum tutamen perſonarū appetunt, & acriter Eccleſiaſtici defēdunt. Iuſtè quidem, ſi & ipſorū aliquis Reipublicæ everſionem minimé procuraſſet, & patriæ non optaſſet interitum. Aliàs, quare non indignus privilegij beneficio, qui & aliud non minùs naturale, ſanctumq́ be-

beneficium iniuſtè,ſcelerate que intendit auferre? Equum enim & iuſtitiæ congruentiſſimum eſt, vt qu od quiſque in alium agit, id ipſum in ſe experiatur 4. Meretur ſiquidem exui privilegio, qui eodẽ ab vtitur 5. & ad ſimiles reducendos, efficaciſſimũ remedium animadverſio, ac punitio eſt; vt intra limites debitæ venerationis ſtatus [quo temerariæ ab vtuntur] contineantur. Nam vt dicebat Philo 6. *Non raro caſtigatos peccatores, reduxit ad mores ſobrios animadverſio, aut certé obſiſtit quominus pergant in ſuis ſceleribus: nam aliorum pœnæ emmendãt alios, veritos ne in ſimiles incidant.*

Secunda, & principalior conſideratio eſt, propria cõſcientia, & præciſſæ Superioris obligationes: nam [Divo Auguſtino teſtante] graviſſime offendunt, iniuriamque inferunt ſenſibilem admodum, cum ſcelera, delictaque ſubditorum non puniunt 7. Et proſequitur non levibus acerbitatis, & ſeveritatis verbis, ſic. *Epiſcopus itaque, qui taliũ crimina nõ corrigit, magis dicendus eſt, canis impudicus, quam Epiſcopus:* poſtmodumque non minoribus Summus Pontifex Innocentius 8. *Error, cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas cum minime deffenſatur, opprimitur: negligere quippe cum poßis deturbare perverſos, nihil aliud eſt quam fouere; nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare.* Vnde Seneca dixit 9. *Qui non vetat peccare cum poßit, iubet.*

§. 28. Quod in omni tempore poſsit indiſtinctè Regia Audientia, ſua innixa poteſtate, facultate &

4. Ad l. 1. & tit. ff. quod quiſque iuris in aliũ ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur.
5. Can. privilegium, 63. 11. q. 3. *cõſonat*, l. qui ſine, 38. in fine, verſ. licẽtia, ff. de negocijs geſtis, *cum alijs*
6. Philo lib. de Legatione ad Cayum, fol. mihi, 622. Extravag. vnic. in princ. de pœnis.
7. Can. in vitijs, 2. 30. quæſt. 1. Can. nemo, diſtinct. 83. Can non putes 23. quæſt. 5. Can. non omnis. Can. non oſculator 5. quæſt. 5. *Proſequitur Chokier*. tom. 2. de iuriſdictio. p. 1. §. 3. Schol. 42. 43. & 44.
8. Can. qui poteſt 23. q. 3. Can. cõſentire 83. diſtinct. *Dixi in trac.* De ſui deffenſione, lib. 5. quæſt. 1. n. 16. & 17. Extravag. vnica, §. quia igitur, tit. ne ſede vacante aliq. innovetur.
9. Seneca in Troad. & conducunt l. omne delictum, §. fin. ff. de re milit. l. qui non facit, ff. de regulis iur. l. 1, §. occiſorum, ff. ad Syllanian.



& authoritate, Clericum prædictum ſeditioſum exterminare [& in præſentiarum minori dubitatione, pro modo ponderatis circũſtantijs] ſupra ſatis probatum eſt 1. & minus vrgenti in caſſu, aſſerunt hoc Panormitanus, Felicianus, & alij 2. Deffendit etiã copioſé ſatis, Solorzanus, varia iuriũ, rationum, Doctorum, & Regiarum Schedularum authoritate: ad quem lectorem remittimus, ne tranſcribere, aut inordinatè rem proponere videamur, quam docte quidem, & conſequenter ſcriptam reliquit. Et ipſius Doctrinam Regio approbatam authoramento eſſe, hic expręſſim teſtamur (mediante Schedula Regia, expedita die vigeſsima quinta Novembris, Anni 1647. in cuius deciſsione maturê, ſtatus & Indiarum participatis Conſilijs, diſpoſitum fuit, opera prædicti Authoris permitti; non obſtante Apoſtolicæ Sedis prohibitivo decreto, à Sacra Cardinalium congregatione obtento; quia ab eo ſupplicatio ex parte Fiſci Regij interpoſita fuit: ideo recolligi, & ne eo vteretur, iuſſum eſt) ad faciendũ ſatis opinioni, quam Archiepiſcopum habere dicitur, credentem, doctrinam grauiſsimi, doctique huius magni viri, nec ſecuram, nec admittendam, dum Eccleſiaſticæ oppinitur iuriſdictioni: niſi eam forſam abſolutam, & indepẽdentem á quacumque alia ſibi habere vellit, Prælatus iſte.

Maiori ſecuritate, potiorique ratione dicta procedunt in Indijs, in quibus Rex noſter, Locumque eius tenẽtes in Gubernatione, Regiæque illius Chãcellariç, quaſi delegatì ſunt Pontificis Supremi Romanæ Eccleſiæ, cuius authoritate, & ſuperius dicta mandare liquet. Ideô Pater Emanuel Rodriguez, ſic aſſerit 3. *Et hinc eſt, quod ſi aliquis Eccleſiaſticus in his partibus non exemplariter viuat, ſtatim evocatur a Rege in Hiſpaniam.* Et antea: *Et hoc nõ*

ali-

1. Supra in §. 22.
2. Abbas Panormit. in c. 1. col. fin. verſ. itẽ poteſt, in fin. de electio. Felin. in c. 2. de pręſcriptio. v. 10. vt per Baiardum ad Clarũ, q. 36. n. 6. & 7. *Pro multis Solorz*. de iure Indiar. vbi ſupra, & Polit. lib. 4. cap. fin.
3. Rodriguez tom. 1. Canonicar. & regular. q. 35. art. 2.

*aliter probatur, niſi quia facit authoritate Papæ.* Conducit etiam alius 4 dum aſſerit: *Quod Romani Pontifices quoad Indias occidẽtales, & earum cauſas, fecerunt Reges Caſtellæ, & Legionis ſuos Legatos, & cõmiſſarios cũ plenaria poteſtate adminiſtrandi, & diſponendi in illis Regnis non ſolum temporalia; verũ etiam ſpiritualia.* Vnde ex Bullis ab Alexandro Sexto Pontifice Maximo, & alijs, Regibus noſtris conceſsis, abſque ſcrupulo aliquo in Eccleſiaſticos animadvertere poſſe, eos que ab hijs Colonijs, novisque Catholicorum congregationibus expelere, ſi impediant, ſeducant, inobedientesve ſint, & pacem turbet publicam: cum tunc Reges, eorumque Uicarij, non tam ſecularem ſuam, quam Summi Pontificis Eccleſiaſticam exercere iuriſdictionem videatur, aſſerunt non nulli 5. Potuiſſeque Regibus noſtris huiuſmodi iudicandi munus in Eccleſiaſticos committere Romani Pontifices, fatetur 6. Et ſimiliter nedum Eccleſiaſticarum perſonarum cauſas, verum & ſpiriturles Pontificem committere, & delegare, Magiſtratibus, iudicibuſque ſecularibus poſſe, non negatur 7. Hinc, vt ſupra tetigimus, iudices ſeculares non tam abſolute *incapaces* iuriſdictionem exercendi in Clericos, ſiue Eccleſiaſticos cenſendi (cũ & circa ſpiritualia etiam, exercendi capaces ſint) quam incompetentes, ſeu non iudices habendi. Olim enim Clerici in civilibus,

cti-

4. *Frater Miranda* in direct. manual. prælator. p. 1. q. 42. art. 3. & art. 6. in princ. cum alijs Solorz. de Indiar. gubern. lib. 3. cap. 2. n. 40. & 41. & in cap. 27. n. 58. & 59.

5. *Fr. Seraphinus* Freitas de iuſto imperio Luſitano Aſiatico, cap. 7. n. 3. cum multis. Solorz. d. cap. 2. n. 40. 41. & 42. & cap. 27. n. 58. & 59.

6. *Ex Rebell.* de obligat. iuſtit. par. 2. lib. 18. q. 23. á n. 6. Bellarm. in lib. 5. de Roman. Pontif. cap. 2. ad fin. Cabedo, deciſ. 47. p. 2. & ex alijs refert Freitas vbi ſupra prox. c. 7. n. 3. verſ. potuere. Camil. Borrell. de Regis Cathol. preſtan. c. 59.

7. *Vt ſupra diximus* ad §. 20. c. decernimus. 2. de iudicijs, vbi gloſſa ex iuribus á ſe adductis, verbo. non præſumant, cum alijs Solorz. d. lib. 3. cap. 2. n. 44. & cap. 27. n. 60. Bobadilla, Polit. lib. 2. cap. 18. n. 42. & ſequent. Marla, empor. iuris. par. 1. tit. 2. de iuriſdictio. n. 162. Paz, in prac, tom. 2 prelud. 2, ex n. 2, Covar. in c. Alma mater, §. 1 n. 3.



criminalibuſque cauſis, iudicum ſecularium iuriſdictioni ſubiecti erant 8. Primum creditur Conſtantinũ Imperatorem, illis exẽptionis privilegium contuliſſe: & dubitatum adhuc, an potuerit 9. Iuſtinianus Imperator ad inſtantiam Conſtantinopolitani Antiſtitis, ſpeciali quadam conſtitutione, Clericos à ſecularium iudicum iuriſdictione in civilibus cauſis, exemit 10. Nihil Imperatore innovante in criminalibus. Tametſi poſtea Eccleſia, in Remenſi Concilio, ſub Eugenio Secundo Pontifice Maximo, ad annũ 824. pijs peculiaribusque conſiderationibus, in totum Eccleſiaſticos a ſecularium exemerit iuriſdictione. Quod alijs deinde decretis confirmatum fuit, & à Concilio Pariſienſi ſub Lucio Tertio, ad annum 1283. 11. Itaque repetita adeo diſputatio illa, an Eccleſiaſticorum exemptio à iure procedat divino; an verò a poſitiuo humano iure [quam nõ ad longũ proſequimur, paginas ſupervacanea Doctorum aglomeratione excuſſare cupientes] cum nec ab vno, nec ab altero iure, abſolute præfatam exemptionem provenire credamus. Media tamẽ ſequẽtes ſentẽtiã, dicimus: quo ad res ſpirituales, Sacramentales, ſacrasq̃ fidei, & Catholicæ religionis miniſterium tangentes; ius divinum ab omni ſeculari authoritate, & iuriſdictione Eccleſiaſticos exẽptos feciſſe. Quo ad res verò & cauſas prophanas, temporalesque, tam civiles, quam criminales, Clericos, ſiue Eccleſiaſticos omnes ab humano poſitivo iure exemptionem habere, partim civili, partim etiam Canonico

8. *Vt ex Alciato*, ad Rub. Cod. de ſacros. Eccleſ. & ad l. iubemus eiuſdẽ tit. tenet Paz in prac. tom. 2. prælud. 2. n. 5. & ex legibus alijs adductis, in tit. de Epiſc. & Clericis, & tit. Cod. de ſacros. Eccleſ. Morla, d. p. 1. tit. 2. quæſt. 12. n. 3.

9. *Vti ex Baron.* & Suarez, in defenſ. fidei. lib. 4. cap. 12. n. 2. cum alijs refert Salcedo, de lege politica, lib. 1. cap. 13. n. 78.

10. *Ex Nouell.* 83. tit. vt Clerici, apud, Coll. 5. Morla, vbi ſupra proximẽ

11 *Ex* cap. decernimus, 2. cap. Clerici. 8. de iudicijs, cap. nullus iudicũ 2. de foro compet.

nico, ſuademur 12. Sanctiſſimo Domino Sūmo Pontifice noſtro, Catholicæ vniverſalis Eccleſiæ Romanæ Præſule Maximo dempto: qui cum iure omni divino, & humano, á temporali quacumque poteſtate, & Eccleſiaſtica etiam omni prorſus exemptus ſit; á nemine in terris iudicari poteſt 13. Exemptio igitur Clericorū [maximè de qua in præſentiarū] cum à iure proveniat humano poſitivo; non tam acri abſoluta negatione, incapacitatem ſecularium iudicum inducit: quādoquidem non generaliter in omnibus caſſibus ſecularis poteſtas extirpata fuit, reſpectu Eccleſiaſticorum; cum in multis à Doctoribus relatis, tam civilibus, quam criminalibus (ita ipſi) facultas, poteſtasq̄, remanſerit cognoſcendi 14: facilèque ſit, rem ad ſui reverti

na-

12. *Videndus cum multis, quos ad hoc refert*, Carleval. diſp. iuris, lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 6. ſectio. 1. ex n. 395. ad n. 402. Salcedo de lege Politica, lib. 1. c. 3 ex n. 1. & n. 7. cū ſequent. & n. 18. *Ex communi Doctorum Sententia*, vt per Morla, d. tit. q. 12. ex n. 3. Covarr. practicar. quæſtion, cap. 31. ex n. 2. Humada, ad l. 54. tit. 6. p. 1. gloſſa 2. n. 13. *ſequitur Cenedo* in Collectan. ad Decretum 37. n. 1. Uillalob. in Sum. p. 1. tract. 1. diſ. 4. n. 5. Suelves, Conſ. 19. n. 14. Centur. 1. *Nec illud Pſalmiſt.* 104. Nolite tangere chriſtos meos, *præciſsè de Clericis intelligendum, ſed & de Regibus, qui ratione vnctionis* Chriſti *vocabātur, vt ex varijs ſacræ ſcripturæ locis apparet*, vt ſupra, §. 19. ſicq Can. ſi quis 19. 22. q. 5. *Regem*, Chriſtum Domini *appellat.*

13. *Ad can.* nemo 13. can. aliorum. 14. cum can. ſequentibus, 9. q. 3. can. ſi Papa 6. ibi: *Huius culpas iſtic redarguere præſumit mortaliū nullus; quia cunctos ipſe iudicaturus, à nemine eſt iudicandus: niſi deprehendatur á fide divius.* diſt. 40. *De qua exemptione* Molina de iuſtitia, tom. 1. trac. 2. diſp. 31. §. quarta concluſio, Uictoria, Cayetanus, *& alij adducti per Carleval.* d. diſp. 2. quæſt. 6. ſectio. 1. n. 400.

14. *Vt ex cap.* cū non ab homine, de iudicijs, cap. 1. de homicidio in 6. *recenſent Doctores cū gloſſa*, in c. Principes ſeculi, 23. q. 5. & l. 59. tit. 6 p. 1. *Quos, & alios multos refert* Carlev. d. diſp. 2. q. 6. ſect. 1. n. 404. *Quatuordecim caſſus enumerat in criminalibus, criminaliter intētatos; & multos alios caſſus criminales ciuiliter intentatos, Caſſaneus*, ad Cōſuetudines Burgundiæ, rubrica 1. §. 5. n. 47. cum ſequent. Traddit Baiardus, ad Clarum, quæſt. 36. n. 4. Caravit. in ritu 235. ex Ruin. Cenedo, & Bobadilla vbi ſupra, cum Tiberio Deciano, aliquos referunt caſſus Chokier. de iuriſdictio. ordin. in exemp. p. 4 quæſt. 85. n. 2. 3. & 4. *Centum & triginta, ex eodem Bobadilla, remiſiuè adfert* Fermoſin. ad cap. qualiter 17. de iudicijs, quęſt. 7. num. 2.



naturam 15, & privilegium cum incipit eſſe nocibum, non obſervandum 16 Qua ergo ratione is qui [forté] exemptionis privilegio munitus, in Principem, Rempublicamve delinquit [quibus naturalium parentum ad inſtar, omni iure, & natura ipſa dictante, honorem præſtare, & obedire tenetur] delicti pœnam evitare poterit, periculo preſertim inſtāte, & Superioris in puniendo nigligentia interveniente? Ideô puniri, legumque pœnis Clericū coerceri poſſe â ſeculari iudice, abſque iniuria Eccleſiaſticę immunitatis, cōveniunt plurimi 17. Fateamur exemptionē [pro nunc] à iure divino. Deffenſio à quo iure procedit? Non enim extenditur immunitas, vt obligationi â iure provenienti naturali præiudicet 18; ſiquidem tunc, & quotiens Eccleſiaſticus Principi poteſtatem denegat, ei nec obtemperat, pacem turbat, vel damnum iniuriamve Reipublicæ infert, vltra mortale peccatum, quod committit 19: Princeps ipſe, tam propter excellentiam ſuæ dignitatis, & officij, quam ex naturali principio, & neceſſitate propulſandi iniuriā, ſuam deffendendo authoritatem, ac iuriſdictionem, [a divino etiam promanātem principio] in Eccleſiaſticos competentibus pœnis, in executionem naturalis deffenſionis, & intra politicæ iuriſdictionis terminos, ad exterminationem, ablationemque temporali-

tatum

15. *Ad* l. ſi vnus 27. §. pactus, 2. in fin. ff. de pact. s, gloſ. 1. in Authen. quas actiones. C. de Sacroſ. Eccleſ. & ex l. qui res, §. aream, ff. de ſolution. Suelves, Conſ. 47. n. 19. Semicent. 2.

16. *Vt per* l. ex facto, de vulgari, c. ſuggeſtum, de decimis. l. 5. tit. 20. par. 1. cum alijs tenet Larrea, allegat. Fiſ. 64. n. 34.

17. *Ex can.* Princeps 2. q. 5. cap. filijs 16. q. 7. cū alijs iuribus, & Doctoribus, Salcedo, de lege polit lib. 1. c. 4. n. 21. *ex ratione* (ad hoc) *ab ipſo adducta*, d. lib. 1. c. 13. n. 82. & ſequent.

18. *Vt per Fragoſ.* de regimine Reip. Chriſtianę, p. 1. lib. 2. diſp. 4. §. 3 Salcedo, de leg. polit. lib. 4. c. 7. §. 1. n. 204. in fin.

19. *Ex D. Thom.* 2. 2. q. 186. art. 9. ad 3. Covarr. in c. Alma mater. 1. p. §. 7. n. 6. Sanchez, in Decalog. lib. 1. cap. 5. n. 8. *cum alijs per Salced.* d. lib. 1. cap. 10. n. 17. & 20.

tatũ procedere poteſt. 20. Si particularis quilibet in ſui tutamen, iniuſtũ invaſſorẽ, quacũq exemptione, aut dignitate præditum, impunè occidere poteſt, & prævenire quidem 21: erit ne Princeps, erit ne Reſpublica ad ſui præciſſam deffenſionem, peioris conditionis, alio quolibet hominum individuo? Nec tamen negamus, hoc iuridicè, contentioſa, & ordinaria mediante ſeculari iuriſdictione, [regulariter] eam exercendo fieri non poſſe. Verum politica, œconomicaque poteſtate, quam Rex noſter habet in ſuis Regnis, & vaſſallis cuiuſcumque cõditionis, ſeu dignitatis exiſtant, poſſe eos pro pace, tuitione Reipublicæ, & ſubditorum deffenſione, expellere, exterminareque (Mulcta etiam, & pœnis pecuniarijs Eccleſiaſtici inobedientes, iuriſdictionem turbantes, vel coram laico iudice delinquentes, ab ipſo puniuntur 22) credimus 23. Quemadmodum paterfamilias domo iure expellit filium Clericum, dum ei non obtemperat, familiã ve intervertit ſuam, abſque eo quod cenſuram aliquam incurrat. 24. Cum hoc ſalubre ſit remedium, ad illum cohibendum, qui ſuæ dignitatis ſpreta obligatione, vitam, moresque perperam exercet: *vt quos ad vitæ decora* (dicebant Imperatores Valentinianus, & Valens 25.) *domeſticæ laudis exempla non provocant, ſaltem correctionis medicina compellat.*

§. 29. Suppoſito ergo, quod Regalibus Chãcellarijs, Superioribuſque Magiſtratibus, exterminare licet, (vt dictum eſt) atque à Regno

no

20. Abb. in cap. ſi diligenti, de foro cõpet. n. 32. verſ. Et hoc. *Quem explicat, & cum alijs comprobat* Salced. de lege polit. lib. 1. cap. 10. n. 20. 21. 26. 27. cum ſequen. & n. 35. 63. 67. & 70.

21. *Diximus, integro tract.* de ſui deffẽſione, maxime lib. 2. quæſt. 1. ex n. 5. & lib. 3. quæſt. 2. n. 6. 7. & 8.

22. *Ex multis, Larrea*, allegat, Fiſcal. 64. n. 11. Salgado de Regia protectione p. 1. cap. 14. n. 90. & 91. cum ſequent.

23. *Vt per Iacobum de Graffis*, deciſ. aurear. lib. 2. cap. 69. n. 17. cum multis Salced. d. c. 7. §. 1. n. 203. 204. & ſequent. & cap. 10. n. 67. & ſequẽt. Solorz. de iure Indiar. lib. 3. c. 27. num. 50.

24. *Per* l. ſi filius 3. cum l. ſequent. C. de patr. poteſt. c. licet Heli 31. de Simon. can. reſerãte, 24. q. 3. *Tradunt Carol.* de Graſal. lib. 2. Regal. Franc. verſ. 16. Bobadilla, d. cap. 18. n. 62 Azebedo, ad l. 4. tit. 1. lib 4. recopillat. n. 12.

25. *In* l. vnica, Cod. de emendat. propinquor.



no Eccleſiaſticos arcere, informationes quoque recipere ad expulſionis actionem iuſtificandam: an ad expulſionẽ exequendam illos capere poſſint? Poſſe non dubitamus, dummodo ſine iniuria, aut ſuarum perſonarum læſſione appræhendatur: cum abſque medio hoc præciſſo, ad executionem deveniri non poſſit, fruſtraretur que alias reſolutio, & in vtilis redderetur potentia, quæ ad actum reduci non valeret. Vulgare enim philoſophicum, & iuridicum eſt axioma; cui conceditur finis, conceditur etiam medium ad illum conducens; & cui conſequens, etiam antecedens neceſſarium (& ſi hoc maior eſſet conceſſo) quo dumtaxat efficax fit illatio: & cui iuriſdictio committitur, omnia conceduntur ſine quibus ipſa, vel nulla exerceri poteſt 1. Præterea quotiens captura ad finem licitum, permiſſum que conſequendum dirigitur; nullus eam impugnavit vnquã, nec impugnari valet. Quemadmodum recepta & admiſſa eſt captura, ſiue Eccleſiaſticæ perſonæ apprehenſio, cum á iudice ſeculari fit, dum in crimine, fragranti ve delicto Clericus, ſiue Religioſus reperitur: quod iure procedit, vt ſuo remittat iudici, abſque metu excommunicationis, ex communi Doctorum ſententia 2. Et dum diſponitur remiſſio, ſeu traditio, in cuſtodiam dari poteſt, ne fugam meditetur 3. Ergo ſi remitti poteſt, cuſtodirique poterit, & capi: aliàs prædicta exequi nõ poſſent. Scimus etiam iure no-



ſtro

1. *Ex not.* in l. 2. ff. de iuriſdictio. cap. præterea, de offic. delegat. l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procurator. l. 2. §. inſpectio. ff. quemad. teſtam. aper. Segur. in direct. iur. 2. p. c. 16. n. 2. vt per Solorz. Polit. d. cap. fin. pag. 745. in princ. Salgad. de Regia protect. p. 1. c. 2. n. 290. & de retentio. Bullar. p. cap. 16. n. 46. & ſequent. Riccius, collect. Deciſ. p. 7. collect. 2523. ad explicatio. d. l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. *Optimé* Fr. Seraphinus, á Freitas, de iuſto imper. Luſitano Aſſiatico, cap. 6. n. 73. ad medium, & n. 74. *cum alijs ab eo adductis. Finem enim inſpiciẽdum, ad quem negotium tendit, ex Tiraquello* de Retr. §. 1. gloſ. 7. *Et ex Philoſopho probat.* Bal. Conſ. 272. *Traddit* Franciſcus de Petris, Feſtiuarum lection. lib. 2. cap. 6. num. 1.

2. *Ex* c. vt famæ, in fin. de ſentẽt. excõmunic. *gloſ. & Doctores* in c. cũ nõ ab homine, de iudicijs, *cũ alijs* Carlev. Diſp. iur. lib. 1. tit. 1. Diſp. 2. q. 3. n. 158 Bernardus Laurẽtius in tract. *Iudex ſecularis, in quibus poteſt imponere manus in perſona Clericorum ſine metu excõmunicationis*, tom. 11. tract. par. 1. *vt per* d. Carleval. num. 404.

3. *Vt per Bobadilla, alios allegãs*, d. c. 18. Solorz. Polit. d. c. fin. verſ. *cõ lo qual.*

ſtro, & conſentanea Doctorum opinione; ſeculares iudices poſſe Clericos cum armis pernoctantes cõprehendere, & abſque vllo ſcrupulo [ex communi & veriori in praxi recepta ſententia] armis ſpoliatos, ad Epiſcopum, ſeu iudices ſuos Eccleſiaſticos, captos eos deducere 4: nam captio, ſiue Clerici comprehenſio, antecedens adeò neceſſariũ eſt, vt abſque eo remiſionis & traditionis finem exequi, ſemper fere ſit impoſſibile. Itaque cum Clerici ſeditioſi exterminatio permiſſa ſit (vt nuper, ſatiſque ſupra probatum manet) apprehenſio, quæ dirigitur, & neceſſariò conducitur ad licitam huius finis executionem; neceſſariò etiam, & inexcuſabiliter permiſſa debet eſſe. Sic verba cuiuſdam Regiæ Schedulæ [Gubernatori cuidam commiſſæ, vt eam exequeretur, in perſonam certi Epiſcopi] Matriti expeditæ, die 6. Aprilis, Anni 1653. denotare videntur, dum ſic ſe habent: *Y ſi vieredes, que no lo executa promptamente, le embarcareis preciſſamente para Eſpaña, valiendoos para ello en caſo neceſſario,&c. del favor, y ayuda de que neceſſitaredes, para executar, y embarcar á Eſpaña la perſona del dicho N. Lo qual ſe ha de cumplir aſſi preciſſa, e indiſpenſablemente.* Similiter etiam cum Eccleſiaſticus à Regno expellitur, ſic perſona cum cauſa remittẽda videtur, vti expreſſe Indiarum lex ſtatuit, ibi 5: *Que quando las Audiencias declararen á alguno por eſtrangero deſtos Reynos, le embien con el proceſſo al Conſejo*; aliàs ſi expellendus parere nollit, remitti nullatenus poſſet. Et in occurrenti iudiuiduo caſſu (de quo in præſentiarum) capturæ iuſſio, ſiue decretum ad Clericum in uavi imponendum, Regique remittendum noſtro, vna cũ informatione, vt iudici illuc competenti, Regia interventione tradderetur; iuſtum adeò, & preciſſe neceſſarium,

cx

4. *Ad* l. 9. tit. 3. l.b. 1. recopil l. 15. tit. 3. lib. 1. Ordinam. Covarr. practic. quæſt. 33. n. 7. & Uariar. lib. 2. cap. 20. n. 18. verſ. Trigeſſimo ſexto, *cum multis* Carleval, lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 3. n. 158. *cum alijs* Fermoſin, ad cap. cum non ab homine 10. de iudicijs, quæſt. 9. per totam, maximè, n. 11. & 12.

5. *In* l. 60. tit. 14. lib. 2. Indiar,



ex prædictis credimus: non obſtantibus Bullæ verbis, *Proceſſando, Banniendo, Capiendo*, quia hęc intelliguntur, & interprætantur iuxta iuris diſpoſitiones, quemadmodum interpretari debet reſcripta, Apoſtolicæque Conſtitutiones, & ſi indé improprientur verba 6. Ultra quod nova lex, ab antiquis venit declaranda 7. Itaque *Bannire*, proſcribere eſt, in exiliumque damnare 8, quod ſententiam ſupponere videtur, abſque qua, iuridicè loquendo, exilium ſubſiſtere nequit; ſententiaque cauſæ cognitionem deſiderat, quia ea nec præcedente, ſententia proferri non poteſt. Cauſa verò, ſeu proceſſus, cum omnibus circunſtantijs ad ſui validitatem neceſſarijs, fieri debet: conteſtatio item ad eſſe cõvenit, & concluſio, parte citata, & interrogata, viſſis, auditiſque ſuis deffenſionibus. Hoc eſt, ſignificat, & denotat *proceſſare*, verbum. 9. Et in executione prædictorum verborum *Proceſſando*, *Banniendo*, accipi debet ſequens verbũ *capiendo*. Quare, Clericum forma ſuperiùs dicta, & relata expellere; non erit illum proſcribere, ſeu *bannire*: neque eum ad exequendam expulſionem apprehendere, erìt executioni mandare *Bannum* Bullæ, prohibitum: nec informationes capere, erit *proceſſare*, vti teſtatur Graffis prædictus. Unde licitum, vt ſuperiùs latiùs: maximè cum nulla reperiatur iuris Canonici expreſſa diſpoſitio, huiuſmodi auferens facultatem; quinimo apertè permiſſum invenitur, vt retullimus, & aſſerit Bobadilla 10. contra exemptos, inquietos, & ſeditioſos, adverſus quos ad animadverſionem regulariter procedi nõ poteſt, clandeſtinè recipi informationes poſſe, & Regi noſtro mitti.

§. 30. Iuſtificatio itaq̃ cũ præſenti in caſſu firmata ſatis, ſuficienterq̃ videatur; infertur conſequenter

6. *Ex cap.* cauſã. 18. de reſcrip. l. ſi quando, 35. C. de inofficioſ. teſtam. cap. ſuper eo, de offic. delegat. Roman. Cõſ. 334. Antiquis declararĩ debet.

7. *Vt per.* l ſciẽdũ, ff. qui ſatis dar. cogan. auth. offeratur, C. de litis cõteſtat. *cum alijs*. Suelves, Conſ. 24. n. 6. Centur. 1.

8. *Meminit* Iul. Clar. in prac. q. 71. n. 5. & 12. Calepin. Paſerat, verbo, *Bannum*.

9. Soloz. vbi ſupra, d. cap. 27. in fin. Iacob. de Graffis, lib. 4, deciſſion. aurear. caſſ. conſcientię, cap. 18. de explication. Bullæ Cœnæ Dñi, verbo, *Proceſſãdo*

10. Bobadilla, Polit. lib. 2. cap. 13. num. 46.



ma-

materiam ſub qua legitimè cenſura Bullę in Cœna Dñi, ipſiuſve declaratio cadere poſſet, nullatenus extitiſſe. Et indè procedit, ex denuntiatione facta in præfatum Senatorem, eum incurſũ declarando, & in cenſuram Bullæ Cœnę incidiſſe pronuntiando; vltra inſanabilem nullitatem, notoriã que iniuſtitiam, quam in ſe continet, alia etiam ipſi non levis præiudicij gravamina [quæ quidem in reliquo cauſæ continentur] irrogata, ſatis volũtarie fuiſſe. Ad quod expenditur, & pro conſtanti adſeveratur in iure: excommunicationem, niſi mortale intervenerit peccatum, imponi non debere, nec regulariter poſſe; & non vtcumque mortale, ſed mortale grave, vti tenent communiter Summiſtæ 1. Igitur non interveniente (provt in caſſu pręſenti minimè intervenit, ex dictis) mortali peccato, locum non habuiſſe excommunicationem, minuſque declarationem prædictam fieri potuiſſe, conſequens ſatis videtur. Quod in eo mortale non intervenerit pecatum, probatur; tum quia certa, & tuta relata ſupra opinio; tum etiam, quia & ſi non adeò ſecura eſſet, quemadmodum contraria; ſufficiebat probabilem exiſtere ad ſecurè in conſcientia procedendum, & ad relevandum à peccato, iuxta cõmune Doctorum, & Summiſtarum 2. Quam opinionem, & ſi abſolutè ſecuram, tutam, certamque non dicamus; probabilem ad minus eſſe, negari non poteſt: cum ex tot, tantorumque virorum, ac graviſſimorum Doctorum ſententijs illam amplectentium, appareat; vſſu, & communi omnium Provinciarum praxi receptam. Ultra quod æquali data, circa hoc Theologorum, & iuriſtarum opinionum contrarietate, cum ſit iuris poſitivi materia (vti illa exemptionis Clericorum in civilibus, & criminalibus cauſis, ex ſuperius tradditis 3) Iuriſ-

1. Can. Nemo, & can. nullus, 11. q. 3 vbi gloſ. Uillalobos, tract. 16. differ. 9. n. 1. 5. & 8. *Dixi* in tract. de ſui deffẽſione, lib. 3. q. 2. n. 24. & 25. Iacob. de Graffis, deciſ. aurear. lib. 4. cap. 7. Pro quibus cauſis excommun. n. 1. 11. & cap. 8. n. 5. verſ. *Rurſum*, Andreas Uallenſi, in paratil. ad Decretal. lib. 5. tit. 39. §. 2. n. 2. ad finem. Fermoſin. in cap. 1. de iudicijs, q. 24. in fine.

2. Sanchez, ſelectar. c. 44. n. 61. Navarr. in manual. c. 27. n. 228. *alios tradit Solorz.* de iure Indiar. lib. 3. c. 1. n. 62. *& cum multis* Machado, eñ ſu perfecto cõfeſſor, tom. 1. in diſcurſu practico, art. 3. n. 2. *Et expreſſe* idẽ Solorz. in Polit. lib. 4. c. 1. in fine.

3. *Supra*, §. 20. & §. 28.



riſperitorum opinio, anteponi debet Theologorũ opinioni 4; etiam ſi hijs & alijs Doctoribus iuriſtis non eſſet [provt exiſtit] comprobata. Amplectitur eam Religioſiſſimus, & doctrina inſignis Pater Emanuel Rodriguez, cuius authoritati accedit Villalobos aſſerens 5: quod in puncto iuris, tanta huic Doctori fides adhibenda, veluti peritiſsimo Iuriſtæ. Hinc, cum prædictus Auditor, ſiue Senator exploratum ſatis haberet, minimè adverſus Eccleſiæ obedientiam in relatis, lætaliter peccaviſſe, tutumque eſſe in cõſcientia, & procul quo ad Deũ, ab excommunicationis incurſu, inſuperque longè ab Eccleſiæ ſuffragiorum privatione 6: Nihilominus meritum propagare exoptans, memoratæ ſententię [licet iniuſtę] obediendo 7, eo ſe exemplo geſsit, ac ſi re vera incurſus eſſet; licet aliàs contrarium iure agere potuiſſet, ex dictis, & dicẽdis infra. Et quando ſecura ſatis, tutaq̃ propoſita opinio non haberetur [provt habetur, & eſt] & remaneret in terminis alicuius dubitationis, vel lęvis culpæ ſcrupuli: iudex Eccleſiaſticus cõſiderare deberet, quot, quantumque a ſacris Canonibus, ſanctis etiam Doctoribus ponderatur, excommunicationem grave reputari onus, Principẽ, & pœnarum omnium maximam eſſe pœnam. 8. Si enim hoc in promptu haberet, adeò ſpontaneè excommunicationem nullatenus impoſſuiſſet, ſuæ declationis virtute, vt impoſſuit. Ideò providè, prudenterque Reges Domini noſtri Philippus Secundus, & Tertius, Eccleſiaſticos admonent iudices, ne lævibus ex cauſis proferant excommunicationes, ſecũdum à iure perſcriptam diſpoſitionem 9. Hoc que antiquitus



4. Villalobos in ſumma, p. 1. tract. 1. difficult. 4. n. 5.

5. *Idem* Villalobos, vbi ſupra proximè.

6. Iacobus de Graffis, d. lib. 4. Deciſion. aurear. cap. 8. n. 3.

7. Can. ſciendũ 8. q. 1. Can. quid ergo, 11. q. 3. gloſ. in cap. 1. verbo, Contemnat, de ſent. excommun. in 6.

8. Can. corripiatur, 24. q. 3. can. non auferamus in fin. q. 1. *vt per gloſ.* in cap. ſacro 48. de ſent. excõmunicac. D Auguſtinus, de corr. & gratia, c. 15. Panormit. in cap. cũ ſit genarale, de foro compet. *cum alijs adductis* á Cenedo (*vt & ipſe proſequitur*) canonicar. q. 19. per totam, *maximè*, n. 8. & 28. *Ponderat* Chokier, tom. 2. de iuriſdictio. p. 2. q. 70. gloſ. in dic. c. ſacro, verbo *tanta infligere pœnã*. Andreas Uallenſ. in Paratil. Decretal. lib. 5. rit. 39. §. 2. verſ. *Quia verò.*

9. *Ex Schedula* Toleti data, 27. Auguſti, 1560; & alia, 11. Decẽbris, 1613. *Relat.* in l. 7 tit. 8. lib. 1. legũ Indiarũ; *conſonat*, can. nullus Sacerdotum 42. 11. q. 3. l. Epiſcopis, 30. *& ibi Gotofredus*, Cod. de Epiſcopis, & Clericis.

tiquitus Leo Tertius Pontifex Summus precepe-
rat, in Concilijs Vormacienſi, & Aurelianenſi (ad Annum, 815.) relatis in Decreto 10. Et deinde Innocentius Tertius, *Caveant etiam diligenter* (aſſerit) *ne ad excommunicationem cuiuſquam abſque manifeſta & rationabili cauſa procedat* 11. Impoſita namque à iudice ſine iuſta cauſa (& ſi abſque dolo, malitiave, ignoranter tamen, ſive indocte ageret) dubio procul lætaliter peccabit, ex grauiſſimo ſpirituali, & temporali illato damno 12. Maturam in fulminandis cenſuris deliberationem imponit Sacroſancta Tridentina Synodus, dum aſſerit 13. *Quamuis excommunicationis gladius nervus ſit Eccleſiaſticæ diſciplenæ, & ad continendos in officio populos valde ſalutaris; ſobriè tamen magnaque cum circumſpectione exercendus eſt, cum experientia doceat, ſi temerè, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & pernitiem potiùs parere, quam ſalutem.* Satis quidem hac in Vrbe expertum eſt, ex impoſitis ſeu pronuntiatis in præſentiarum, è quibus nec levia ſupervenerunt incõmoda, turbationesque quieti publicæ ſubortæ, ac quod deteriùs eſt, in aliquorum cõſcientijs tot moleſtiæ, tot iudicia temeraria, tot detractiones; quorum ſi caſſus ſpecificare liceret [Deus tantum omnia noſcit, & ſufficiat cum Apoſtolo dicere 14. *Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius ad quem nobis ſermo*] quilibet fidelis animus liquentes ſubitò profunderet lachrimas, & magno, plenoque doloris fletu ſenſus ad animi vſque fores nimis accedẽtes aperiret. Sed væ homini illi per quem ſcandalũ venit 15. *Libenter carebo quantolibet etiam ſpirituali quaſtu* [aſſerit Divus Bernardus 16.] *qui non poſſit acquiri, niſi cum ſcandalo. Vbi enim ſcandalũ, ibi proculdubio est charitatis detrimentum. Vbi autẽ*

*dimi-*

10. Dicto can. nullus, & can. Epiſcopi, 8. 11. q. 3. *meminit Pineda,* Monarchia Eccleſiaſtica, lib. 18. cap. 18.

11. *In* cap. ſacro, §. 1. de ſentent. excommun.

12. *Vti ex* Navarro tradit, Iacob de Graſſis, d. lib. 4. aurear. deciſ. cap. 7. n. 1. & n. 9.

13. Concil. Trident. Seſſ. 25. de refor. cap. 4. Quamvis.

14. Divus Paulus ad Hæbreos, cap. 4. verſ. 13.

15. Mathæi, cap. 18. Uerſ. 7. Lucæ, c. 17. verſ. 1.

16. D. Bernard. de Beata Uirg. (poſt lib. 10.) Flor. cap. fin.



*diminutio charitatis, minor quod, vel quale poſſit ſpiritualis exercitij ſperari lucrum.* Exẽpla quidẽ pauca nec ſunt, quibus Paſtores Summi, Auguſtam ſuam prudentiam, providamque demonſtrarunt ſagacitatem diſimulando, mentem mutando, à peculiaribus diſcedẽdo convenientijs pro fideliũ cõverſione; pro publica tranquilitate; pro aucupanda Principum gratia, hortantibus ſacris Canonibus, vt ſi inconvenientia duo ſimul occurrant, quod maioribus damni ſive periculi circunſtantijs involutũ eſt, cedere debet, minuſque nocens anteponi 17. Nec paucos inveniet apud Doctores, & Summiſtas caſſus, qui ſcire vellet, quanta ratione ſcandali vitandi tollerare ſæpenumero conveniens fuit, & ſuſpendere etiam illud, quod alias exequi & adimplere quis aſtrictus erat 18. Exemplum nobis ſit primum, illud; quod de ſumma omnium Chriſti Domini noſtri exemptione refertur apud Matheum 19; cum tributum, ceu dydragma ſecularibus ſolvit miniſtris, pro ſe, & Apoſtolorum Principe Petro: rationem ſic reddens, *vt non ſcandalizemus eos.* Proh. Deus! Tanti præceptoris & Magiſtri doctrina, ab Apoſtolorum ſucceſſoribus oblita! Proh dolor! Si ſucceſſores ſint vt ipſiſmet commodis inſerviant, cum ſucceſſores in doctrina eſſe deberent. *Videre enim eſt,* (profert D. Bernardus 20) *omnem Eccleſiaſticum zelum fervere ſola pro dignitate tuenda: honori datur totum, ſanctitati nihil, aut parum. De placito Dei vltima mentio eſt; pro iactura ſalutis nulla cunctatio. Filij hominum vſque quo gravi corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Doctor gentium Paulus, pro ſcandalo vitando, ac pro Iudæorum contemplatione, [& incolarum, vbi prædicaturus erat] ſuum circuncidavit Diſcipulum 21. Eadem ra-

17. Can. Duo mala 1. diſtinct. 13.

18. Iacob. de Graſſis, d. lib. 2. cap. 68. ex n. 12. & lib. 4. cap. 1. n. 25. 27. & 28. Cokier de iuriſdic. tom. 2. p. 1. §. 3. Schol. 41. Bobadilla, Polit. lib. 2. cap. 15. n. 27.

19. Mathæi, c. 17.

20. D. Bernard. Flor. lib. 6. c. 8.

21. Act. Apoſtolor. cap. 17. verſ. 1

tione vitandi ſcandala, exemptiones ceſſant 22, excommunicandus aliàs, excommunicari non debet 23: Pontifici, & Principi non obeditur: ſuſpẽditur executio mandati Apoſtolici: Decimæ quæ aliter Eccleſiæ debitę ſunt, ab ea non petuntur: veritas quandoque ſubticetur: non puniendus, punitur: Epiſcopus, Epiſcopatu privatur æquali dato cambio: ex non culpa, fit culpa: remittitur pœna: tollerantur inutiles; & alia quoque quæ lectori patebunt 24, & probant, quam ſedulo invigilare Prelati tenentur, & ſuperiores omnes, præcipuè Eccleſiaſtici, ſpiritualis pabuli animarumque ſalutis adminiſtratores (in hunc quidem ſcopum vnicè intendere debent) luces ſupra montem collocatæ, vt inde inferiora illuminando, divinum foveant protegantque ſplendorem illum, de quo Proheta Rex: patres ſe clementia, & benignitate exhibentes quoad ſubditos; non ſeveri iudices. Audiant Prælati (monet ſic Divus Bernardus 25) "qui ſibi commiſsis volunt ſemper eſſe formidini: vtilitate raro. Diſcite ſubditorum Matres vos eſſe debere, non Dominos. Studete magis amari, quam metui. Et ſi interdum ſeveritate opus eſt, paterna ſit, non tyranica: Matres fovendo, Patres vos corripiendo exhibeatis. Manſueſcite, ponite feritatem, ſuſpendite verbera; producite vbera, pectora lacte pingueſcant: non typo turgeant. Quid iugum veſtrum aggravatis, quorum potius onera portare debetis?

§. 31. Si ergo debitum adeò eſt eripere, vitareque ſcandala, vt prædiximus; quanto fortius inveniũtur ſuperiores adſtricti conſervare pacem? De cuius turbatione, ſiue iactura, hæc & maiora damna indies experiuntur. Iurgijs enim, civilibuſque contentionibus Rempublicam maximopere lædi, vexari;

22. *Ex Durand.* de modo, & forma Concilij generalis, p. 1. rubr. 4. n. 72. 73. & 74. Chokier vbi ſupra.

23. *Notat gloſa iudicare* in can. ſiquis ordinatus, 4. diſtinc. 92 Uincent. Carocius de remedijs adverſus damnoſas executiones, exceptio. 6 n. 27. vt per Chokier, vbi infra.

24. *Hæc, & alia acumulat* Eraſmus Chokier, de iuriſdictio. ordinar. in exemptos, par. 1. §. 3. Schol. 41. per totum.

25. Divus Bernard. lib. 3. Flor. cap. 5.

xari;



xari; nemo eſt, qui neſciat 1. Sufficiat pacem cõmendatam paſſim fuiſſe à Deo Optimo maximo, ab Angelis, ab Apoſtolis, á Sanctis Catholicæ Eccleſiæ Pontificibus, vt quam magnum ſit bonum, agnoſcamus. *Quid autem* ( aſſerit Philo 2 ) *optari poſſe pace meliùs? Pacem verò provenire ex benè adminiſtrato Imperio. Id verò non poſſe benè adminiſtrari, niſi abſque contentionibus Principum, quibus ceſſantibus, omnia manere in officio.* Mali, iceleſtique vnquam eam deſiderarunt, & ſi vt moris eſt, implorent. *Pax, Pax, & non erat Pax* 3. Petunt pacem, non tamen admittunt: *non eſt pax impijs, dixit Dominus* 4. Pœnam, & dolorem pro iactura ſimulant pacis, quam nunquam cognoverũt, de quibus ſic Propheta Rex 5. *Contritio, & infœlicitas in vis eorum, & viam pacis non cognoverũt: non eſt timor Domini ante oculos eorum.* Verum miniſtri ſunt Satanæ, pacis æmuli, zizaniarum Satoris 6; in quibus cumulatiſſimum eius lucrum paratum habẽt; iam quia ſine pace, non benè authori famulatur pacis 7: tum & etiam ex eo quod refertur à Summo Preſule Bonifacio octavo: *Scimus enim, & ex euidentia facti colligimus, quod non niſi in pacis tempore, benè colitur pacis author, nec ignoramus, quod diſenſiones & ſcandala, pravis actibus aditum præparant, rancores, & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auſum præparant* 8. O quam attẽte, perſpicacibuſque oculis circumſpicere debemus ſuauiſſima illa verba, humanitatis plena, quibus inter alia ad pacis fomentum Synodi Nicenę hortatur Conſtantinus Magnus Imperator, quę ſic à Nicephoro referuntur 9. *Quo dolore animum meum perculſum eſſe putatis, cum involuti ſeditionibus eſſe vos audirem, quod minimè omnium à vobis factum opportuit, qui Dei miniſtri, & pacis pracones deſignati*

1. *Vlpianus notat* in l. ſi quis ingenuam, 21. §. in civilibus, ff. de captiuis, & poſtlin. reverſ. *Proſequitur* Franciſ. de Petais, Feſtivar. lection. lib. 2. cap. 9. num. 3

2. Philo, de Legatione ad Cayum, fol. mihi 626.

3. Hieremiæ, c. 6. verſ. 14. & cap. 8. verſ. 11. Ezech. cap. 13. verſ. 10.

4. Iſaiæ, cap. 48. in fine, & cap. 57. ad fin.

5. Pſalm. 13. *Conſonat* Paulus ad Roman. c. 3. verſ. 16. & 17. Iſaiæ, c. 59. verſ. 7. & 8.

6. Extravag. ſuper Cathedram, §. ab olim, de ſepulturis

7. *Gloſa Marginal.* ad Extravag. vnic. in princ. de officio delegati.

8. *In* dic. Extravagant. ſuper Cathedram, §. ſcimus

9. Niceph. hyſtor. ſuæ, lib. 8. c. 16.

*nati*

*natieſtis Quis iam alijs quieta conſilia ſequi perſuadebit, quando vos tam hoſtiliter arma ſumitis, & inter vos depugnatis?* Ineſtimabilis pignoris huius pretium, neceſſitatemque, Sixtus Quartus Pontifex, in quadam Extravaganti elegantiſſimè hijs verbis commonſtrat 10. *Ad vniuerſalis Eccleſiæ regimen, diuina diſponente clementia, vocatis, inter alia pro commiſſorum votiua dilectione, nihil occurrit præſtantiùs, quam exorta inter perſonas Eccleſiaſticas [Principis tenebrarum aſtutia] diſcordiarum fomenta, per noſtræ ſolicitudinis occurſum protinùs extinguere, vt cuiuſuis altercationis ſalubriter euulſis ſeminibus, pacis, & tranquilitatis dulcedinē inter creditos nobis populos (diuina nobis aſſiſtente gratia) imponere, & conſervare valeamus.* Vt quia apprimè commendatitias litteras, quas ſecum pax affert á ſummo rerum defluentes authore, cognoverat: & quantum Regis noſtri Maieſtas effertur ad gloriam in ſuis fidelibus ſtabilita concordia 11. Sicut ex contrario vulnus quod quieti infligitur publicæ ex diſcidijs, animorumque diſiunctionibus, quæ & humano generi principio præbuere ruinā 12; fereque ſemper omnibus perditionis inditia ſunt, & experiuntur: *Omne Regnum in ſe diuiſſū, deſolabitur.* 13.

10. *In* Extravagan. 1. in princ. tit. de Tregua, & pace.
11. Can. Archiepiſcopus 5. 9. q. 3.
12. Bal. ad l. 1. col. 1. C. de ſervis fugit, & ad l. 1. C. de caduc. toll. Ioan Chokier in Theſauro politic. aphoriſmo. lib. 6. c. 1. verſ. producantur in primis, *quē allegat, & materiā proſequitur Eraſm.* Chokier, tom. 2. de iuriſdictio p. 1. §. 1. Scholio 12.
13. Math. cap. 12. verſ. 25. Lucæ, c. 11. verſ. 17.

§. 32. E diverticulo tamen recedentes; ſtabilito etiam ex relatis ſupra, Senatum Regium iuſtè in præſentiarum, legitimèque proceſſiſſe, & abſque peccati labe, ſeu culpę vllo ſcrupulo [& ſi probabilis tantum adhuc ſecuta extitiſſet opinionio, nec tā ſecura ſatis, vt eſt] colligitur neceſſario, & infertur, non interveniſſe materiam ſub qua excommunicatio prædicta cadere poſſet, minuſque eius declaratio. Pœna enim ſemper ſupponit delictum, & ſuos debet tenere auctores 1: idcirco nulla iudicanda erit,

1. *Ad* l. ſancimus 22. Cod. de pœnis, cap. quæſivit, 2. in fin. de hijs, quæ fiūt á moior. part. capituli.



erit, aut ſaltem à notoriè iniuſta nequit excuſſari, cum nulla declarandi cauſa, rationabilis ve vlla extitiſſet 2. Itaque Iudex excommunicationis ſentētiam proferens, maius ſibi damnum infert, quam parti, adverſus quā pronuntiat ſententiam 3. Cōmittit enim ſacrilegium quiſquis indiſcretè cenſuras decernit, & vti talis puniēdus venit 4. Quemadmodum ergo voluit alium à communione, & Eccleſiæ [iniuſtè] ſegregare conſortio, æquum quoque eſt, vt ipſe ab Eccleſia, ingreſſum ei interdicēdo, & hominum communicationem, vſque quo ſuperiori fuerit viſſū, puniatur 5. Lætale peccatū cōmittit, vt ſupra diximus 6. Iniuriarū actioni adſtrictus remanet, quam pars excommunicata intētare poteſt 7, obligatus etiam ad intereſſe, & litis ſumptus, in quibus iure venit condemnandus 8. Et pro remedio harum incommoditatum ſpiritualium, ac temporalium, quæ ex ſpontanea excommunicationum impoſitione, abſque vrgenti, & gravi cauſa ad tantam demoſtrationem obligante, fidelibus ſequuntur (vltra quod prohibitum extitat à Sanctis Cōcilijs, ſanctionibus Pontificijs, & Regni legibus, vt modo animadvertimus) ortum fortaſsis habuit doctrina illa, quam ex authoritate Baldi, Alexandri, & Corſeti, adducit Pater Emanuel Rodriguez, dum aſſerit 9. Poſſe ſecularem Principem, Epiſcopis, ſuis que Vicarijs, ne ſententiam pronuntient excommunicationis, niſi oſtēſa, (hoc eſt manifeſtata, probatave) priùs cauſa, quam ad id faciendum habent.

Verum cum in errorum baratrum faciliter ruāt, qui

2. Iacob de Graffis, d. lib. 4. cap. 3. n. 33.
3 Can. illud placuē 87. 11. q. 3. can. ſi habes, & can. ſequent. can. ſi quis non rectó, 24 q. 3. vt per Chokier d. tom. 2. de iuriſdict. p. 2. q. 82. n. 1.
4. Can. non in perpetuum 24. q. 3. *vt per eundem* Chokier, vbi proximè, Graffijs, d. cap 3. n. 34. gloſ. in cap. ſacro 48. de ſententia excōmunic. can. de illicita 6. 24. quæſt. 3. cum alijs.
5. *Ita innocentius* in d. cap. ſacro, n. 2. vt per Chokier vbi ſupra, & ex can. de illicita, 24. q. 3. gloſ. in d. c. ſacro, Graffijs, d. cap. 3. n. 34.
6. *Supra*, §. 30. n. 12.
7. *Ex* can. illud, & can. temerariū 11. q. 3 *tenet Graffijs*, d. n. 34. gloſ. in d. can. non in perpetuum, Navarr. Innocen. & alij ad ducti á Chokier, d. q. 82. n. 2. gloſ. in d. can. ſacro.
8. *Tex.* & gloſ. in d. can. ſacro, vbi Innocent. Chokier, & Graffijs, *vbi proximé adduct.*
9. *P. Emanuel Rodriguez* in explication. Bullæ Cruciatę, in additionibus ad §. 9. n. 87. *Condducit*, can. nemo Epiſcopus 11. 2. q. 1. *cum alijs ſupra.*

qui conceptus proprios patrum difinitionibus anteponunt 10. Iudex Eccleſiaſticus ſuæ defferens abſolutæ voluntati, parvi prædicta pendens, inſuper habita multorum ad hoc approbata ſententia; Senatorem prefatum illicò & intrepidè excommunicationis gladio ferijt. Poterat ſiquidem ſtudio aliquam applicare prudentiam, conſuli, aut advertere, quod ob dicti Clerici reſolutam expulſionem [& ſi actualiter executa fuiſſet] quando adeſt in mora periculum, vel quando additus, recurſusve ad Pontificem facilis non eſt, & maximè quando Eccleſiaſtici iudices requiſiti [omnes in præſentiarum cōcurrere circunſtantiæ] deſidioſè quaſi cooperantes, omittunt debitas perficere ad publicam ſatisfactionem diligentias: nullatenus ſeculares iudices excommunicari poſſunt, nec cenſuris Epiſcopus contra Regios cōſiliarios procedere 11; qui Regali authoritate, & repræſentatione in huiuſmodi rebus agere videntur; ſiquidem Imperatoribus, Regibusque, de iure ſaltem novo conceſſum eſt, vt ab Epiſcopis excommunicari nō poſſint 12. Etſi Villarroel, ex ſe, ſic aſſerat: *Que los Obiſpos pueden excomulgar á los Reyes, ſi los tales Reyes no tienē privilegio para que no los excomulguen*; 13. Non tam (credimus) novi ſupra relati iuris ignarus, quā vt occſionem haberet dicendi: *Tes muy de notar, que en la octava Synodo general cap. 14.* (qui poteſt capere capiat) *ſe manda á los Obiſpos, que ſi ſe encontraren con los Reyes, no ſe apeen, ni arrodillen, pena de ſuſpenſion por vn año, y excomulga al Principe, que lo conſintiere.* Et ad comprobationem primæ partis, Theologus iſte, & prædicator inſignis (non iuris peritus) aliquos adfert textus, & Concilium Tridentinum, Seſſione prima de reformatione; nihil probantes. Tractent fabrilia Fabri. Dignitatem ſacro

10. *Hys vtitur verbis* tex. in Eſtravagant. vnica ad medium, tit. de religioſ. domibus; *vti etiā gloſ.* verbo, *anteponunt.*

11. *Ex Ceballos* de las fuerças, q. 77. ex n. 9. cum alijs. Fermoſin. in cap. 2. de iudicijs, q. 17. ex n. 2.

12. *Vt ex Barboſa* in collectan. ad tex. in cap. duo ſunt 96. diſtinctio. *cum alijs* Fermoſin. ad d. cap 2. q. 17. n. 9.

13. *Virroel in ſuis Cultellis* del govierno Eccleſiaſtico pacifico, part. 1. quæſt. 1. art. 3. n. 8. *ex iuribus à ſe adductis, qua nihil ad rem.*



ſacroſanctam venerantes, authoritatem, & poteſtatem fatemur. Notamus tamē aliquorum ellationem [quæ adhuc extra miniſterium redolet] etiā ſi paliari nitatur. Laudet te alienum, & non os tuū; extraneus, & non labia tua 14. Multa quidem re vera ſunt, quæ cum nec vanitate oſtententur, vltrò præſtantur, & placidè. Sicut è diverſo, cum res [alias debitæ] arroganter, immodeſtè ve petantur; faſtidioſè, minuſque gratè plerumque ſolvuntur. Eſt modus in rebus; ſunt certi denique fines: nec novum, in auditumque eſt, illud Imperatoribus, & Regibus condonatum: cū propter Regum excellentiam iura quandoque relaxentur canonica 15. Auditores, ſiue Senatores Regiarum Chancellariarum, nec ita faciliter, [vt alij] particulatim dignitatis & exercitij intuitu, excommunicantur: *Nā regulariter, propter quandam reverentiam debitam Regijs Conſiliarijs non fit* [excommunicationis promulgatio] *niſi ſceleris pondus & qualitas poſtulaverit*: ſic Diana 16. Vt ſinguli etiam (maximè quemadmodum dici ſolet in officio officiando) Senatores prædicti, Regiam repræſentant Perſonā 17. In communi autem, nullatenus hoc heſitandū; & quia communitas iure regulariter non excommunicatur 18. Vti cognoſcit & fatetur Dominus Rex noſter, in Schedula ProRegi, Senatuique Mexicano directa, & expedita, in villa de Aranda, die vigeſſima quarta Aprilis, Anni 1660. dum in narrativa notat [& decidit poſtea] Archiepiſcopū dictæ Indiarum leges, quæ aſſerit: *Que los Preſidentes, Oydores, Alcaldes del Crimē, y Fiſcales, no viſiten á nadie*, Cauſāq referēs, ait ſic: *Por quanto mis Preſidentes, Oydores, y Fiſcales repreſētais immediatamēte mi Real perſona.*

14. Proveruio, c. 27. verſ. 2.

15. *Ex can.* Princeps, & can. Regū 23. q. 5. c. per venerabilē, §. rationibus, qui filij ſint legitim. cap. fin. in princ. de officio delegati in 6. *cum alijs per Hieron. Gōzalez*, ad Regul. 7. Cancell. gloſ. 9. §. 2. n. 35. & 36. & gloſ. 24. n. 155. 156. & ſequent Selva, de benefic. p. 2. q. 23. n. 52.

16. Diana dic. reſol. 9. in princ. vt refert Fermoſin. vbi ſupra, d. q. 17. in fin.

17. *Ita Gratiarū & opinionum arbiter* (dum intereſt) *tenet, & deffēdit Villarroel*; en ſu govierno de los dos cuchillos (*vtroque ad ſui vtēs libitum*) p. 2 q. 11. art. 1. ad fin. & art. 3. n. 90. & 91. ex Schedula Matriti, 7. Ianuarij, 1588. recopillata inter

18. Capite Romana, 5. in fin. de ſentēt. excōmunic. in 6. tex. cū gloſ. verbo, interdicti, in c. 1. verſ. fin. de vſuris, in 6. gloſ. 1. & gloſ. verbo, vniverſitas in cap. quanquam, 3. de cenſibus, in 6. gloſ. in can. ſicut, 11. verbo, adulterata, 7. quæſt. 1.

ctæ Civitatis, iure adverſante, excommunicationẽ in Regia Tribunalia direxiſſe, ibi, *De que reſultò firmar, y poner el Arçobiſpo edicto, cuya copia me remitiò, que ſe conoce la poca veneracion con que trata al eſtado Eccleſiaſtico: y menos reſpecto que tiene á mi Virrey, eſſa Audiencia, Miniſtros, Iuſticia, y Tribunales, pues à todos los excomulga en el Edicto, ſiendo cierto, que á las Comunidades, Exercitos, y Tribunales, era conſtante, que ningun Prelado los podia excomulgar en cuerpo de Comunidad, y mas en materia de juſticia, y Eccleſiaſtica que tocan à eſſa Audiencia, conforme á derecho, y eſtilo, inmemorial.* Et poſtea precipiens, ait, *Y obreis lo miſmo en quanto à los Edictos, que ſobre eſto ſe promulgaren, recurriendo el dicho mi Fiſcal à eſſa Audiencia, para que por ella ſe ponga [como os mando lo hagais] el remedio cõveniente. Y por la preſente apruebo el Auto, que proveiſtis en diez y ſeis de Mayo, de ſeiſciētos y cinquēta y nueve, en que mandaiſtis fueſſe à hazer relaciõ el Notario deſta cauſa, á eſſa Audiencia, por aver ſido conforme á derecho: y por Cedula q; generalmente he mandado deſpachar al Arçobiſpado de eſſa Ciudad, y à los demas Arçobiſpados, y Obiſpos de eſſa Nueva-Eſpaña, y Iuezes Ecleſiaſticos de ellos, les ruego, y encargo, que procedan conforme á derechó, ſin intentar novedad, ni proceder por Edictos, ni otros remedios, que no eſtán admitidös por derecho, y ſe les advierte, que de lo que obrarẽ en contrario deſto, me daré por deſervido, y aplicaré el remedio convenięte.* In Cathaloniæ Principatu, certum dicitur, Eccleſiaſticos iudices per cenſuras procedere non poſſe contra Regios officiales, & ſi in illos exceſſus committant 19. In Pro-Regibus minor dubitandi ratio adeſt, qui ob eximiam Principis repræſentationem, & ipſius authoritatem, *Alter Nos*, ſiue ipſe idem

19. *Vt ex Oliva* de iure Fiſci, cap. 1. 2. n. 23. & Cancier variar. reſol. lib. 3. cap. 10. n. 19. & 20. *Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dominus D. Chriſtophorus Creſpi*, tom 2. obſervation. illuſtrat obſervat. 64. num. 6.



idem creditur [in repreſentãte] ſupremus Princeps, 20. Et quando politicè ad commune bonum, pacẽ tuitionemque Reipublicæ, æconomica etiam vtẽtes poteſtate procedunt; nullatenus excommunicari poſſunt, & ſi in ipſius executionem animadvertant contra Eccleſiaſticos, Epiſcopos, & Inquiſitores, exilio aut temporalitatum ocupatione: vt doctè, & fundamentaliter [præſertim quoad Inquiſitionis miniſtros, qui iudicis competentiam declinare non valent] agit Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dñs D. Chriſtophorus Creſpi de Valdaura, Digniſſimus Vice-Chancellarius, Sacri, Regij, & Supræmi Conſilij Regnorum Coronæ Aragonũ 21. Qui ex D. Mario Cutello, in Regni Siciliæ concordia declaratum, ſic refert; *Y ſe declara, que en los caſos, en que mis Virreyes procedieren de mandato, certificando que lo hazen, vſando de la dicha poteſtad, no precedan los Inquiſidores à Cenſuras contra los miniſtros.* Similiterque, in hijs Indiarum Regnis, lege ſpeciali ſtatutum eſt 22. *Que los Inquiſidores no procedan contra Virreyes, ni Preſidentes, por Cenſuras, en ningun caſo, ni competencia.* Et itidem in Schedula, aut epiſtola Pro-Regi Valentino miſſa, expedita Matriti, die decima Decembris, Anni 1660; reſolutum aſſerit Illuſtriſsimus, & Excellentiſsimus ipſe Dominus. In huiuſmodique rebus, intelligendam eſſe credimus, deciſſionem cuiuſdam Schedulæ Domini Regis noſtri Philippi Quarti, Matriti expedita, die trigeſima prima Decembris, Anni 1651; & directæ Comiti de Alva de Aliſte, Novæ-Hiſpaniæ Pro-Regi, ex relatione, & deciſione ſequenti: *Y que teniendo el Tribunal noticia de que los papeles referidos avian llegado à vueſtras manos [aunque no de las particularidades, que contenian] Don Iuan de Mañozca,* en

20. *Vt ex D Ioãne Damaſceno*, lib. 4. de fide otrodoxa, cap. 16. dicẽte: *Regnis Imago Rex dicitur*; refert Uillarroel, vbi ſupra, dic. art. 1. n. 37. & 38.

21. *In ſuis obſervantian.* illuſtrat. tom. 1. obſervatio. 3. illatio. 4. n. 33. 35. & 36.

22. L. 10. & l. 45. lib. 1. tit. 13. recopill. Indiar.

*en nombre del Tribunal, os inſinuò importaba recoger todos los que eſte hombre huvieſſe ſembrado; pero como demas de algunos caſos pertenecientes à la Fé tocaban otros, que miraban à ſus particulares haziẽdas, rehuſaſteis el dar todos los papeles, embiando ſolamente el que trata de averle ſoltado de la priſsiõ el Arçobiſpo difunto, con animo de poner los otros tres en mis manos, para que viendo lo que contenian, ſe tomaſſe la reſoluciõ conveniente; pero que deſpues porfiò el Tribunal en recogerlos todos, y tomando por pretexto, que quando le prendieron, le hallaron vn pliego intitulado al Viſitador Don Pedro de Galvez, y que podria ſer aver dado antes otros, publicaron cenſuras contra la perſona, ò perſonas de qualquier eſtado, calidad, y condicion, que fueſſe, en cuyo poder paraſſe algun papel de Don Guillen, que no le entregaſſe dentro de ſeis horas; y que aviendo vos comnicado luego eſta materia con ſugetos de ciencia, y conſciencia, para que declaraſſen, ſi toda via podriades rehuſar el entrego de dichos papeles; pues vueſtro intento no era otro, que ponerlos en mis manos: fuerõ de parecer, que reſpecto à aver en ellos algunos puntos tocantes á la Fe y eſtar ſometida aun mi Real Perſona à la Inquiſicion en ſemejantes caſos, no ſe podia eſcuſar el embiarſelos, menos que incurriendo en la excomunion; con que ſe los remitiſteis luego, ſeñaladas las ojas de vueſtra mano, como conſta del recibo (de que embiais copia con eſta carta) Y aviendoſe viſto toda en mi Conſejo Real de las Indias, como quiera, que ſe me dió quenta de todo, para que remitieſſe eſta noticia al Inquiſidor general, y el dieſſe la orden conveniente, para que el Tribunal de la Inquiſicion de eſſa Ciudad haga juſticia con brevedad, en lo que toca al dicho Don Guillen Lombardo; me ha parecido daros noticia de ello, y deziros, que bien pudierades*

aver



*aver eſcuſado el allanamiento de aver entregado los papeles que eſte hombre os embió, ſupueſto que contenian coſas, que miraban à ſyndicacion de los Inquiſidores, y de los bienes confiſcados, y de otras coſas, que tocan á la cauſa publica*: Pues la Inquiſicion no podia deſpachar Ceſuras contra vos como Virrey; *y por lo menos pudierades averos quedado cõ copias de los dichos papeles; y para lo de adelante lo tendreis entendido aſsi en otros caſos, que ſe ofrezcã de eſta calidad*

§. 33. Cœterum, inſanabilis nullitas, quæ reſultat ex eo, quod Senatorẽ prędictum incurſum in excõmunicatione Bullæ in Cœna Domini (abſque illius citatione) iudex Eccleſiaſticus declaraſſet: conſtãs eſt, & apparet ex actis. Citatio ergo cum à divino, & naturali iure proveniat, adeó neceſſaria eſt, vt nec omitti, nec renuntiari valeat 1: ſicut nec ſubſiſtere poteſt [tanquam nulla] qualiſcumque condemnatio, aut ſententia non audita, vel citata parte pronuntiata, ex iuris, & Doctorum notiſsima reſolutione 2. *Quid hic deperit* (aſſerit Tertulianus 3) *legibus in ſuo regno dominantibus ſi audiatur? An hoc magis gloriabitur poteſtas eorum, quo etiam inauditam damnabunt veritatem? Cœterum in auditam ſi damnent, præter invidiam iniquitatis, etiam ſuſpitionem merebuntur alicuius cõſcientiæ, nollentes audire, quod auditum damnare non poſſent.* Barbaricæ quidem feritatis eſt, vel tyranicæ impotentiæ, aliquem damnare inauditum. 4. Vndè dicebat Seneca: *Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera, æquum licet ſtatuerit, haud æquus fuit* 5. Et in terminis pronunciationis, & declarationis cenſurarũ, quod nec fieri, nec ſubſiſtere poſſit, parte non citata, vel in audita, vt de cauſa, re, ſiue delicto, cuius ocaſione excommunicatio profertur, primi-

1. *Diximus ſupra*, vigil. 26. n. 1. & vigil. 47. n. 28. *& in Pentatheucon*, de ſui deffenſione, lib. 4. q. 5. n. 4. 5. 16 & 19.

2. *Ex* l. 1. l. ea quæ 7. C. quom. & quando iudex, l. de vno quoque, 47. de re iudicata, can. omnia, can. abſens, 3. q. 9. Suelyes, Conſ. 13. ex n. 1. Centur. 1. *cum alys á me.* dic. trac. de ſui deffẽſio. lib. 1. quæſt. 3. ex n. 27.

3. *Tertulian.* in Apoleget. adverſus gentes. cap. 1.

4. *Ita Apuleius*, lib. 10. *vt per Suelves*, Conſ. 28. n. 4. Semicentur, 1.

5. *Seneca* in traged. quæ inſcribitur. *Medea.*



tus

tus conſtet, ſub nullitatis pœna ipſo iure, conſtanter aſſerimns, & Doctores paſſim teſtantur 6. Et in terminis huius declarationis, ſic ſentit Dominus Rex noſter Philippus Quartus, in quadam Schedula repræhenſionis directa Epiſcopo de Puerto-Rico, Matriti expedita, die vigeſſima ſexta Iulij, Anni 1648. increpans formam procedendi, *Contra el Governador Don Diego Faxardo* (fuit Inſulę de San Martin) *declarandole por incurſo en la Bulla in Cœna Domini ſin averle citado, ni oydo.* Vnde eſt, quod quando Eccleſiaſticus iudex aliquid, ne dũ nulliter, ſed adhuc notoriè iniuſtum præcipit, vel diſponit, veluti cum iniquè, ſive in partem in auditam, ac indeffenſam procedit, liqueatque tunc non vt iudicem, ſed vt privatam perſonam (& de facto) agere: impunè ei reſiſti poteſt 7. Vim quidem tunc facit, Regiam inſuperq́ iuriſdictionem pertubat, & locus occurrendi ad ſuperius ſeculare tribunal, datur 8. Hanc enim inter nullam, & iniuſtam excommunicationem agnoſcimus differẽtiã; vt hæc timeri debeat; altera vero nullatenus 9. Et in præſentiarum, notoria ſatis patet nullitas excõmunicationis, eiuſque declarationis, ex antecedenter & proximè adductis, ob materiæ, ſive peccati, & citationis etiam deffectum (quãdo patens, claraque adhuc excõmunicationis ſufficeret iniuſtitia) vt minimè timenda eſſet, tanquam ſubiectum non ſupponens, palàm, publicève, neque in occulto, vel interiori conſcientiæ foro. Ex hijs ergo, cum Senator prædictus iure communicare, negociorum cur ſui, diviniſque aſſiſtere officijs valuiſſet, potuiſſetque, abſque eo quod ſcandalis conſulere deberet, quia

6. *Ad* cap. ſacro, 48. de ſententia excommun. cap. conſtitutio, 9. eodem, tit. in 6. can. de illicita, 6. 24. q. 3. gloſ. in clement. 1. verbo, *conſtiterit*, de cẽſibus, Iacob de Graffijs, lib. 4. deciſ. aurear cap. 3. n. 12. verſ. *declaratio tamẽ*, Covar. *cum alijs à ſe adductis*, in cap. alma mater, §. 9. n. 5. in fine, Fermoſin, ad cap. 1. de iudicijs, quæſt. 24. num. 1. & 3.

7. *Ex* can. non debet, 64. 11. q. 3. & ibi gloſ. l. contra noſtram 5. C. de executor. lib. 12. *vbi Gotofred.* lit. B. per tex. in l. 5. ff. de iure Fiſci, l. devotum, 5. de metat. l. fin. de diſcuſſor. Cũ alijs *Dixi*, in trac. de ſui deffenſio. lib. 2. q. 3. n. 13. & 14. & q. 1. n. 8. 10. & 13. Suelves, Conſ. 48. n. 3. Cẽtur, 1.

8. *Seſſe* deciſ. 114. n. 20. 21 & 31. & in epiſtola ad Regem, n. 89. verſ. *lo ſegundo*, tom. 2. & tract. de inhibitionibus, cap. 8. §. 3. num. 200.

9. Can. 1. can. quibus, 27. can. cui illata 46. can. non debet 64. can. iniuſtum, 89. 11. q. 3. *cum alijs*, Fermoſin. ad cap. 1. de iudicijs, quæſt. 24. in fine.



quia tunc non puſillorum ſcandalũ eſſet, ſed Phariſeorum ſcandalum, iuxta communem Doctorum ſententiam, nec petenda ſit abſolutio, cum inique fertur ſententia 10. Tamen ab omnibus ſe abſtinuit, tanquam humilis Eccleſię filius, vt & alijs exemplum præberet obedientiæ, & meritum ſibi tolerantiæ præpararet, cum *Dominus miſericordias faciat, & iudicium omnibus iniuriam patientibus* 11.

§. 34. Nulla igitur præfata iudicis Eccleſiaſtici exiſtente ſententia promulgationis, ſive declarationis cenſuræ ob prædictos deffectus, iure naturali, poſitivoq́ violatis, iudiciali omni ſpreto ordine [cauſa ſufficiens per ſe ad nullitatem producendam 1] credimus ſic, iuſtitia mediante, per iudicem ad quẽ fore pronũtiandum. Inſuperque iudex à quo [pręter mortale, quod in eo commiſſit peccatum] venit ſanè declarandus reus: eumque iuris pœnas incurriſſe, & teneri ad damna, & partis læſſæ expenſas reſarciendas, ad omnemque condignam ſatiſfactionem authoritati, & opinioni dicti Senatoris correſpondentem, & conſequenter Regiæ Chancellariæ [& iuribus Regalibus] cuius iuſſu, & nomine prædictis interfuit, cẽſem⁹ nã & ſi regulariter pro iudice ſtet præſumptio; at dũ notoria in cauſa nullitas, ſive iniuſtitia invenitur, tunc dubiò procul dolus in illo præſumitur 2. Sicut etiam ex qualitate perſonę ipſius iudicis: & potiori iure, ſi non deliberata, plenaque cognitione cauſæ illius cui aſtrictus erat, proceſſerit 3. Et de pœnis malè, aut temerè iudicantis iudicis, dicta doli exceptione ſpecialiter exiſtente, loquũtur diverſæ iuris gloſſę, & Do-



10 *Silveſter* in ſumma, verbo, excommunicatio. 2. caſſu, 15. verſ. *dicit autem.* Navarr. in repeti, c. cum contingat, de reſcriptis, remed. 2. n. 4. D. Antonin. in cap. 73. tit. 24. p. 3. Iacob de Graffijs, vbi ſupra, lib. 4. c. 3. n. 13. & 14. Chokier, d. tom. 2. de iuriſdictio. part. 2. q. 73. *ad* can. cui eſt illata 46. 11. q. 3. & can. non debet, 64. eadem quæſt.

11. Pſalm. 102. verſ. 6. can. etſi 53 in fine, vbi gloſ. & can. qui iuſtus, 90. *vbi etiã gloſ.* 11. q. 3.

1. *Ad* l. prolatam 4. vbi Gotofred. l. ex ſtipulatione, 7. l. cũ iudex, 11. C. de ſentẽt. & interlocut. l. ſi conſtet. 12. ff. de appellat. *vbi Gotofred.* lit. B.

2. *Maſcard.* de probat, cõcluſ. 532. n. 4. Farinac. de var. & extraordin. crimin. quæſt. 111. art. 14. n. 387. Berart. de viſitatio. cap. 5. num. 83.

3. *Ex* Boſio, tit. de official. corrup. n. 18. & 19. Farinac. d. art. 14. n. 390. *Tradit* Suelves, Conſ. 28. n. 37. & 38. Semicent. 1.

& Doctores 4: quorum omnium executionem, pro partis læſſę, & gravatæ (modo dicto) ſatisfactione, expoſcere neceſſum eſt: vt iudices qui facilè, præcipitanter que in hæc irrumpunt, reprimantur; ſimiliterque advertant, quàm grave ſit excommunicationis ſententiam, abſque illa deliberatione matura, quę neceſſario requiritur, fulminare; pro- vt Summi Pontifices Innocētius Tertius, & Quartus, hijs diſponunt verbis 5. *Superior verò, ad quem recurritur, ſententiam ipſam ſine difficultate relaxans, latorem excommunicato ad expenſas, & omne intereſſe condemnet, & aliàs puniat animadverſione condigna, vt pœna docente diſcant iudices, quam grave ſit excommunicationum ſententias ſine maturitate debita fulminare.* Et alibi ſic 6: *Cumque adverſus excommunicatorem de iniuſta excommunicatione conſtiterit, excommunicator condemnetur ad intereſſe excommunicato: aliàs nihilominus, ſi culpæ qualitas poſtulaverit, ſuperioris arbitrio puniendus, cum non lævis ſit culpa tantam infligere pœnam inſonti.* Et proſequuntur Gloſſæ, ad aliàs tranſeuntes pœnas, quæ re vera, ex prædictis imponi debent, 7 & deberent quidem acriter in præſentiarum: nã *Quicumque aut conſanguinitate, aut amicitia, & è contrario, vel hoſtili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur; pervertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinem* 8: igitur vnicuique providēdum eſt, ne aliquem iniuſtè perſequatur, iudicet, vel puniat; ne Ieſſum perſequatur, iudicet, vel puniat 9: aliàs, *iudicare de ſubditis dignè nequeunt, qui in ſubditorum cauſis, ſua vel odia, vel gratiam ſequuntur.* 10.

§. 35. Vexationem intulit Eccleſiaſticus iudex, exceſſitque adverſus prefatum Senatorem, in ſubſtātia, & in modo, ſpreta attentione, omnimodaque exi-

4. Gloſ. in l. fin. verbo, *de ea re*; ff. de var. & extraord. cognit; gloſ. in §. 1. verbo, *litem ſuã* Inſtit. de obligat, quæ ex delict. Cervãtes, in l. 2. Tauri, á n. 23. Farinac. d. art. 14. & art. 15. Giurba, Conſ. 72. & Conſ. 76. *cũ alijs* per Suelves, d. Conſ. 28. n. fin.

5. *In* cap. 1. § ſuperior, de ſenten excomm in 6.

6. *Innocentius* Tertius Pontifex, in cap. ſacro, 48. §. caveant, de ſentē. excommun.

7. Gloſ. in d. c. ſacro, verbo, *per mensē*, & in d. cap. 1. (in caſſu) eodem tit. in 6. Iacob. de Graffijs, d. lib. 4. c. 3. in fin. Sayr. de Clavi Regia, lib. 4. cap. 13. n. 1.

8. Can. quicumque, 78. 11. quæſt. 3.

9. *Ita Pelagius* Pōtifex, in can. vnicuiq, 82. 11. q. 3.

10. Can. iudicare 61. 11. quæſt. 3.



exiſtimatione, novum inferens gravamen, ex abrupto, & nulliter ad vlteriora procedendo, iure reſiſtente. Prima enim (& vltima quoque) fuit hac in re facta diligentia, declarationis cenſuræ notificatio [nulla antea, vt dictum eſt, citatione præcedente] quæ cum prædicto Auditori notoria fieret, illicò in eodem actu appellationem, recurſumque interpoſuit ordinarium. Poſtpoſita tamen omnia, dictus Eccleſiaſticus iudex proceſſit in cauſa, illum gravando; declarationem publicando; litteraſque excommunicationis ſentētiam continentes, tabellæ affigendo; & inſuper in die, ter, ſiue quater campanas præter morem pulſando, vt & affligeret, & notaret dicti Senatoris perſonam, hac non neceſſaria, imò excuſanda ſolemnitate: quæ niſi ad populum contriſtandum, & ad aliquorũ irritandos animos, minimè ad aliud deſerviebat. At cũ ex huiuſmodi apparatu voluntariò, inconvenientia nec modica [licet per accidens] in Republica inſurgere poſſint: ſatis prouidè Dominus noſter Rex, Archiepiſcopo Mexicano [qui in executione cenſurarum à ſe promulgatarum, ceremonias excuſandas excitavit] ſic reſcribens in Schedula Matriti expedita, die nona Martij, Anni milleſſimi, ſexcēteſsimi, ſexageſsimi, dixit: *Tendreis entendido, que el horror de las cenſuras de los rituales, que en otras Prouincias admiten la forma, en que ſe exercen, en eſſas ſon, y pueden ſer de perjuizio à la paz vniuerſal: lo qual ſe os advierte, para que teniendolo entendido, hagais, que ſin que ſe falte à la promulgaciõ de las cenſuras medicinales de la Yglesia, no ſe altere con afectaciones, y nouedades, la quietud publica.* Verum omiſſa pro nũc diſputatione, quando excommunicationis ſententia ſit, aut dicatur diffinitiva, vel interlocutoria: ſupponimus, declarationem illius,

1. L. á ſententia, 5. §. fin. ff de appellation.

2. L. litigatoribus, 14 C. de appellat.

3. L. ſed ſi 2. ff. de appellation. Maranta, in pract. p. 6. actu. 2. de appellation. n. 136.

4. *Idem Maranta,* vbi proximê, n. 142. Uallenſi, in paratil. ad Decretal. lib. 2. tit. 28. §. 9. num. 3.

5. L. ante, 7. Cod. quorum appellation. non recip. l. fin. C. de ſentē. & interlocut.

6. Cap. cum ſit Romaua, 5 §. ſi vero, cap. bonæ memoriæ, 51. c. vt debitus, 59. *cū alijs,* de appellat Uallenſi, d. tit. 28. §. 4. num. 3.

7. Concil. Trid. Seſſ. 24. de reforma. cap. cauſę 20. §. & Seſſ. 13. cap. 1.

8. Piaſec. in prax. Epiſcop. p. 2 c. 4. tit. de appell. n. 100 vt per Uallēſ. vbi ſupra.

9. Gonzal. Reg. 8. cācel. in not. ad §. 9. n. 176. & ſeq. Uallēſ. vbi ſup. n. 4.

lius, in occurrenti caſſu, cum liti finem imponat (& re vera aliud non habuit initium) nec remaneat diffinitiva, per quam illatum gravamen reparari queat, credimus diffinitivam eſſe, & ſententię diffinitivę vim, effectuſque habere, á qua viva voce appellari valet 1: & hoc vocatur appellare, *illicò ſtatim, in continenti* 2: ſufficitque dicere *Appello,* dum apponatur á Notario apud acta 3. Idem procedit in interlocutoria vim habente diffinitivæ 4: tametſi civili iure regulariter à ſententijs interlocutorijs appellatio interponi nequeat 5: verum canonico iure inſpecto, iuſtis ęquitatis rationibus conſideratis, contrarium procedit 6. Poſtea verò, vt obiam iretur caliditatibus, & dilationibus, quæ ex frivolis, & ſpontaneis naſcuntur appellationibus; Concilium Tridentinum [ius civile ſequēdo] appellari á ſententijs interlocutorijs non poſſe, diſpoſuit; niſi cum vim haberent diffinitivæ, & damnum in ipſis irreparabile contineretur 7. Itaque cū hoc interveniat in capturæ, ſuſpenſionis, interdicti & excommunicationis ſententijs; de hijs appellari rectè poterit 8. Et à quocumque alio decreto, ſive iuſſione, qua executioni mandata, aut pars damnū integrè reſarcire non valet, vel cum dificultate, aut ipſius, ceu cauſæ principalis præiuditio. 9.

36. Iuxta quod legitimè appellationem incontinenti dictum interpoſuiſſe Senatorē à declaratione cenſuræ Bullę in Cœna Domini, fatemur. Quod ab hac, quo ad vtrumque effectum appellari queat (fieri enim poteſt, vt perperam, minus ve iuſtè declaret) cōmunis eſt Doctorū ſentētia: alias gravat iudex, ſi appellatione pendente, vel termino ad appellādū durantē, quidquā novat. In præſenti caſſu gravamē evidēs eſt, & nullitas, qua Eccleſiaſticus proceſsit Iudex, declarando, & publicando Audi-

torem



torem prædictum, poſtquam ab ipſa declaratoria ſententia appellatio interpoſita fuit. Primo ex regula iuris ipſa; N*ihil innovandum pendente appellatione, vel intra tempus datum ad appellandum* 2: Quod adeò privilegiatum invenitur, vt reſiſti iudici poſsit, ſi ſpræta, conculcataque appellatione de facto proceſſerit 3: etſi vrbanius ageret, dum ad ſuprema Regis Tribunalia [vt poteſt, & procedit] recurreret, violentiæ arcendæ cauſa, vt manu ſuperiori, & propulſetur vis, & appellatio (in honorem iudicis ad quem, & læſsi gratiam rei) ab attentatis deffendatur 4. Si enim violentia, iniuria, & gravamē eſt appellationi nō defferre: potiori ratione erit attentare, cum ſit formaliter, materialique ipſam denegare, notoria interveniente iniuria, in iudicis ſuperioris cōtemptum, cum populi ſcādalo, & partis irreparabili damno 5. Nec præciſsè neceſſarium ſpectare, quod iudex innovet, ſive attentet, vt ipſi revocare, vel reponere præcipiatur: ſatis namque eſt, partem id iudicem facturum timere, vt in viam iuris, ne ad vltiora procedat, inhibeatur, præſervativum remedium, curativo præponderando 6. Secundo, quia etſi verum ſit, quod interpoſita appellatione ab excommunicatione purè promulgata; non tamē ex hoc impediatur declarare, & publicare excommunicatum pendente dicta appellatione, nec commitatur attētatum, quia denuntiatio, & publicatio, acceſſoria, & conſequutiva ipſius eſt executionis, quibus non magis quam antea ligatus quis manet, nec aliud executioni additur, quam ſecum paratè excomunicatio trahit, iuxta quod deciſſum oſtenditur ab Innocētio Tertio, ibi 7. *Nos ita que reſpondemus, quod cum executionem excommunicatio ſecum trahat, & excommunicatus per denuntiationem amplius non ligetur,*

*ipſum*

1. Iacob. de Graffis deciſ. aurear. lib. 4. c. 3. n. 12. *ad medium,* per gloſſam *(quā ſolemnē appellat)* in c. cupientes, §. quod ſi, el ſegundo, de electione, in 6. verbo *privatos, Et declarat latius* Felin. in c. Rodulphus, de reſcriptis, n. 41. Uallenſi, d. lib. 2. cap. 28. §. 17. n. 4. dixit, & lib. 5. tit. 39. §. 4. n. 4.

2. *Ex Rubr.* & tot. tit. ff. nihil novari appellat. penden, l. appellatione, 3. Cod. de appellat. l. ſi vt proponis. 3. Cod. quando provocare. Auth. vt nulli iud. Novel 134. cap. 3. in fin. col. lat. 9. cap. non ſolū, de appellatio. in 6. Uallenſi. d. lib. 2. tit. 28. §. 9. n. 9. Salgado, de Reg. protect. p. 1. c. 6. n. 62. Suelves, Conſ. 48. n. 5. 6. & 7. Centur 1.

3. *Ioſeph Seſſe,* tract, de inhibition, cap. 8. §. 3. n. 94. *Dixi,* tract. de ſui deffenſione lib. 2. q. 1. n. 13.

*ipſum excommunicatum denuntiare poteſt, vt alijs evitetur*, Benè hoc. Sed ſi per publicationem, & denuntiationem, plus ligata & gravata fuerit pars, quam antecedenter per excommunioationis ſententiam erat [vt in noſtro occurrenti caſſu, cum reduceret Auditorem ad preciſſos terminos recurrendi pro abſolutione ad Apoſtolicam Sedem, eo quod alius nemo abſque ſpeciali commiſsione eam impartire valeat, ſub excommunicationis pœna, ipſa in Bulla contentæ 8.] aliud dicēdum erit, nec iudex poterit Eccleſiaſticus obſtante appellatione, ad novum gravamen, & ſi parvum, procedere. Sic itaque à contrario ſenſu Innocentij verba predicta intelligenda veniunt; *cum per denuntiationem amplius non ligetur*. Ergo ſi amplius ligatur, deciſsioni prædicti textus locus non erit. Et quia hoc [quaſi in terminis individuis, de quibus in præſenti] docté diſſolvit Salgado 9: ad litteram tranſcribere nobis viſſum eſt, docti iſtius viri fragmenta, ad fœlicem [quem ſperamus] exitum rei, Deciſsioni inſuper deſervienda. Aſſerit igitur: *Tamen iudex Eccleſiaſticus non debet expedire declarationem, & aggravationem. per quam pars plus ligetur, & gravetur, vltra excommunicationem iam latam, prout eſt aggravatio, & reaggravatio, & illa denuntiatio, de qua in capite tua, de ſenten. excomm. vbi incendiarij, & alij, de quibus ſibi per denuntiationem in eo plus gravantur: quia facta publicatione, ab alio quā á Papa abſolvi nequeunt; & ideo à tali declaratione licita erit appellatio tamquam exceſsiva, ex quo tūc ceſſat ratio tex. in dic §. verum*, vt ex doctrina Immolæ, tenet Philipp. Franch. ibi n. 25. verſ. quarto quæritur. *Quam opinionem vt tutiorem, & veriorē contra deciſsionem Rotæ, & Milis ibi citatos, tenet Lancelotus*: de attent. 2. p. cap. 12. limit. 21. n. 14. & 15.

Eſ-

Salgado, de Reg. protect. p. 1. c. 1. prelud. 3. n. 85. & ſequent.

4\. *Idem Seſſe*, d. c. 8. §. 3. n. 81. & 89.

5\. *Ita cum* Navarr. & Covarrub. Seſſe, d. §. 3. n. 57. 67. & n. 70. Salgado, d. prelud. 3. num. 85.

6\. *Salgado*. de Reg. proiect. p. 1. c. 6. n. 62. Seſſe d. tract. c. 5. §. 6. n. 88

7\. *In* cap. Paſtoralis, 53. de appellation. Salgado, p. 2. cap. 5. n. 12. 13. & 14.

8\. *Vt patet* ex textu eiuſdem Bullæ, & tradit P. Fr. Emanuel Rodriguez, in explicatione Bullæ Cruciatœ, §. 9. Duda, 3.

9\. *Salgad.* vbi ſupra, proximè, n. 16.



Eſcacia, tract. de appellatio. q. 17. limit. 22. ſub n. 6. & n. 12. *Et ita intelligendus* (qui aliquantulum intrincate loquitur) *Marta* de iuriſdict. p. 3. cap. 13. per totum. *multa de hac limitatione* Hyeronimus Cāpanill. diverſ. iur. rub. 11. c. 15. n. 42. poſt Gutier. Mariū Alter, *& alios*, & ex n. trigeſſimo ſecundo, ad trigeſſimum ſextum ſic: *Et ſit ſeptima limitatio; nempe appellationem à prædicta ſententia declaratoria interpoſitam, omnino ſuſpendere effectum eius, adeo vt interim appellans non debet vitari, nec adhuc publicari, quod dictum attribuit Lapo Cardinalis* in Clement. 1. §. ſi quis, q. 11. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct. *Et eā valde commendat Felinus*, in cap. Rodulphus, col. penul. de reſcrip. Decius in c. pervenit, 1. col. 2. de appellatio; *& ante omnes Ioan. Andre*. in d. §. verū, c. Paſtoralis, *eo fundamento, nam licet à pœna legis appellari nō poſſit*. l. ſi qua pœna, ff. de verbor. ſignificat. c. quia nos, vbi gloſ. *comuniter recepta*, de appellatio. gloſ. in cap. ſuper hijs, de acuſatio, verbo, *arbitrariū*, Gracian. diſcepta. forens, cap. 232. á n. 19. & ſequent. Roman. ſingul. 216. á pœna legis, *& ibi additionator*. Franc. in c. pervenit, in fine, n. 14. & in c. conſuluit, 29. n. 4. de appellatio. Felin. in cap. cum non ab homine, ſub n. 12: ℣. *nota quod*, de iudicijs, & in c. preterea, limit. 4. ſub n. 6. de deſponſatio. Decius in c. cū ceſſante, 60. n. 30. de appellatio. Nicell. tract. de cōcord. gloſ. cōcord. 6. fallent. 36. n. 78. f. 194. Cornaz. in Lucens. deciſ. 193. in cauſa, N. ſub n. 5. verſ. 6. Farinac. in pract. crim. q. 101. limit. 12. n. 65. Capicius deciſſ. 1. n. 19. *A declaratione tamen alquem in ea incidiſſe, vel non, & iuſta, & vt legitima admittitur*, gloſ. in cap. cupiētes, §. inſuper, verbo, *privatos*, de electio. lib. 6. *comuniter ibi recepta*. Ludovic. Roman. ſingul. 213. à pœna. Felin. in dic cap. Rodulphus. Panormit. cum Paroſino, & Decio, in d. cap. pervenit. Idem Panormit.



in cap.

in cap. ſuper hijs, de cauſa, col. fin. *& cæteri adducti,* à Gutierr. Conſ. 10. n. 15. *& tenent etiam mox citandi omnes Doctores, latè, & optimè proſequitur* Hieronim. Campa. diverſ. iur. rub. 11. c. 15. à n. 43. *plures citans.* Similiter ad intentum numero trigeſſimo quarto, ita; *& tunc dicit Cardinalis in d. q. 11. & Bonifac. ibi poſt Lapum; nempè maioris virtutis eſſe appellationem à declaratoria, quo ad vitandam evitationē eius, quì declaratus appellavit, quam appellationem præcedentem ab ipſa excommunicatione: quoniam hæc ſolum efficit vt nō debeat vitari in extraiudicialibus, vt latè per Franc. in d. cap. verum. A declaratoria autem ſententia efficit, vt appellans non vitetur etiam in iudicialibus. Quam concluſionem longè pulcherrimam, & à neminè recentiorum animadverſam dicit* Navarr. in prælect. cap. cū contingat 15. cauſa nullitatis ante finem, & à princ. de appellatione ab hac declaratoria. *Quo caſſu cum appellatio vtique iuſta, & legitima ſit, ſi pro eius declaratione ſupremum Tribunal adeatur, vim fieri, deſſerre, & deponere declarabit.* Vide quæ latè Hieronim Campan. vbi proximè, poſt Covarr. Navarr. Vgolin. *& alios.* Proſequiturque numero trigeſsimo quinto ſic: *Quæ cum omnino ſuſpendat effectum excōmunicationis, non poterit in eius præiuditium interim excommunicatum denūtiare. Interim enim ligatus non eſt, & ſic denuntiatio, & publicatio ſuper ea ſuccedens, eſt nulla, & innovatū, & attentatum eſſet evidens, & notorium, quia id impedit appellatio.* Petrus Dueñas, Regul. 42. n. 8. Maranta, vbi ſupra, 6. p. act. 2. princip. verbo, & quando què appellatur. limit. 5. n, 180. & ſup. n. 169. Felin. in cap. cum non ab homine, col. fin. n. 12. de iudic. poſt Roman. & alios per eū allegatos. Puteus deciſ. 271. Papa, n. 1. & 4. lib. 3. Rota diverſ. deciſ. 100, ex novis n. 3. & 31, in fin. p. 1. Lancelot. de attenta, p. 2 cap. 12. limit.



limit. 21. n. 21. & ſequent. Proſp. Farina. vbi ſup. dic. q. 101. n. 67. Franch. in d. cap. Paſtoralis, n. 27. col. fin. q. 6. qui allegat tex. in cap. pervenit el 1. de appellatio. Capicius, deciſ. 1. in cauſa Domini Comitis, n. 19. Anto. Gabriel. commun. opinio lib. 6. de Regul. iur. concluſ. 3. n. 59. Nauarr. vbi proximè. *Qui omnes hanc firmant concluſionem, ex ratione de qua ſupra; nempe appellationem á declaratoria ſententia eius effectum ſuſpendere; & ſic nuntiationem & publicationem excommunicationis (quæ non eſt) nullam eſſe poſſe, quia qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto; & ideò cum ſit innovatum, & attentatum, reponere iudex debet virtute proviſsionis ordinariæ.*

§. 37. Ex quibus, & alijs conſultò ommiſsis, ne longa ſatis, faſtidioſaque fieret iurium allegatio, credimus iudicem ad quem, iuſtitia mediante, declarare debere, nullam fuiſſe, eſſeque pronuntiationem, & declarationem cenſuræ Bullæ in Cœna Domini, factā á dicto Licent. T. iudice á quo, & ad huiuſmodi cauſam delegato, cum omnibus ſubſequutis, ex iuribus, & fundamentis relatis. Inſuperque pro nullitatibus, iniuſtitijs, notorijſque gravaminibus Senatori prædicto illatis; dictum iudicem à quo, plectendum, pœnis Canonicis, quas incurrit, cum intereſſe, & damnis, ſumptibus, & expenſis, cœteriſque arbitrarijs, quæ ad cauſæ huius cōdignam expediat ſatisfactionem, pro gravi eius qualitate, & Regiæ Maieſtati ſequuto præiuditio, ipſiuſque Regijs iuribus, ac Regalijs, & in ſimul Regiæ Chācellariæ Sancti Dominici Hiſpaniolæ Inſulæ authoritati.

Decisſio. Attamen Deciſsio obtenta ab Apoſtolicæ Sedis delegato, iudice fufraganeo, quæ promulgata fuit in Civitate *de Puerto Rico,* die vigeſsima tertia, Menſis Novembris, Anni milleſsimi ſexcenteſsimi quinquageſsimi quinti, ſic: *Dixo, que declaraba, y declarò*

*rò aver lugar la nulidad pedida, y alegada por parte del Señor Oydor N. y declaraba, y declarò por nullos, y de ningun valor, ni efecto los autos de quinze de Abril del año paſſado, de mil y ſeiſcientos y cinquenta y dos, por N. Prouiſſor, y Vicario general del dicho Arcobiſpado, y el de tres de Iulio del dicho año, proveido por T. que conocio deſpues de dicha cauſa. y todo lo en virtud de ellos, actuado, procedido, y executado; y haziendo justicia, abſolvia, y abſolvió de la inſtancia de dicho juizio, y dió por libre de el, al dicho Señor Oydor N. y debolvia, y debolvió el conocimiento de la cauſa al dicho juzgado Arcobiſpal, para que ſe ſubſtancie, y determine, conforme á derecho, mandandoſe dar traſlado de los pedimientos del Fiſcal de dicho juzgado, à las partes, y otorgandoles ſus appellaciones en los caſos que ha lugar de derecho, y de la ſententencia difinitiva que en ellos ſe diere. Y aſsi lo proveyò, y mandó,* &c. An hæc ſufficiens, viderint alij. Paſſa, quæ ſunt, nihil habent ſatisfactionis, aut ſolatij, quam vt patienti reputentur ad meritum. *In cunctis, quæ in hac vita adverſa proveniunt* [ait Divus Gregorius] *ſola eſt, ſicut noſtris, Omnipotentis Dei diſtrictio penſanda, atque ad cor ſemper proprium recurrendum, vt nullius nos ibi lingua implicet, vbi conſcientia non accuſat. Quem enim conſcientia deffendit, & inter accuſatores liber eſt; & liber, vel ſine accuſatione eſſe non poteſt, ſi ſola quæ interius addicit, conſcientia accuſet.*

Rælat. in can. in cunctis 52. 11. q. 3

Et dicere ferè cum Paulo poſſumus
*Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.*

Paul. ad Corinth. 2 cap. 1. verſ. 12.

Igitur.

*Solatium eſt homini, nihil meruiſſe quod patitur.*

*Ex Simoni de* Harman. Schedel. chronic. totius hyſtor. fol. mihi. 60.



# INDEX RERUM.

## Hoc in opere contentarum.

*Litera A. denotat Allegationes, tan Vigiliarum, ſiue Deciſſionum, quam Propugnationis in fine voluminis collocatæ.*

*Litera P. ipſam deſignat Propugnationem.*

## A.

ABSENS *Conueniendus, quando in perſona citãdus, & quãdo defendendus. Uigil. 26. per totam.*

Abundantia. *Rerum, inſolentes reddit prouinciarũ accollas. P. §. 3.*

Accomulatio *Primo debet fieri proceſſui, ſi eiuſdem qualitatis iudices: ſin minus, vel fori diuerſi, maiori ſuperiorique. Vigil. 27. n. 3. 4. & 12.* Hoc *ſi materia indiuiſibilis; àlias ſecus, n. 5.*

Accuſato *Mortuo, an ſpiret inſtantia: & quando pœna ad heredes tranſeat. Vigil. 16.*

Actiones *Et iura, minimè circumſcribuntur loco. Vigil. 49. n. 34. & A.* Actio & *paſio, in eodem ſubiecto, & eodem tempore non concurrunt. Uigil. 9. n. 5.* Actiones, *non cedere, vel ineficaces cedere, idem. Uigil. 34. n. 35.* Actionẽ *qui habet, ipſam rem habere videtur, quomodo intelligendum. Uigil. 49. n. 14. A.*

Actus *Quilibet interpretationem á ſubiecta materia accipit. Uigil. 46. n. 27.* Actũ *fruſtratorium quẽ feciſſe, non præſumitur. Uigil. 30. n. 18.* Faciens *actum, omnia facere, & exprimere cenſetur quæ rei natura, & conſuetudo expoſcunt. Vigil. 30. n. 31.*

¶ Addic-

Addictionis *In diem pactū. Vigil. 31. n. 21. A.*

Adiunctis *Vti debet Epiſcopus, dum contra Capitulares procedit. Vigil. 2. per totam.*

Adquirere *Renuens, pauperior non fit, ſed qui de ſuo deponit patrimonio. Vigil 34. n. 35. & 37.*

Adulatores *Et detractores vitandi à Gubernatoribus P. §. 23. n. 21. & ſeqq.*

Aduocatus *Patrocinium ſuſcipere cogitur. Vigil. 48. n. 34.*

Affectio *Non raro in vilioribus etiam rebus inuenitur. Vigil. 41. n. 27.*

Alguazelli *Ad libitū ferè ſemper reuocari poſſunt. Vigil. 47. n. 48.*

Alere *Filios Pater tenetur Vigil. 33. n. 1.* Alimenta *marito pauperi, vxor præſtare tenetur, etiam diuortio facto, Vigil. 14. ex n. 1. 5. & ſeqq.* Non datur *Filio ſi habeat vnde ſe alat. Vigil. 33. n. 34. 41. 49. & ſeqq. & n. 58. & 59.*

Alias, & Aliter *Dictiones, formam inducunt. Vigil. 2. n. 15.*

Alteri *per alterum iniqua inferri conditio non poteſt. Vigil. 2. n. 30.*

Addic-

Alienatio *Rei Eccleſiaſticæ prohibita. Vigil. 35.* Alienantium *pœnæ, ibi, n. 4. & ſeqq.* Quandoque *permiſſa, & quibus ſolemnitatibus, n. 7. & ſeqq.* Forma *ſeruata, iuſtam interueniſſe cauſam creditur, dum contrarium nō probatur. n. 17. & 18.* Pontifex *non coſulendus, n. 25. & 26.*

Amator *ſui, beneuolus ve nignus que quilibet eſt. Vigil. 37. n. 2. & 5.*

Annata, *& omne datū reſtituitur, quotiens officij renūtiatio nulla redditur ex defectu legitimi ſubiecti. Vigil. 4. n. 9. A.*

Ancillarū *Partus in fructu non ſunt. ſed dominium ſequuntur, vt & Matres, Vigil. 12. n. 23. & ſeqq. & A.*

Antiquitas *veneranda, Vigil. 29. n. 19. A.*

Antiqua *Inſtrumenta, pro ſe habent præſumptionem. Vigil. 8. ex n. 16.* Quæ antiqua *dicantur, ibi, & in A. & poſt n. 21.* In iudicis *reſidet arbitrio, n. 22. & in A. n. 21.* Filij nominatio *in illijs, etiam enūtiatiua, probat, Vigil. 29. n. 11. A.* In antiquis, *leuiores ſufficiunt probationes, nec ſunt neceſſariæ plenæ. Vigil. 8. & A.*

n.



*n. 18.*

Appellatio *Defenſio eſt, Vigil. 2. n. 22.* Ob cuius *tutamē ab Eccleſiaſticis etiam, ad Regia iuſte recurritur Suprema Tribunalia, ibi, ex n. 24.* De delegato *ad delegantem, an & quando procedat, Vigil. 25. ex n. 30.* A correctione, *non ſuſpendit; niſi modum excedat Superior. Vigil. 2. n. 45. & 46.* In appellationibus, *conſuetudini deferendum. Vigil. 25. n. 37.* A declaratione *excommunicationis, quando procedat. P. §. 35. n. 1. & ſeqq. & §. 36. ex n. 1.* Interpoſita, *à renuntiatario ob repulſionem & denegationem tituli officij à Pro regibus, & Præſidibus; non ad Regias procedit Chancellarias ſed ad Dominum Regem. Vigil. 6. n. 12. A.* Ad Gubernatorē *à iudicibus ordinarijs, vulgo Alcaldes, quādo, Vigil. 25. n. 36. & A. n. 33.* Nō datur *à cōfeſſione iuditiali. Vigil. 10. n. 7.* Ommiſſo medio *iure Pontificio, & Regio procedit. Vigil. 25. n. 38.* A non admiſſa *iuſta excuſatione, valet. Vigil. 48. n. 38,* A ſententia *interlocutoria, quando procedaa, P. §. 35. ex n. 1.* A ſuſpenſione, & captura, *an? ibi, n. 7. & 8.* Iudici *ſpreta appellatione procedēti, reſiſti iure poteſt P. §. 36. n. 3. & 4.*

Apoſtoli, *Studioſiſsimi humilitatis, ſe omniū ſeruos nūcupabāt. P. §. 23. n. 16. & ſeqq.* Succeſſores *eorum, an & quomodo ſunt Epiſcopi, ibi, & infra litera E. Epiſcopus.*

Arbitriū *Non de abſoluto accipiendum, ſed de regulato ad iuris rationem. Vigil. 47. n. 21.* Suſcipere *nemo cogitur: ſemel acceptatū perficere compellitur. Vigil. 48. n. 22.*

Armorum *Uſus* [Piſtoletes, y Caravinas] *prorſus omnibus interdictus: etiam exemptis. Vigil. 35. n. 9.*

Aſſeſſoris *Officiū ad exercēdum, quis non metu, ſed premij ſpe vocandus. Vig. 48. n. 21.* Cogi *tamen poteſt, ibi, n. 35.*

Auditores *Regij, Inquiſitoribus præferuntur. P. §. 19. n. 3.* Non facile *excommunicantur P. §. 32. n. 12. & ſeqq.* Regem *nedū in communi repreſentant; ſed etiā particulatim, ibi, & A. & n. 18.* Auditoris *officium iuriſperitus cogitur acceptare. Vigil. 49. n. 34. & A.*

B.

Baptiſmi *Liber, ætatē baptizati, non filiationem nataliū ve probat qualitatem. Vigil. 29. n. 37. & in A.*

Baſtardi *Filij alij* Bordes, *qui? Vigil. 45. n. 3. & 5.*

Belli *Calamitas, cum pacis lenitate compenſatur. Vigil. 4. n. 2. A.*

Beneficia, *ad libitum Pontifex tollere poteſt, Vigil. 47. ex n. 1.* Non intempeſtiuè *reuocanda, ſed permanentia eſſe debent, Vigil. 28. n. 20.*

Beneplacitum, *morte extinguitur. Vigil. 47. n. 2.* Et formali *expræſione, n. 3.* De iuſta *voluntate intelligendum ibi, n. 41.* In officijs *Pro Regum Indiarum, ad ſex vſque annos extenditur, Vigil. 47. n. 18.*

Beneuolus *quilibet ſui cenſor eſt, Vigil. 37. n. 3. & 4.*

Bona *vulgo* Gananciales, *vxor ad mariti fauorem renūtiare poteſt, & quare, Vigil. 34. ex n. 36.* Maritus *ea alienare poteſt, ibi, n. 40.* Quando *emptorem bona debitoris non inueniunt, iuris remedijs creditori ſubuenitur. Vigil. 39. ex n. 15.* In bonis *noſtris res eſſe dicimus, quas bona fide poſſidemus. Vigil. 13. n. 17. & Vigil. 49. n. 6.* Bonorum *appellatione, quæ comprehendatur? Vigil. 49.*

Bullarum *& reſcriptorum retentionem, aliqua pete ex Vigil. 22. & remiſsiuè; n. 23. 24 & 25.* Ab illarum *retentione ſemel ſupplicatur; non ſecundo. Sed in recurſu* de fuerza *nullatenus. Vigil. 22. n. 26. A.*

Bullæ *in Cœna Domini verba* pro ceſſando, banniendo, capiendo, *intelliguntur P. §. 29. n. 5. 6. & ſeqq.*

Burdones *in Vlpiano, & ex Sacra pagina, idē quod* Mulos. *Vigil. 45. n. 5.*

C.

Cancellariæ *Indiarum, ius habent apponendi manum Regiam ob publicum bonum, ne violentiæ fiant, quaſcumque etiam Bullas & Literas retinēdi. Vigil. 22. & n. 23. 24 & 25.*

Capitula *Cathedraliū, pro ſe fundatam habent intentionem, ne contra Capitulares, ſine adiunctis Epiſcopus procedat, Vigil. 2. ex n. 3.*

Capitanei *Generalis iuriſditio, delegata eſt, odioſa & reſtringibilis, Vigil. 27. n. 14. & 16*





Carnem *Suam, nemo vmquam odio habuit. Vigil. 37. n. 4.*

Caſtrenſium *bonorum Filij inteſtato decedentis, pater retro dominum fuiſſe creditur: ita quod ab eo numquam dominium diſceſiſſe cenſeatur. Vigil. 6. n. 11.*

Caſus *noluntatis & impotentiæ, æquiparantur. Vigil. 6. n. 7. & 8.*

Cauſa *ſemper preſumitur in Principe, quando officia tollit, Vigil. 47. n. 4. & ſeqq.* Rerum *inſpicienda, non materia P. §. 23. n. 9.* Cauſæ *Eccleſiaſticæ & Spirituales, laicis à Pōtifice delegari, & commiti poſſunt, P. §. 20. n. 3. & §. 28. n. 6. 7. & ſeqq.* Dei, *deferuntur; hominum cauſæ defenſores habent, P. §. 17. ad fin.*

Cenſor *ſui, quilibet venignus eſt, Vigil. 37. n. 5.*

Cenſus *irredimibilis poteſt conſtitui, dum fraus præcio nō fiat, Vigil. 11.* Intellige, *vt n. 2. 3. & ſeqq.* Pactum *vt cenſum redimere non liceat, niſi aliquo tranſacto tempore, nullum, ibi, n. 4.* Ut in pænam *quis cēſum ſtatuto die nec ſoluens, illum redimere teneatur an validum? n. 7. & ſeqq.* Pecuniæ *præſentia, an præciſſé neceſſaria formationis cenſus tempore? ibi, ex n. 15.*

Cædendarū *Actionum beneficium, quid, & quibus competat? Vigil. 24. ex n. 1.* Quare *concedatur, n. 8. & 9.* Fideiuſori *an competat, ibi, & n. 12. Quid ſi in efficaces ipſi à creditore cædantur actiones? ibi, ex n. 17.*

Citatio *ad domum, quando ſuficiat, Vigil. 26. n. 2. & 3.* Si domū *non habeat, vicini certiorandi, aut per proclama citandus, n. 4. 5. 6. & ſeqq.* In cauſa *quæ me iuvito iure expediri poteſt, non eſt neceſſaria, n. 18.* Nec *in executione confeſionis factæ, n. 19. & 20.* Diſtingue *inter cauſas ciuiles & criminalis, quod confeſus pro iudicato habetur. Vigil. 50. n. 3. A.* Citatorij *libelli ſolemnitas olim, quæ, Vigil. 26. n. 6. A. remiſiue,* Ommiti, *renuntiari que non poteſt.* Si ſpreta *citatione quis cōdemnatur, nulla condemnatio, & barbaricè, tyranicèque, proceditur, P. §. 33. ex n. 1.*

Communionem *quis inuictus habere non tenetur, vigil. 1. n. 27.*

Cōcubitus *Damnatus quis ſit,*

ſit, vigil. 45. n. 16. & 17.

Concubinæ vſus, prohibitus, vigil. 45. n. 13. A.

Concilij Tridentini protector eſt Rex noſter, vigil. 2. n. 27.

Confeſio non tertio, ſed cõfitenti tantum præiudicat, vigil. 50. n. 29. & ſeqq.

Confeſſus pro iudicato habetur, diſtingue inter cauſas ciuiles & criminales, vt Vigil. 50. n. 3. A.

Confeſionis effectus, vigil. 10. Maior omnium probationum eſt confeſio iudicialis, n. 1. 2. & ſeqq. Extraiuditialis, quid operetur, n. 9. & ſeqq. Fauore piæ cauſæ valet, etiam parte abſente, n. 23. & 30. Ad liberandũ prodeſt, n. 24. Res iudicata creditur, vigil 26. n. 19. Intellige vt Vigil. 50. n. 3. A. Minoris extra iudicialis, non acceptata, vigil. 29. n. 28. & ſeqq. Ueritati conſtanti nõ præiudicat, n. 31.

Condemnatũ eſſe, vel pro condemnato haberi; idem ferè vigil. 2. ex n. 35. In auditum & indefenſum condemnare; contra ius naturale, vigil. 26. n. 1. Leges abhorrent, vig. 47. n. 29. Barbaricæ & tyrannicæ feritatis eſt, P. §. 33. n. 2. 3. & ſeqq.

Contractationis cum exteris pœna, in Regnis Indiarum vigil. 44. n. 28.

Contraria ſimul eſſe non poſſunt, vigil. 6. n. 2.

Comprobatio Scripturæ duorum triumve notariorum comprobatione, notariatũ probat, vigil. 8. n. 13. & A.

Collegium, & communitas non excommunicantur, P. §. 32. n. 19. & ſeqq.

Concionatorum qualitates ex Concilio Tridentino, P. §. 26. n. 1. & ſeqq.

Correctio ommiti poteſt, dum non proficere probabiliter ſperatur, P. §. 26. n. 4. In correctione proceditur de plano, & ſine figura iudicij, vigil. 2. n. 45. Et abſque appellatione, ibi, n. 46. Niſi modum excedat ſuperior, ibi, n. 47.

Correctore mortuo, iuriſdictio Locum tenentis an ſpiret, vigil. 25. n. 14. & ſeqq. & A.

Conſtantinus Imperator, primus Eccleſiaſticis exemptionem conceſsit, in cauſis ciuilibus, & criminalibus, P. §. 28. n. 8. & ſeqq.

Conſiliarij Regij, partes ſũt corporis Principis, vigil. 37. n.



n. 14. Propter quamdam reuerentiam ipſis debitam, regulariter non excommunicantur, niſi ſceleris pondus, aut qualitas id expoſcat, P. §. 32. n. 12. & 17.

Comiſſi pactum in cenſu appoſitum, valet, vigil. 11. n. 13. & n. 14. Quid in Aragonia? ibi, n. 14. A.

Commiſſio iudici data, an exerceatur cum qualitate iudicis, an verò Commiſsionis delegatæ, vigil. 25. n. 22. & 27. A. & . 46. Acceptare cõmiſsionem, an quis compellatur, vigil. 48. n. 36.

Conditio, ſi ſine Filijs deceſſerit, non adimpletur Filijs naturalibus relictis, vigil. 45. n. 20. & A.

Conſenſus Spontaneus, nõ idem operatur quod officij neceſsitate præſtitus, vigil. 30. n. 5. Quid ſi præſumptus ex præſentia partis? n. 6. & 7. Non datur regreſſus aduerſus conſenſum, niſi dolus ad ſit ibi, n. 8.

Conſuetudo, vnico actu etiam cum quadraginta annorum decurſu procedit, vt in vigil. 32. n. 28.

Conſcientia vbi eſt ſana, cætera (ſi patiantur) accidentia, ad merita ſunt, P. §. fin. ad finem. Alicuius conſcientiæ quando aliquid relinquitur, an in huiuſmodi negocijs recurſus detur ſi perperam exequatur, vigil. 43. ex n. 11.

Conſanguineorum retractus, vide vigil. 40.

Contractus irrevocabiles an in teſtamento celebrentur, vigil. 15. ex n. 15. ad num. 20. Ualidus per invalidum non reſcinditur, n. 26. Prohibitus à lege, iuramento non confirmatur, quando verba prohibitionis, lex in perſonam dirigit: ſecus ſi in rem ipſam, vigil. 18 n. 17. Sed contra, n. 18. Per ſecundum à primo recæditur cõtractu, partium voluntate, vigil. 31. n. 35. Metu celebratus nullus: & iuramentum etiam in eo præſtitum, vigil. 18. n. 20. & 21. & A. n. 19. Conditionalis impleta cõditione perficitur, vigil. 40. n. 12.

Contrahentibus ſe in vicẽ circumvenire in prætio licet, vigil. 46. n. 7. Intellige vt n. 18. & ſeqq.

Continentia cauſæ, non diuidenda, vigil. 27. n. 1. & 2.

Culpa lata, dolo comparatur, vigil. 41. n. 7.

Curator bonis abſentis, quãdo

do & quis dandus? vigil 26. n. 8. 9. & ſeqq.

Creditores Chyrographarij eiuſdem qualitatis ſunt: ideo quiprius debitum petit & recipit, potior & ſecurus eſt in ſoluto debito, vigil. 3. n. 19. Amplia vt ibi A. Exigentes debitum à fideiuſſoribus, acciones cedunt, vigil. 24. ex n. 12. Creditor vti debitoris procurator, ſibi obligata bona vēdit, vig. 38. n. 7. Rem ſibi obligatā vt alius quilibet emere poteſt, vigil. 39. n. 4. 5. 7. & ſeqq. Fallit tamen, ibi, ex n. 8. ad num. 3. Intellige n. 4. & 5. Et ad prælationem admititur, ibi, n. 9. Obligatam rem vendere permitens, pignus remitit, vigil. 30. n. 14. Cui naturaliter tantum debetur, verè creditor non eſt, nec locum tenet creditoris vigil. 46. n. 12. & ſeqq.

Crimina non corriguntur pæna ordinaria, ſed puniuntur vigil. 2. n. 44. Remiſſiones eorum, ſtricte interpretantur, vigilia, 23. n. 1. Impunita relinquere, magnū inconbeniens ibi, numer. ſeqq. Iram prouocat Dei delinquentium impùnitas, n. 7. Principes quæ, quado, & quo modo ea remitunt, n. 15 & ſeqq. Non facilè concedendæ remiſſiones delictorū n. 20. & ſeqq. Remiſſio, infamiam rei nec remitit, vigil. 23. n. 33. & ſeqq. Criminum remiſſiones, intelliguntur de ſemel commitente crimen, nō de reiterante, ibi, n. 37. & vigil. 35. n. 18.

Chriſti, non tantum Sacerdotes, ſed & Reges maxime appellantur paſſim in Sacra Scriptura, P. §. 28. n. 12. A. in fine. & §. 19. n. 8.

Chriſtianitas in vulgo Indiarum, non ſatis tuta, apparens & ſuperficialis, P. §. 3.

Clauſula conſtituti, & precarij, in iuribus & nominibus debitorum non operatur, cum requiratur poſſeſſio; & iura hæc non poſidentur, vigil. 12. n. 18. A. Ratificando, in mandatis quando operetur, vigil. 20. n. 45. & ſeqq. Si præces veritate nitantur, in reſcriptis ſemper intelligenda, vigil. 22. n. 24. A.

Climatum Hiſpaniæ & Indiarum, rerumque differentia P. §. 5. & ſeqq, & §. 8.

Clerici incontinentes quomodo corripiantur, vigil. 2. ex n. 35. Monachorum & Clericorum abundantia in Prouincijs Indiarum P. §. 9. Nec facilè eſſent in ſacro cooptandi miniſterio, ibi, Multi boni docti, & humiles ſunt, P. §. 10. Exemptio illorum à Secularibus iudicibus, quando? & an de iure poſitiuo P. §. 28. ex n. 8. & ſeqq. Delinquentes ſimul, Clericus & Laycus, coram Eccleſiaſtico conueniuntur, vigil. 27. n. 8. Sed iure & conſuetudine Regni, aliud, n. 5. & 8. A. Quidam concubinarius effrenus, inſulam Hiſpaniolam inquietauit P. §. 15. 16. & ſeqq. Pernoctantes Clericos cū armis inuentos, poteſt ſecularis iudex comprehendere, & armis ſpoliatos, ad ſuos remitere iudices, abſque vllo cenſuræ ſcrupulo P. §. 29. n. 4. Et quādo capi poſſit Clericus à iudicibus ſecularibus abſq; in curſus cenſurarum metu, P. §. 29. per totum, Proceſſari quando poſſit, & in eum inquiri, P. §. 22. n. 3. 4. & ſeqq. Multis in caſibus Clerici iudicibus Secularibus ſunt ſubiecti, P. §. 28. n. 14. & A. Mulcta & pecuniarijs pænis puniuntur, & exiliantur ſi Regi inobedientes ſunt, P. §. 28. n. 20. 23. 24. & ſeqq. Seditioſi publicā ve turbantes pæcem, in temporalitatibus condemnantur, & à Regno expelluntur, abſque, vllo cenſuræ metu, P. §. 22. n. 10. 11. & ſeqq. Etiā ſi Epiſcopali, ſeu Archiepiſcopali perfulgeant dignitate, ibi, n. 13. Id que procedit in eos qui dignitates ſimoniace adquiſierunt, ibi, n. 14. cætera infra verbo. Eccleſiaſtici.

## D.

Debitor quibus locis coueniatur, vigil. 26. n. 17. Poteſt non adquirere in præiuditium creditorum, vigil. 34, n. 44. Et quare n. 35. & 37. Soluens alteri quā cui debet iudicis mandato, quando liberetur, vigil. 42. ex n. 1. Compulſionem aliquam pati debet antequam ſoluat, ibi, n. 5. Ille verè eſt, aut intelligitur, à quo inuito pecunia exigi poteſt, vigil. 46. n. 10. & ſeqq.

Deberi ſibi ipſi nemo poteſt vigil 9. n. 4. & 6.

Declaratio excommunicationis abſque citatione facta, nulla eſt, P. §. 33. n. 6. Ab ea appellari poteſt, P. §. 35. n. 1. & ſeqq. & §. 36. n. 1. & ex n. 9. cum §§. ſeqq.

Deffenſio cui competit, etiam per ſe, & per amicos, pri-

uatasque perſonas exercere poteſt, P. §. 20. n. 18.

Deffenſor pro reo, quilibet admititur etiam ſine mãdato. vigil. 20. n. 12.

Delegatio quid? & quando celebretur. Species donationis eſt, Vigil. 19. n. 1. 2. 3. & ſeqq. Quæ illius requiſita, ex n. 5. ad n. 16. Ritè celebrata, vicem ſolutionis habet, n. 4. Ipſo iure tollit obligationẽ, & ſi obligatus nec ſoluendo ſit, n. 20. 21. & 22. Quamuis habeat vim ſolutionis, minus quã ſolutio valet in tertij nec conſentientis præiudicium, vigil. 19. n. 20. A.

Delegante mortuo re integra, iurisdictio ab eo delegata ſpirat, Vigil. 22. n. 10.

Delicta non prohibere, aut non punire, permitere eſt. Et quæ adferunt incommoda, Vigil. 23. ex n. 1. & P. §. 20 n. 17. ſupra verbo, crimina. Nõ preſumuntur, vigil. 8. n. 4. Geminatum delictum veniã non conſequitur. Vigil, 35. n. 18. & Vigil. 23. n. 37.

Delinquens, Voluntarie cõſentit pænæ, vigil. 11. n. 12. Impuniti & tollerati delinquẽtes, indics in republica deteriores fiunt, P. §. 22. n. 9.

Detractores à Rectoribus vitandi, & adulatores maximè, P. §. 23. n. 21 & ſeqq.

Deuotio, non tam vera quã affectata in vulgo Indiarum P. §. 3.

Dictiones, Alias, & Alter, formam inducunt, vigil. 2, n. 15. Et, dictio, copulatiua eſt, & coniungit caſſus, vigil. 4. n. 5. Aut, dictio, quandoque ex ſubiecta materia accipitur coniunctiuè, vigil. 4. n. 6.

Dignũ magis, ad ſe minus dignum trahit, vigil. 27. n. 7.

Diſpoſitum in vno ex æquiparatis, & in alijs idem diſpoſitum cenſetur, vigil. 6. n. 8.

Diuiſionis beneficium, renuntiari poteſt, vigil. 24. n. 6. A.

Doctori diſtinguenti, credendum, vigil. 43. n. 15. & ſeqq.

Doctrina operum, tenatiús inhæret quam verbornm, P. §. 26. n. 2.

Docti multi ſunt. & ingenio viuaces in Indiarum Regnis; præſertim in Mexicana Nouæ Hiſpaniæ Prouincia, P. §. 7.

Dolis obuiandum, vigil. 12. n. 7. & vigil. 24. n. 21. Iuramentũ in litem dolum requirit: an proprium, vel alienum & an præſentem, vel præteritum, Uigil. 41. n. 4. & ſeqq. & n. 11. & ſeqq. Dolo comparatur culpa lata, n. 7. Dolus dans cauſam cõtractui, ipſo iure nullum reddit illum, vigil. 39. n. 15. & vigil. 46, n. 18. Ex dolo tutoris, pupillus non conuenitur, vig. 41. n. 13.

Dominium in pendenti eſſe non poteſt, vigil. 6. n. 4. Dominio reſoluto, reſoluitur hypoteca, vigil. 5. n. 8. & 9. Regulariter, niſi traditione non transfertur, vigil. 12. n. 8. Intellige vt ibi, n. 16. 17. & 19. In petitorijs, probandum, vigil. 29. n. 17. Abſq; traditione an tranſeat in retrovenditione, vigil. 31. n. 8. 9. & ſeqq. & n. 20. Et ſi in corporalibus traditione opus ſit; in incorporalibus ſuficit patientia, Uigil. 49. n. 9. A. Quare, & quomodo ad vendicandum neceſſarium ibi, n. 14. A.

Donatio abſenti facta, olim non valida: hodie quid? vigil. 12. ex n. 1. Non indiget cauſa n. 2. Donator ad quid teneatur. n. 12. 13. & ſeqq. Euictioni locus an ſit in donatione, n. 14. Mortis cauſa vt ſit, quæ requirantur, ibi, n. 20. & ſeqq. Inter viuos, inſinuatio neceſſaria, & ad quam vſque ſummam, ibi, n. 22. & A. Mortis cauſa cum clauſula ne reuocari poſſit, an tranſeat inter viuos, Uigil. 15. n. 8. & ſeqq. & ex n. 21. Liberalitas eſt. quæ nullo fit cogente iure, Vigil. 33. n. 48. Vir & vxor interſe, donare non poſſunt, Vigil. 34. n. 8. Duobus donata res, ille præferendus qui prius rei poſeſſionem adeptus eſt, Vigil. 12. n. 9. Intellige vt ibi, n. 18.

Dotis conſeruatio, reipublicæ fauorem, & vtilitatem reſpicit, non principaliter, ſed ſecundario, Uigil. 18. n. 15. & 16. Priuilegia illius ad filios, non ad extraneos tranſeunt heredes, Uigil. 24. n. 36. & 37. Filiam dotare, quando Pater teneatur, Vigil 33. Obligatio hæc, an à iure naturali proueniat, ibi, ex n. 1. Cum Filijs, de dote paciſci nequit, n. 12. & ſeqq. Dos in fraudẽ data creditorum, reuocatur, n. 23. & ſeqq. Liberalitas á Iuſtiniano appellatur, ibi, n. 44. Rerum dotalium an maritus dominus Vigil. 13. Acceſiones illarum, & quæ nec in fructu ſunt, marito non quæruntur, ibi, n. 3. Æſtimatione Facta quomodo ven-

venditio præſumatur, n. 21. 22. & ſeqq. & A.

## E.

Eccleſia, ſi læſſa in alienatione, reſtituitur, Vigil. 32 n. 16. Heres Relicta, nec inuentarium faciens, reſtitui poteſt vt non teneatur vltra vires hæreditarias, Vigil 40. n. 20. A. & Vigil. 36. n. 6.

Eccleſiaſtici, Eorũ numeroſitas, qualitatesque, vt in plurimum, in Regnis Indiarũ P. §. 9. Exemptiones illorum, non raro anſam delinquendi præbent. P. §. 27. n. 3. 4. 7. & ſeqq. Abuſſus earũ, ibi: Ideo priuilegijs exvi merentur, qui eis abutuntur, §. 27. n. fin. Eccleſiaſticorũ exemptio, an à iure diuino, an vero poſitiuo proueniat, P. §. 20. n. 4. & §. 28. ex n. 8. Cauſæ eorum etiã ſpirituales laicis Pontifex cõmitere poteſt, P. §. 20. n. 3. Olim ſubiecti erant Iudicibus Secularibus in ciuilibus & criminalibus, P. §. 28. n. 8. & ſeqq. Quando initium habuit exemptio, ibi, Regi ſubijciũtur tamquam ciues, & mẽbra Reipublicæ, in ordine ad bonũ publicum, rectamque gubernationẽ, P. §. 19. n. 4. & ſeqq. Leges commune bonum reſpicientes, ol ſeruare tenẽtur, ibi, n. 9. Vocati à Rege ire & obedire tenentur, ſub pæna, n. 10. Uaſalli ſunt & reuerentiam præſtant, P. §. 19. n. 15. & ſeqq. Si à fidelitate deffecerint, & læſſe maieſtatis crimẽ commitant, à Secularibus iudicibus an quomodo, & quando puniãtur, P. §. 20. ex n. 1. cum §§. ſeqq. De facto Reges procedere ad vltimam vſque pænam, exemplis demonſtratur, §. 20. ex n. 7. Improbatur ab Authore, ſi iuriſdictionaliter procedatur, & maximè ad capitalem pænam: ſecus ſi æconomicè vel politicè ad exilium, vt eminens arceatur malum, P. §. 21. & §. 22. cum §. 23. n. 6. & §. 28. ex n. 19. 20. & ſeqq. Procedendo tamen, & probabilẽ ſequẽda opinionem, excuſatur iudex, P. §. 22. n. 2. Informationes an & quando in eos, Seculares iudices accipere poſſint, P. §. 24. ex n. 1. & §. 25. late, cum §. 26. n. 45. & ſeqq. & dicto §. 22. n. 3. & ſeqq. Rex noſter in eos animaduertere poteſt tamquam Pontificis Legatus, ex Bullis ab Alexandro & alijs conceſſis, P. §. 28. ex

n.



n. 3. 4. & ſeqq. Pacem turbantes, Regique poteſtatẽ & obedientiam negantes, vltra mortale peccatum quod commitũt, ab ipſo Rege intra politicæ ditionis terminos iure puniuntur §. 28. n. 19. 20 & ſeqq. Iudicis Eccleſiaſtici negligentiã an & quando Secularis ſupleat, P. §. 22. n. 6. & 7. Quibus caſibus iudicibus ſubijciantur Secularibus, P. §. 28. n. 14, & A.

Eccleſiaſticæ rei alienatio, prohibita, Vigil. 32. Cauſas Eccleſiaſticas & Spirituales Pontifex Secularibus commitere & delegare poteſt, P. §. 28. n. 6. 7. & ſeqq. & §. 20. n. 3.

Effectum contrarium non debet operari quod ad certum dirigitur finem, Vigil. 30. n. 29. Dum eũ conſequimur, de modo non eſt curandum, Vigil. 36. n. 20.

Emanuelis Rodriguez, Authoritati in puncto iuris. tanta adhibenda eſt fides, quanta peritiſſimo iuriſperito. P. §. 30. n. 5.

Emphytenta Eccleſiæ, ſi per biennium in ſolutione ceſſaverit, incidit in commiſſum res Vigil. 32. n. 19. Sed moram purgabit, n. 20. Intellige, ante commiſſi declarationem, n. 23. Data emphytenſis ſibi & heredibus, ad extraneos non trãſit, nec vltra tertiam generationem, ibi, n. 27. Intellige tamen, vt n. ſeqq.

Emptor rẽ vſucapit, fructusque adquirit, niſi conditionalis venditio, Uigil. 31. n. 25. & ſeqq. Subhaſtatæ rei, reuocata per appellationem ſubhaſtatione, an rem, an vero prætium reſtituat. Vigil. 38. Sub pacto retrouendendi, fructus interim facit ſuos, & rem alijs vendere poteſt, Uigil. 40. n. 27. Secus in conditionali emptore ibi, n. 28.

Epiſcopus, rerum Eccleſiaſticarum non Dominus, ſed adminiſtrator, Vigil. 32. n. 3. Contra Capitulares qua forma procedere debet, Uigil. 2. ex princip. Quid in viſitatione, ibi, n. 1. & ex n. 41. Vim facit, & nulliter contra Concilium agit ſi renuit adiunctos acceptare, & procedit ſolus, ibi, ex n. 14. Ad capturã quãdo ſolus procedat, ibi ex n. 32. In viſitatione poteſt procedere ſolus ad animaduerſionem cõtra rerum Eccleſiæ adminiſtratores negligentes, ibi, n. 49. Nullum efficax ius adquirit

per

*per ſolam Patroni poſtulationem, dum à Pontifice non approbatur, Vigil. 6. n. 9.* Uicarium *à ſe conſtitutum, in auditū, vel ſine cauſa, an iure remoueat, Vigil. 47. n. 9. & ſeqq. & ex n. 17. 37. 44. & 46. cū ſeqq.* Deſides aliqui *in correctione ſubditorū: nec pauci Regijs ingrati beneficijs, P. §. 10. §. 11. & §. 12.* Vocatus à Rege, *ire & obedire tenetur,* [*pri uſquam ſuo* Metropolitano] *ſub legum pænis, P. §. 19. n. 10. & ſeqq.* Tribunalia *etiam Suprema Regia, idipſum præcipere poſſunt, ibi, n. 12. & 13.* Aliàs *à Regno expelluntur, & temporalitates amitunt, nec ex hoc in excomunicationem Bulle in Cœna Domini incurritur, ibi, n. 14.* Vaſalli ſunt Regis: *ideo fidelitatem iurant, ex priuilegio etiam Pontificio, §. 19. n. 15. 16. & ſeqq.* Apoſtolorum *eſſe ſucceſſores, quomodo intelligatur,* P. *§. 23. n. 14. & n. 13. A.* Principes *quomodo dicantur, ibi, & n. 16.* Cathedra *eorum, onus eſt, n.* 17. *18. & ſeqq.* Rex *inobedientem ſibi Epiſcopum, ad ſummum Pontificē remitere poteſt vt eum puniat P. §. 25. n. 10. & ſeqq.* Subditorum *exceſſus punire tenetur, aliàs vti ſuſpectus notatur. P. §. 27. n. 2. 3. 5. 7. & 8.*

Æquitate *inſpecta, aliqua tollerantur, Vigil. 21. n. 17.* Æquitas *ſemper in iure ſpectāda, Vigil 34. n. 48.*

Error *eſt humanæ mentis, certa recipere pro dubijs: bonū putare malum, & verum falſum, P. §. 23. n. 10. & 11.* Errorem *facile commitunt, qui proprios conceptus* Patrū *diffinitionibus anteponunt, P. §. 32. n. 10.* Corrigere *qui negligit errorem, aprobat, & quaſi iubet, P. §. 27. n. 8. & 9.*

Eſſe, *eſt propter operari, P. §. 23. n. 13.*

Euictio, *datur in donationibus à promiſſione incipientibus, Vigil. 12. n. 14.* Euicta re *à iudice vendita, non creditor ſed debitor de euictione tenetur, Vigil. 30. n. 24.* An detur *in eum qui nomen debitoris ſimpliciter vendidit, Vigil. 46.*

Exceptio *coherens alicui perſonæ, ad aliam non extenditur: ſecus ſi rei cohæreat, Vig. 1. n. 3. 4. & ſeqq.* Exceptionē *iudex quando ex officio opponere poteſt, & quando teneatur, Uigil. 17. n. 16. 17. & 18. A*

Excu-



Excuſatio *iuſta ad non acceptandum officium ſi repellatur, procedit iure appellatio, Vigil. 48. n. 38.*

Excommunicatio *regulariter abſque mortali graui peccato, imponi non poteſt, P. §. 30. n. 1.* Omniū *pænarum maxima pæna, ibi, n. 8.* Ideo magna *ex cauſa, grauique eſt imponenda circunſpectione, n. 9. & ſeqq.* Aliàs *ex communicās mortaliter peccat, n. 12.* Magnū *ſibi infert damnum, iniuſte proferēs excōmunicationē.* Cōmitit *ſacrilegiū, & aliàs incurrit pænas P. §. 32. n. 3. 4. & ſeqq.* Princeps Secularis *poteſt ſe interponere, vt abſq. iuſta manifeſtaq. cauſa iudices Eccleſiaſtici ne excōmunicationē proferat, P, §. 32. n. 9. & §. 30. n. 9.* Reges *ab Epiſcopis nō ex comuniantur, §. 32. n. 12.* Quid *in Cōſiliarijs & Senatoribus, ibi, n. 11. & n. 17.* Cōmunitas *& Collegiū non excō municantur, ibi, n. 19. & ſeqq.* Abſque citatione, *in auditaque parte, nulla excommunicatio, P. §. 33. n. 5. & 6.* In iuſta, *etiam timenda: nulla non item, ibi, n. 9.* Iniquè *cum infertur, abſolutione opus nō eſt: nec ob id ſcandalum, dicetur puſillorum, ſed* Phariſeorū *n. 10.* Declaratio *excommunicationis abſque citatione, nulla, ibi, n. 6.* Appellatio *ab ea, procedit, P. §. 35. n. 1. & ſeqq. & §. 30. n. 1. & ex n. 9. cum §. ſeqq.* Iudicis *male iniuſteque excommunicantis pænæ, P. §. 34. n. 4. 5. & ſeqq.* Affectationem *quærere in ceremonijs & promulgationibus cenſurarū, inconueniens magnum, & excuſſandum, P. §. 35. ex princip.* Ab excommunicatione *Bullæ in Cœna Domini, nullus poteſt abſoluere niſi* Pontifex, *aut cum illius facultate, alius P. § . 36. n. 8.*

Executor *teſtamentarius, & ſi heredis loco habeatur, inuetarium facere nō tenetur, Vigil. 36. n. 21.*

Exemptiones *aliquando delinquendi occaſionē præbent P. §. 27. n. 3. 4. & ſeqq.* Scandali *vitandi cauſa, ceſſant P. §. 30. n. 22. & ſeqq.* Exēpti *reſpectu Ordinariorum, extranei, non ſubditi ſunt. Vigil. 27. n. 18.* Vocati *ſi non obediant, pænam non incurrunt, ibi, n. 19.*

Exheredari *filius in Aragonia, ad libitum parentū poteſt,* Uigil. *33. n. 8. A.*

Exhibere *tenetur heres librum rationis defuncti, Vigil. 50.*

50. n. 13.

Expenſæ in re reſtituenda factæ, quæ repetantur, Uigil. 1. ex n. 18. Catholicorū Regū in detectione, & reductione Indiarum, expenſæ, ſummæ, P. § 1. Excuſandæ quando principale debitum excedere poſſent, Vigil. 26. n. 14. & A.

Extenſio in correctorijs, nō admititur, Vigil. 15. n. 1. 2. & 3.

Extraordinaria quæ ſunt, plerumque ſuſpecta fiunt, Vigil. 29 n. 26. & A. Prætioſa eſſe ſolent, P. §. 23. n. 12.

F.

Factum non dicitur quod nō perdurat, Vigil. 30. n. 4. Partis dicitur, iudicis factum: quomodo intelligatur? ibi, n. 22. & ſeqq. & Uigil 38. n. 8. & Vig. 39. n. 11. Facta, potentius quam verba conſenſum demonſtrant, Uigil. 30. n. 30. Ad factum obligatus, ſoluendo inter eſſe liberatur, Vigil. 41. n. 21. Proprium factum, nemo vt ipſe idem ſcire melius poteſt, Vigil. 50. n. 40. Facere quis non tenetur, quod alias factū proficere nequit, Vigil. 46. n. 25.

Fallere ſe ipſum, nihil facilius, Uigil. 37. n. 5. infra Fidem.

Fauore alicuius quod conceſſum eſt, non in eius redditur damnum, Uigil. 34. n. 21.

Falcidiam de legatis non deducit heres inuentarium non conficiens, Vigil. 36. n. 2,

Falſum dicens inſtrmentū, opponens probationi eſt adſtrictus, Vigil. 8. ex n. 3.

Famulus non petens ſalariū intra tres annos: poſtea petere nequit, Uigil. 17. ex n. 12. In Aragonia ſtrictius proceditur ibi, n. 11. A. In mercatorum famulis, officialium, & agricultorum, legis diſpoſitio temperatur, ibi, poſt n. 18. & n. 19. A.

Fæminæ, ad fraudes promptiores, Vigil. 24. n. 31.

Fideiuſor minoris reſtituti non gaudet reſtitutione, Vigil. 1. n. 6. Soluens, ſe reumque liberat, Vigil. 24. n. 4. Creditor fideiuſori ſoluenti, actiones cedit & inſtrumenta tradit, Vigil. 24. n. 15. & 16. Expenſis cedentis, ibi, n. 15. A. Quādo iuſte petat vt à fideiuſione liberetur, Vigil. 28. Tutoris, curatoris, & iudicis ad Syndicatum fideiuſſores; non liberantur ante munus plenè adimpletum Uigil. 28. n. 22. Idem & in cenſus fideiuſſore, ibi, n. 23. & ſeqq. Fideiuſionis comes, ſolutio. ibi, n. 4 & ſeqq.





Fidem qui fallit, indignus omni commodo, Vigil. 31. n. 29. A. Haſtæ publicæ fides, firma eſſe debet ne alias in Reipublicæ perniciem, & Principis authoritatem, damnum experiatur, Uigil. 38. n. 5. & 6.

Filiam dotare pater, an teneatur, Uigil. 33. Renuente patre nubens, ab eo dotem non conſequitur, ibi, n. 27. & ſeqq. Fallit, & intellige, vt ex n. 37 & n. 56. cum ſeqq. Nubens indigno filia, ex heredari poterat: hodie non, Uigil. 33. n. 60. & ſeqq. Conſenſus patris, an neceſſarius, ibi, n. 37. A.

Filius Familias, olim obligari potuit, vt ſui iuris factus poſtea ſolueret, Uigil 34. n. 20. Illegitimis Filijs, non omnibus, iure ciuili alimenta debentur: æquitate verò canonica, omnibus, Vigil. 45 n. 1. & 2. Filius à Patre heres relictus, & ſi nec conficiat inventarium, legitima non grauatur, nec eam perdit, Vigil. 36. n. 13. Filiorum extra matrimonium differentiæ, Uigil. 45 ex n. 1. Eorum in Indijs magna ſcatet ſemper abundantia P. §. 3. Vitioſi frequenter & degeneres, ibi, & n. 6. Alij autem contra, virtutum ſectatores, n. 7. & 8. Naturalis Filius, quis propriè, n. 9. & ſeqq & n. 17. & 18. Capaces ſucceſſionum olim, & poſtea quo vſq. fuerunt? n 21. & ſeqq.

Filiationis probatio impoſſibilis: quo ad matrem, non item, Vigil. 29. ex n. 1. Legalibus coniecturis & præſumptionibus probatur: & quæ ſint? ibi, n. 7. & ſeqq.

Finem eſſectum que dum cōſequimur, de modo curandū non eſt Vigil. 36. n. 20. Finis vbi licitus & permiſſus, medium etiam quo ad finem deuenitur, licitum & permiſſum eſſe debet, P. §. 24. n. 1. & ſeqq. & §. 29. n. 1, & ſeqq.

Fiſcus bonorum defuncti ſucceſſor, an legata ſoluat? Uigil. 44. ex n. 7. & n, 23. cum ſeqq. Inuētario ommiſſo, an defuncti heredibus in ſolidum teneatur, ibi, n. 16. & ſeqq. & n. 31. & ſeqq. & Vigil. 36. n. 5. Semper ſoluendo eſſe creditur, Vigil. 44. n. 16. Nihil ſpecialius in Fiſco præſumitur niſi exprimatur, ibi, n. 22. Principe ſuo, melioris conditionis non eſt, n. 21. Heres anomalus; Fiſcus, ibi, n. 32. & Uigil. 36. n. 5. In bonis ab inteſtato defuncti ſuccedit, cōſanguineos non habentis, ad decimū vſque gradum; ſed defuncti vxorem non excludit, Vigil. 45. n. 37.

Fornicarias Clericus retinens quomodo corrigatur, Uigil. 21 ex num. 35.

Fructus quomodo reſtituantur ab emptore minori aduerſus vēditionem reſtituto, Uigil. 1. ex n. 8. Dominium ſequuntur, Vigil.

9. n. 10. Ex donatione *percepti fructus, poſtea ex aliqua cauſa reuocata, non reſtituuntur, Vigil. 12. n. 6. A.* Dotis fructus *ad maritum pertinent, Vigil. 14 n. 4.* Percepti ex re vendita *cum pacto de retrouendēdo, quid? Vig. 31.* Reſtituendi fructus *differentia in venditione nulla, aut reſciſſa, Vigil. 39. n. 15. 16. & 19. cum ſeqq.*

G.

Gabellam *ſoluere Rex non tenetur gabellarum conductoribus, Vigil. 9. ex n. 1.* In dubijs *an debeatur gabella, ſemper contra eam interpretandum, & declarandum ne ſoluatur, Vigil 9. n. 15. A.* Ex conditionalibus *venditionibus nō debetur, ante illius ad implemētum, Vigil. 40: n. 13.*

Generalis *ſermo, loquentis perſonam comprehendit, Vigil. 9. n. 11. & A.*

Gubernatorum *aſidua infelicitas, Vigil. 48. n. 2. A.*

H.

Haſtę *publicæ fides, conſiſtens eſſe debet, Vigil. 38. n, 5.*

Hereditas *additur animi ſola deſtinatione, Vigil. 44. n. 3. A.*

Heres *qui inuentarium non confecit, non ſemper vltra vires hereditarias tenetur, Vigil. 36.* An in foro *conſcientiæ, n. 4.* Falit in Fiſco, *cum proprié heres non ſit, n. 5.* Fallit etiam *in Eccleſia, & alijs in caſibus, n, 6. & ſeqq. & n. 16. 17. & ſeqq* Trebellianicam *an perdat, ibi, n. 15.* Anomalus, *& qui iure ſuccedit ſpeciali, inuentariū facere non tenetur: ſed qui iure ſuccedit commune ſub legum pænis, ibi, n. 22. & 23.* In Aragonia *omnes cum beneficio inventarij ſuccedunt: Ideo & ſi illud non conſiciant, vltra vires hereditarias crediteribus non tenentur, ibi, n. 22. A.* Defuncti ex contractu, *licet in ſolidum teneatur heres, non tamen ex dolo in eum iuratur in litem, Vigil 41. n. 14 & ſeqq.* Scripturam defuncti *recognoſcere, an cogatur, Vigil. 50. ex n. 8.* Vna & eadē *cum defuncto, perſona creditur: & eius ſcire facta, ibi, ex n. 9.* Non tam *ex defuncti, quàm ex ſuo proprio obligatur facto, n. 15.* Defuncti *contractum ignorare poteſt, n. 16. & ſeqq.* Pro debito *defuncti, an carceretur. n. 25. & 26. & A.*

Homicidia *voluntaria, grauiſsima delicta, Vigil. 16. ex n. 7.*

Hominum *varietas, tā colorū quam morum, & aliarum qualitatum, in Regnis Indiarum. P. §. 2. & ſeqq.*

Hoſtes *publici ſunt, qui alienis inhiant: maxime Miniſtrorum prætextu, P. §. 4.*

Hypotecare *poſſumus quaſcumque res ad nos pertinentes, Vig. 5. n. 1.* Et noſtras *hypotecas, ilijs hypotecare, ibi, n. 2.* Sed reſoluta *prima debiti ſatisfactione, reſoluitur ſecunda, ibi, n. 3.* Officia *an hypotecari, & quomodo poſſunt, n. 4. & ſeqq.* Reſoluitur, *hypoteca, dominio reſoluto, ibi, n. 8.* Pignoris *& hypotecæ differentia, nominis quaſi eſt, cū nec re, & ſubſtantia differant, vigi. 21. n. 16.*

I.

D. Ioannis à Solorzano *opera,* De iure Indiarum, *non obſtāte prohibitiuo Apoſtolicæ Sedis Decreto [ à quo ſuplicatū fuit ] Regia opprobantur ſanctione, & interim iuſſum vt currant, P. §. 28. n. 2.*

Ignorantia: *quæ noceat, Vigil. 42. n. 8. & ſeqq.* Clericorum *tolleranda non eſt, P. §. 9. in fine.*

Imago *Regis, dicitur Rex, P. §. 32. n. 21. A.*

Immemorialis *præſcriptio. Effectus. Et probatio, Vig. 2. ex n. 8.* Unico *ſolum contrario actu, euaneſcit, ibi n. 9.* Tempus *immemoriale, equiualet privilegio, P. §. 20. n. 6.*

Imperium *merum, gladijq; poteſtas, non delegantur, Vig. 25 n. 27.*

Impij *proſperātur frequenter, vigil. 35. n. 17.*

Immunitas *nō extenditur vt obligationi à iure naturali prouenienti, præiudicet, P. §. 28. num. 18.*

Incluſio *vnius, excluſio alterius, vigil. 22. n. 3.*

Incapacitas *iudicum Secularium reſpectu Eccleſiaſticorum, vide infra lit. U. & infra verbo* iudex.

Incombenientia *duo. ſi occurrant, quod minus eſt, eligendum, P. §. 50. n. 17.*

Incorporales *res, & ſi non verè poſideantur, quaſi poſsidere dicuntur, vigil. 49. n. 3. & ſeqq.*

Incontinenti *quæ fiunt, in eſſe actui creduntur, vigil. 31. n. 19.* Ad quod *tempus extēditur, ibi, n. 14. & ſeqq.*

Indiarum *detectio, prodigioſa, P. §. 1.* Cur *ſuo primo vigorę non duravere, P. §. 1. & §. 2.* Vanitas *aliquorum, & cupiditas degentium in eis, ibi, & §. 3. & §. 4.* Non pauci *inueniuntur nobiles, & probi. P. §. 3. & ſeqq.* Ingenia *hominū ibi degentium, viuacia. P. §. 7.* Miniſtrorum *qualitates vt in plurimum, P. §. 3. & §. 4.*

Infans *pupillus, vel infantia*

*tiæ proximus, nec naturaliter obligatur,* Sed *intellige, vt Vigil. 19. n. 24. A.*

Informationes *capere contra Eccleſiaſticos, an & quando ſecularibus liceat iudicibus P. §. 24. ex n. 1. & §, 25. fuſsè cum §. 26. n. 4. 5. & ſeqq.*

In gratitudo *peſsimum vitium, late,* P. §. *12.*

Ingenia *florida & prematura, non pauca in Indiarum Prouincijs, citò tamen deficere ſolent ex varijs accidentibus P. §. 8.*

Iniuriam *iudici illatam, iudex ipſe punit, Vigil. 37.* Maximè *ſi Superior, aut Togatus ibi, & ex n. 9.* Cum notoria eſt; *illico & executiuè punitur pro illius qualitate, n. 16.* Si nec notoria, *aliud, n. 17.* In Aragonia *punitur, & quomodo iudex procedat, n. 18. & A.* Que latent *iniuriæ in ſimulatione officij, permittoſſæ, n. 19.* Patientibus *iniuriam, Dominus miſericordias facit,* P. *§. 33. n. fin.*

Iniurioſus *in ſe, nemo eſſe debet, Vigil. 2. n. 20.* Qui ſuo iure *vtitur, nulli iniuriam facit, Vigil. 24. n. 20.*

Inquiſitores, *aduerſus Epiſcopos in crimine hæreſis procedere nequeunt abſq; ſpeciali Sūmi Pontificis delegatione,* P. *§. 25. n. 6.* Sed informationes *ad Pontificem informandum, capere poſſunt, ibi, n. 7.* Præferuntur *ab Auditoribus Regijs* P. *§. 19. n. 3.* Pro Regibus *Superioribusque Miniſtris procedentibus Æconomica & Politica poteſtate, ob Reipublicæ bonum, pacem & tutamen, ad exilium, & temporalitatum occupationem; excommunicare eos non poſſunt.* Quem *admodum & nec Epiſcopi,* P. *§. 32. ex n. 20.*

Inſinuatio *donationis, inualidè renuntiatur, niſi iuretur, vide Vigil. 12. n. 22. A.* Quid 500. Sol. *importet quantitas, ibi, A.*

Inſtrumentum *falſum allegans, probare illud tenetur: interim pro eo eſt legalis præſumptio, Vigil. 8. ex n. 3.* Si antiquum, *pro eo ſtatur, Et antiquitas huiuſmodi, centum annorum ſuficit, ibi, ex n. 16.*

Interini, *nec ſuccedunt, nec ſucceſſorem habere dicuntur in officio, Vigil. 22. n. 20.*

Intentionis *propoſitum, nō meteria, culpas diſcernit & merita, P. §. 23. n. 9.*

Inuentarium *heres non conficiens*

*ficiens*

*ficies, an vltra vires teneatur hereditarias. Vigil. 36.*

Iudex *in re propria, vel ſuorum cauſis, nullus eſſe poteſt, & ſi à parte hoc minime opponatur, & mortaliter peccat. Uigil. 37. n. 1. & ſeqq.* Iudices, *Deus iudex iudicabit. n. 20.* Et qua mēſura *fuerint menſi, remetietur, ibi.* Secularis *an capax ſit, in cauſis Eccleſiaſticorum.* P. *§. 20. ex n. 2. & §. 28.* Habet *cognitionem in Clericos, aliquibus in caſibus, ibi. n. 5. & §. 28.* Procedendo *in Eccleſiaſticos pro læſſæ maieſtatis crimine [opinionem probabilem ſequēdo] excuſatur. P. §. 22. n. 2.* Iniuriam *ſibi illatam, punit ipſe. Vigil. 37.* Lex viva eſt, *ideo grauius eſt illius quā legis violare præceptum, ibi. n. 12.* Maximè *in Togatis ſuperioribuſque iudicibus, n. 14.* Iudicis factū, *partis factū dicitur. Vigil. 38. n. 8. & Vigil. 30. n. 22. & Uigil. 39. n. 11.* Creare *Ordinarios iudices,* Princeps *ſolus poteſt. Uigil. 22. n. 14. & Uigil. 25. n. 1. & n. 25.* Aliquando iudex *Ordinarius, creat Ordinarium, ibi. n. 2.* Dei miniſtri ſunt, *Sacrum exercent munus, Dij, Sacerdotes, & Presbyteri vocantur. Vigil. 37. n. 9.* Authoritatē *ingenio augere debent, n. 10.* Nec pati *contemni, n. 11.* Pro ſe præſumptionem *habet, niſi nullitas, aut iniuſtitia appareat: nā tunc dolus in eo præſumitur.* P. §. *34. n. 2. & 3.* Qui malé *iudicat, quas incurrit pœnas, ibi. n. 4.* Iudicium *Chriſti peruertit, Ieſum perſequitur, ibi. n. 8. 9. & 10.* Iudice defacto *procedenti, & parte inaudita, reſiſti poteſt. P. §. 33. n. 7. & Vigil. 2. ex n. 16.* Vim ille facit *tunc, & Regiam perturbat iuriſdictionem, n. 8.* Spreta appellatione *procedens, ei reſiſti poteſt.* P. §. *36. n. 3. & 4.* Ecclaſiaſtici negligentiam, *an, & quando Secularis ſupleat.* P. *§. 22. n. 6. & 7.* Iudices Eccleſiaſtici, *paruo negotio, & læui ex cauſa, inhibent Seculares, & immunitates deffendūt intrepide in Secularium ſcandalum, & merorem; & nō raro procedunt debito boni publici zelo poſtpoſito. n. 8. 9. & ſeqq.* In cauſa propria, *nullus eſſe poteſt. Vigil. 2. n. 12. & ſeqq.* Delegatus, *iuriſdictionem ſibi delegatā non exercens, ante quam delegans moriatur, ſpirat iuriſdictio. Vigil. 22. n. 10.* Preceptum Iudicis, *quando excuſet. Uig. 42.*

*ex*

*ex n. 1. & n. 6. & 7.* Nemo *qui fortitudine præditus non ſit, iudex fieri quærat. Vigil. 48. n. 10.* Strictiùs *Iudices iudicatur à Deo. ibi. n. 7. & ſeqq.* Delectorum, *& nominatorũ Iudicum differentia, ibi, n. 43. & 44.* Iudicũ *Secularium* incapacitas, *quo ad Eccleſiaſticos, intelligitur. P. §. 20. ex n. 2. & §. 28. ex n. 6. 7. & ſeqq.*

Iudicium *vbi ceptum, ibi finiendũ. Vigil. 35. n. 12. & 13.*

Iudicandi *munus ad acceptandum, an quis compellatur. Vigil. 48. ex n. 1.* Regendi, *& iudicandi onus, dificile, ibi.* Iudicare, *onus eſt, & perſonale, n. 18. & 19.* Inuitus etiã *quis iudicare cogitur, ſi aliàs legitimam nõ habet excuſationem, n. 32. & n. 45.*

Iura *& actiones, loco nõ circumſcribuntur. Uigil. 49. n. 34. & A.*

Iuramenti *actus, perſonalis eſt, & per aliũ regulariter non exercetur. Vigil. 50. n. 20. & ſeqq.* In litẽ *iuramento, quando, & quibus in actionibus locus ſit. Uigil. 41. n. 1. & 2.* Duplex eſt, *cur, & quæ natura, ibi. n. 3. 4. & ſeqq.* Affectionis *& veritatis differentia. n. 17. & ſeqq.* In actionib *ex empto, in litem non iuratur, n. 22.* Iurare *qui non teneantur. Vigil. 50. n. 21. & ſeqq.* Mulieris *iuramento, an facta ab ea obligatio firmetur. Vigil. 18. n. 8. 9. & ſeqq.* Firmatur *& ſi indotata meneat, n. 14. & ſeqq.* Non confirmat *actum à lege prohibitum ob publicũ fauorem. Vigil. 18. n. 11.* Quia tamquã *lex iuſta obligat. ibi, n. 12.*

Iuriſdictio, *faciliùs limitatur quam tollitur. Vigil. 2. n. 5.* Qualitas *illius negata, cum iuriſdictio non præſumatur, venit probanda. Uigil. 8. ex n. 1.* Ordinaria, *non ſpirat morte concedentis. vigil. 22. n. 11. & 12.* Quæ non eſt, *delegari non poteſt, ibi. n. 21.* Confirmata, *minor quam à lege data. vigil. 25. n. 8.* Delegata, *ſpirat morte delegantis, ibi, ex n. 14.* Non adimitur *alicui ſine cauſa: maximè vt alteri detur. vigil. 47. n. 52.* Ad perſonas *in reſcripto non expreſas, minimè extẽditur, etiam earum conſenſu non prorrogatur. vigil. 22. n. 6.* Vicarij Generalis *Mercenariorum in* Noua *Hiſpania, delagata, an Ordinaria? vigil. 22. n. 14.* Capitanei Generalis, *delegata, & reſtringibilis. vigil. 27. n. 14.* Senatus Regij, *ordinaria, & fauorabilis, ampliandaque, ibi, n, 15.*

Ius *tertio quæſitum, Princeps auferre non poteſt, Vigil, 47. & n. 34, A, infra verbo Princeps.* Quod *quiſque in alium ſtatuit, eo vti debet P. §. 27. n. 7. & ſeqq.*



L.

Laycis, *Eccleſiaſticæ cauſæ & Spirituales delegari à Pontifice poſsũt P. §. 20. n. 3. & §. 28. n. 6. 7. & ſeqq.*

Lata *culpa, dolo comparatur, Vigil. 41. n. 7.*

Laudemium *ex conditionali venditione, ante ipſius adimplementũ non debetur, Uigil. 40. n. 13.* Cum hoc, *ex vera realique abſoluta venditione ſoluatur, ibi, num. 14.*

Leges *Prouinciarum, iuridicè interpretantur, vt iuris euitetur correctio, Uigil. 7. n. 10. & ſeqq.* Eas quęrere *vbi adeſt naturalis ratio, infirmitas eſt intellectus, P. §. 25. n. 3.* Verbis nudis, *lex imponenda non eſt, Vigil. 31. n. 4.* Legis commiſſoriæ *natura & effectus, Vigil. 31.*

Legatum *rerum mobilium, an iura & actiones comprehendat, etiam loci facta deſignatione, Uigil. 49. per totam,* Donatio *quædam legatũ eſt, Uigil. 44. n. 25.*

Legationis *munus acceptare, quis cogitur, Uigil. 48. n. 33.*

Legitima *viuente Patre Filiis non debetur, n[illegible] poteſt, Vigil. 33. n. 35. & 36.* Quid in Aragonia? *ibi, n. 36. A.*

Legitimare *Filios Naturales, extantibus legitimis, Pater in horum præiuditium non poteſt, niſi per ſubſequens Matrimonium, Uigil 29. n. 23. A.*

Leſſę *Maieſtatis crimen committens Clericus punitur, ſupra, Verbo Eccleſiaſtici,* Diſimulans *illud, punitur delicti illus pœna, P. §. 20. n. 17.* Perpetrantes, *nullis gaudent priuilegijs, & impunè à quocumque occidi poſſunt, P. §. 21. n. 25. 29. & ſeqq.*

Liberalitas, *nihil commune cũ obligatione, Uigil. 33. n. 45.* Nullo *iure cogente fit, ibi, n. 48.* Semel præſtitas *liberalitates, reuocare indignum: Principibus maximè, Vigil. 47. n. 26. & ſeqq.*

Liberare, *idem quod abſoluere eſt, Uigil. 30. n. 16.*

Limitatio, *correctio non eſt, Vig. 2. n. 5.*

Literæ *teſtimoniales iudicis de notariatu, probant notariatum, Uig. 8. n. 11. & 12. & A.* Propriã *literam negans, ſcribere cogitur, Vigil. 50. n. 5. & ſeqq.*

Litibus *& contentionibus, Reſpublica admodum vexatur, P. §. 31. num. 1.*

Locari *Seruitutes, non poſſunt Vigil. 21. n. 2.*

Locupletatio *cum alterius iactura, cauenda, Vig. 34. n. 49.*

Locumtenentes *Gubernatorum, & Correctorum, an delegati vel ordinarij iudices ſint? Vigil. 25. ex n.*

*n. 1. & ex n. 23.* Legati *Pro conſulum ad inſtar ſunt, n. 3.* Non propriam, *ſed mandatam habent iuriſdictionem, n. 4. & ſeqq.* Officio *an ſine cauſa priuentur? late, Uigil. 47.* Confirmantur *a Senatu, Vig. 25. n. 7.* Illorum *iuriſdictio, quæ? n. 40. & ſeqq.* An creare *poſsint Subſtitutos vel commiſſarios, ibi, n. 45.* Ad libitum *Gubernatorum non reuocantur, quia homines plerumque literis, & honore præditi, Vigil, 47. ex n. 49. ad n. 58.*

M.

Magiſtratus *appellatione, ordinarij intelliguntur iudices; non delegati. Vigil. 25. n. 21. A.* Officia, *& Magiſtratus, multos reſpuiſſe comperimus, Vig. 48. n. 4. 12. & ſeqq.*

Mala *duo ſi occurrant ſimul, minus amplectendum, P. §. 30. n. 17.*

Mali, *non raro proſperantur, & felices eſſe ſolent, Vigil. 35. n. 17. & 18.*

Malicijs *obuiandum, Vigil. 12. n. 7. & Vigil. 24. n. 21.*

Mandator *ſoluens, ipſo iure reum non liberat, Vigil. 24. n. 3.*

Mandatum *etiam per Epiſtolam, vel nuntium fit, Vigil. 19. n. 35.* Deffectus *mandati, nullitatem inducit. Sed intellige, Vigil. 20. ex n. 1. cum ſeqq.* De eo fides *in proceſſu ante ſententiam fieri debet, ibi, n. 3.*

Maritus *cum vxore contrahere poteſt, Vigil. 34. ex n. 1.* Preſentia *mariti in vxoris contractu, pro licentia eſt, ibi, n. 13. & 14.* Licentiam *ad ſui commodum, an valide vxori præſtet, n. 14. & ſeqq.* Bonis lucratis, *vulgo* Gananciales *ad vxoris fauorem renuntiare nequit. & quare? Vigil. 34. n. 40. A.* Rerum dotalium *an dominus ſit, & quomodo. Vig. 13. ex n. 1* Adminiſtrator eſt, *non dominus, ibi, n. 11. & 12.* Seruos dotales *manumitere poteſt: & quomodo intelligendum, ibi, n. 27. 28. & ſeqq.* Coueniri *nequit vltra quam facere poteſt, deducto ne egeat, Uigil 14. n. 8. & 9.* Fideiubens, *abvti dicitur ſubſtantia, ita vt ab eo dos iuſte repeti poſsit, Vigil. 28. n. 6.* Lucrata bona *libere alienat, Vigil. 34. n. 40.*

Mater, *filiam dotare non tenetur, Vigil. 33. n. 20.* Aſſertio *Matris circa filiationem, non præiudicat Filio, Vigil. 29. n. 32.*

Medium *inter extrema accipiendum, Vigil. 23. n. 13. & 14. & A.*

Meliorationes *quæ repetantur, Vigil. 1. n. 18. & ſeqq.*

Membrum *putridum reſcindendum, ne totum inficiat corpus P. §. 23. n. 3.*

Menſura *qua iudices menſi fuerint, remetietur eis, Vigil. 37. n. 20.*

Mercenarius *omnis, dignus eſt pro ſeruitio, mercede ſua, Vig. 17. n. 7. & ſeqq.* Mercenariorum *Vicarij Generalis iurisdictio, Uigil. 22. per totam.*

Milites *coram ſuo iudice militari in delictis co[illegible]puntur, priuati-





*uẽ ad alios iudices,* Uigil. *27. n. 17.* Intellige, *ibi. in A. &* Uig. *25.* Fallit, *ſi iudicibus reſiſtant n. 11. & 16.* Falſum *deponentes, ab eodem iudice puniuntur ibi, n. 8.* Quibus in cauſis, *iudicibus ſubſint paganis, ibi, & ex n. 8. & ſeqq.* Rei delati, *aut accuſati, milites eſſe non poſſunt, n. 14. & 15.* Priuilegium *non habent qui non in caſtris contrahunt, ſed vagantur, ibi, n. 6. A.*

Miniſtri, *& Officiales Romani, ſuis olim expenſis ſerviebant: poſtea ex publico dabantur ſalaria, & quæ? Vigil. 17. n. 10. A.* Mortuo Miniſtro *in anni principio, totum debetur ſalarium: ſed iure ſpeciali noſtro, practicatur contrarium, ibi, n. 10. A.* In ſalarijs, *con cadit* embargo, *ſiue ſequeſtrum, ibidem,* & quomodo *hoc procedat.* Miniſtrorum delectus, *maxime neceſſarius ad Indiarũ Regna.* P. §. *5.* Elatorum *deſcriptio, & qualitates, ibi.* Electos *à ſe miniſtros Princeps, abſque cauſa priuare vel remouere (iure Ordinario) non poteſt. Vigil. 47. n. 19.* Probitas, *& improbitas miniſtrorum in Indiarum Regis. P. §. 3. & 4. Hij Coquorũ, illi Medicorum ad inſtar ſunt. ibi. §. 4.*

Minima. *Et ſi regulariter de minimis non curetur: In materia priuilegiata curatur. Vigil. 2. n. 33.*

Minor *in venditione læſſus, reſtituitur, & quomodo? Vigil. 1. n. 7. & ſeqq.* Sine decreto *vendens, nihil agit, ibi. n. 10.* Quatenus *ſe obligare poteſt ad nouationem celebrandam? Uigil. 19. n. 32. 33. & 34.* Minoris *reſtitutio, infra. verbo* reſtitutio.

Miſericordia, *rigori præferenda. Vigil. 23. n. 12.*

Monere *aliquem non tenetur quis, dum probabiliter opinatur correctionẽ minime profuturam. P. §. 26. n. 4.*

Monetæ *extractio, interdicta: & extrahentes etiam milites, ex emptique, à iudicibus puniuntur. Vigil. 35. n. 9.*

More *purgatio in emphytenta, procedit ante commiſsi declarationem. Vigil. 32. n. 20. & ſeqq.* Mora, *ſcientiam requirit, & negligentiam,* Uigil. *40. n. 9.*

Mors *omnium mala diſſolvit.* Uigil. *16. ex n. 1.* Mortis electio, *olim in condemnatis;*

vſitata. Vigil. 23. n. 25. & 26. Mortem quis ſibi inferens ipſi; omnia amitit bona. Vigil. 44. n. 1. & ſeq. cum n. 23. & ſeqq.

Motus proprius Pij Quinti circa cenſuum formationem, admiſſus in Hiſpania non est, ſed ab eo ſupplicatum. Uigil. 11. n. 21. & A. n. 8.

Mulier intercedere, & fideiubere non poteſt: ideo ſolutum repetit. Uigil. 18. n. 1. & 2. & A. Intellige tamen, ibi. Pro marito inutiliter obligatur, & ſi velleyano renuntiet, n. 3. Vxoris obligatio, etiam ſimul cum marito, ineficax; niſi pro ea parte quæ mulieri vtilis fuit, ibi, n. 6 & 7. Iuramento an firmetur illius obligatio, n. 8. 9. & ſeqq. Intercesio, quatenus valida ad nouationem celebrandam? Vigil. 19. n. 30. & 31. Abſque viri licentia, contractum facere nequit. Vigil. 34. n. 9. Intellige tamen, vt ibi, n. 10. & ſequent.

Mundus odit eos, qui non ſunt ex mundo. Vigil. 48. n. 5. & ſequent.

N.

Naturalis filius, quis proprie, & de capacitate ſucceſionis illius. vigil. 45. n. 9. & ſeqq. & n. 17. 18. & ſeqq. Capaces bonorum ſunt, & arma familiæ portant, n. 19. & 20. Quo vſque olim, & nunc, ſucceſſionum capaces, n. 21. & ſeqq.

Neceſitas dandi, beneficio caret liberalitatis. Vigil. 33. n. 46.

Negligentia iudicis Eccleſiaſtici, an per Secularem ſupleatur. P. §. 22. n. 6. & 7.

Nomina debitorum, an appellatione bonorum mobilium comprehendantur. vigil. 49.

Nominatus ad Commiſsionem, vel ad iudicandum; compellitur acceptare. vigil. 25. n. 10. A. & vigil. 48. Nominatio filij inſtrumentaliter à patre facta, ſi non adijciat, naturalis: ex eo legitimus præſumitur. vigil 29. n. 25. & 26.

Notarius nullus præſumitur: ideo ſi hæc negatur qualitas, venit probanda. vigil. 8. n. 1. 2. & ſeqq. Ex negatione ſola notariatus, quomodo dubium reddatur instrumentum. n. 7. & ſeqq. Quomodo notariatus probet ur, ibi, ex n. 8. & n. 9. A. Teſtimonialibus literis iudicis Ordinarij probatur, n.

11. & 12. & A. Comprobatione etiam duorũ, trium ve notariorum. n. 13. & A. Præſumitur notariatus qualitas in ſcriptura centum annorum, & pro inſtrumento ſtatur, Vigil, 8, ex n, 16, & A, Stipulatio notarij abſentis nomine, quid in donatione operetur? Vigil, 12 n, 8, A,

Notoriam rem facit, inditialis confeſio, Uigil. 10. n. 6, Notorium in Aragonia, quid? Vigil, 37. n, 18, & A.

Nouatio quid? Vigil. 7. in prin. Vim habet ſolutionis, & obligationem tollit, ibi, n 27, 31, & 32 Uerbis fieri debet apertis, ex n, 3, cum ſeqq, & n, 16, 18, & 21 Nec coniecturę ſuficiunt, ibi, n. 14, 15 & ſeqq. Secundi contractus incompatibilitas, nouationem inducit, n, 24, Contrariũ videtur, ex n, 24, Facta nouatione, prima ad nihilũ reducitur obligatio, & ſi ineficax ſecunda ſit, ibi, n, 27, 28, & ſeqq, Non tamen ſi nulla obligatio, ibi, n 29, A, Cum noua interueniebat perſona, noua olim celebrabatur obligatio. Et quid hodiæ? Vigil, 19, n, 16, & 17, Per litis conteſtationem, nouatio iuditialis, ibi, n, 15, Sub cõditione nouatio facta, quid operetur, ibi, n, 27, A, Nouare poteſt is, cui recte ſoluitur, ibi, n. 29, A,

O.

Obligatio præſentium & futurorum bonorum, vna eſt, Vigil, 30 n, 13, Naturalis ineficax ad agendum, Uigil, 33, n, 15, Inter patrẽ & filium: Inter virum & vxorem quæ? Vigil, 34, & A, n, 25. Obligatur nemo inuitus, Uigil, 19, n, 10, Res obligata & diſtracta, iterumque ad debitorem reuerſa, non reincidit in obligationem, Vigil, 50, ex n, 1, Ad factum obligatus, ſoluendo intereſſe, liberatur, Vigil. 41, n, 21,

Occidens ſe ipſum, bona amitit ſua, Fiſco aplicanda, Vigil, 44, ex num, 1,

Ocupantis conditio melior æquali in iure, Vigil, 3. n, 16,

Odio quis carnem ſuam, nũquam habuit, Vigil, 37, n, 4,

Officia hypotecari poſſunt, ſuperque ea cenſus conſtitui, & executari, Vigil, 5, n, 3. 4, & ſeqq, An perdantur morte renuntiatariorũ ante præſentationem, Vigil 6, Ad nutum concedentis data, ad eius libitum an reuocentur, Uigil, 47. Conceſſa abſq; temporis limitatione, perpetua reputantur, ibi, n. 17. & ſeqq. Ad acceptandum officium, an quis compellatur, Uigil, 48, Multi reſpuerunt officia delata, ibi, n, 14, Acceptare coguntur ad officia electi, ibi, ex n, 23, Qui malis artibus aut pecunia accepere, eisdem artibus adminiſtrant & iure vendere poſſe credunt, P, §, 4, Intuitu officij, qui ſuam interponit authoritatem, damnum ſentire



non

non debet, Vigil, 50, n, 35, & ſeqq, Secus ſi voluntarie ſiat, n, 37, & ſeqq. Venditiones officiorum, pernitioſæ niſi grauiſsimæ ſuadeant rationes, Vigilia, 4, n, 1, & 2, Renuntiatione mediante transferri poſſunt: quomodo, quibus requiſitis, & forma? Vigil, 4, n, 2, 3, & ſeqq, Dedecore afficitur magno, qui officio remouetur, Vigil, 47, n, 23, & ſeqq, Succeſſores in officijs, ſepe anteceſſorũ facta notant, aut ſpernunt, P, §, 23, n, 21, & ſeqq,

Officialium & Miniſtrorum ſalaria, vide, Vigil. 17. n, 10, A. Regij officiales in Cathalonia, non ex communicantur à iudicibus Eccleſiaſticis, etiam ſi in eos exceſſus committant, P, §, 32, n, 20,

Omagium, ſiue Pleito omenage, quid & quando præſtatur, P, §, 19. n, 17, & A,

Opoſitor tertius, quando litis progreſsũ impediat, Vigil, 3, pertot,

Ordinaria iurisdictio, morte concedentis non ſpirat, Vigil, 22, n, 11, & 12,

P.

Pactum ambiguum, aduerſus venditorem, locatorem, & ſtipulatorem, interpretatur Vigil, 9, n, 8, 9, & 10, Intellige vt ibi, n, 15, A, Cenſui adiectum, validum. Vigil, 11, ex n, 1, Ut cenſu redimere non liceat, niſi certo tranſacto tempore, in iuſtum & vſurarium, ibi, n, 4, & 5. Vſurarij & illiciti pacti differentia, ibi n, 6, Ut non ſoluto ad certum tempus cenſu, illum redimere teneatur, valet, ibi, ex n, 7, Commiſſi in cenſu appoſitum, validum, n, 13, & 14, Retrouendendi, quę producit effectum, Vigil 31, & Vig, 40, n, 19, & ſeqq, Minuit rei-venditæ valorem, & quantum, n, 30, & 31,

Pater is vere eſt, quem nuptiæ demõſtrant, Vigil, 29, n, 24, A, Filiam dotare tenetur, Vigil, 33, Et alere ibi, n, 1, Per magiſtratus ad id cogitur, ibi, & n, 17, Quid iure Aragonum, n, 8, A, Conſenſum illius, Filius vxorem ducens an adhibeat neceſſario, ibi & A, In contractu Filij famil, ad Patris fauorem, conſenſum is iure præſtat, Vig, 34 n, 25, Aſſertio Patris quo ad filiationem, quando Filio præiudicet Vigil, 29, n, 33,

Patria poteſtas ceſſat in Filio, poſt contractum ab eo Matrimonium Vigil, 33, n, 31, & 51, Neceſſitatem dotandi Filias an imponat, n, 18, & ſeqq, In Aragonia non cognoſcitur, n, 8, A;

Patrię & Reipublicæ nati ſumus: non nobis tantum. Ideo chara, & velut alter parens habenda, Vigil 48, n, 25,

Pati in iuſte, ſolatium eſt, P, §, fin, in fine,

Patronus ad hibendus in alienatione rei Patronatus Eccleſiaſtici. Vigil,



vigil. 32. n. 13. Regio Patrono tres à prælato ad beneficia preſentantur ex oppoſitis: & an ſi tot nec ſint, ſuficiat vnus, vigil. 43. n. 1. 2. & ſeqq. Cõſcientia illius ſi nec cũ vno vel tribus præſentatis quieſcat: aliam nouorũ ſubiectorum præſentationem petere poterit, ibi, n. 3. Et appellatio ab hoc per Eccleſiaſticum, an procedat, n. 4. & ſeqq.

Paſtor bonus, rara auis in terra. P. §. 23. n. 12.

Pax maxime à Deo cõmendata, ideo conſeruanda. P. §. 31. late ex n. 1. Laudes illius, n. 2. Mali pacem non appetunt, & ſi petant. n. 3. 4. & 5. Pacis author, ſine pace non recte collitur. n. 7. & 8. Vti ineſtimabile pignus, à Pontificibus, & Imperatoribus commendatur, ibi. n. 8. 9. & 10. & ſeqq. Peccatorũ pax, quæ? P. §. 14. & in margin.

Peccatorum publicorũ correctio, & punitio, à Rege noſtro maxime commendata. P. §. 13. Exequuta à Regiæ Chancellaria Inſulæ Hiſpaniolæ, cũ gratiarũ Regis actione, publicaque vtilitate. P. §. 14. & §. 15.

Peccandi anſam tribuit, delictorum impunitas. Vigil. 23. ex n. 20.

Pœna malos continet in delictis. Uigil. 23. n. 5. Alius pro alio, pœnã habere non debet. Vigil. 41. n. 12. Cum ipſo iure imponitur, qui effectus? Vigil. 44. n. 28. & ſeqq. Crimen ordinaria pœna non corrigitur, ſed punitur. Vigil. 2. n. 44. Suos debet tenere authores, nec culpæ fines excedere. Vigil. 4. n. 10. & 11. Delinquens, penæ conſentit, voluntarie delinquẽdo. Uigil. 11. n. 11. & 12. Non raro peccatores ad mores ſobrios reduxit. P. §. 27. n. 6. & §. 28. ad finem. Suponit delictum, & ſuos tenet authores. P. §. 32. n. 1. Iudicis male iudicantis pœnæ. P. §. 34. n. 4.

Pecunię præſentia in cenſus conſtitutione, an preciſse neceſſaria. Vigil. 11. ex n. 15.

Peculij Caſtrenſis patrem, dominum ſemper retro fuiſſe creditur, quotiens filius famil. miles de eo non diſpoſuit. Vigil. 13. n. 25.

Petrus Urdemalas, quare & vnde ſic dictus. vigil. 45. n. 4.

Pietas iuris eſt naturalis. Vigil. 33. n. 14.

Pignus iudiciale, eiuſq; effectus. vigil. 39. & n. 12. 13. & 14.

14. Iuditialis & *extraiuditialis venditionis pignorum differentia. n. 15. & ſeqq.* Servitutes *pignori an dari poſſint. Vigil. 21. ex n. 1.* Vſusfructus *oppignorari poteſt, ibi, n. 4. & A.* Ea ſolum *pignori dantur, quæ corporalia, & traddi manu poſſunt, ibi, n. 7.* Hypotecæ & *pignoris differentia, nominis tantum, non ſubſtantiæ eſt, n. 16.* Remiſſo *pignore, crediti ius remiſſum non eſt. Vigil. 30. n. 10.* Iura, & actiones *pignori dari poſſunt, diſtrahi, & alienari. Vigil. 49. n. 8. & ſeqq.*

Politica, & *æconomica poteſtas, Regibus noſtris in Eccleſiaſticos competens, ſuficit ad eorum animaduerſionem ſuo caſſu: non verò iuriſdictione vtuntur. P. §. 22. poſt n. 14. ad fin. & ſupra verbo Eccleſiaſtici.* Licet Diana *hancChimericam vocet diſtinctionem, ſed perperam, & impugnatur, ibi.*

Pontifices *non pauci illegitimi filij: ſed tamen docti, & ſancti. Vigil. 45. n. 8.* Sumus Pontifex, *nihil in Regis præiuditiū, & ipſius gubernationem legibus contrarium ſtatuit. P. §. 19. n. 1.* Servus ſervorum Dei, *appellatur, Apoſtolicam charitatem, & Domini Ieſu Chriſti humilitatem ſequēdo; qui miniſtrare, non miniſtrari venit. P. §. 23. n. 16. & 17.* Regibus noſtris, *vti Sedis Apoſtolicæ Legatis, munus iudicādi inEccleſiaſticos cōmitere, potuere, P. §. 28. n. 4. 5. & 6.* Iudicari *à nemine poſſunt, ibi, n. 13.* Principū omnium *vniuerſalis eſt Princeps. §. 23. n. 13. A.* Ab omni in terris *iuriſdictione, & authoritate liber. P. §. 28. n. 13. & A.* Omnes iudicat, *ipſe verò, à nemine iudicatur, ibi. A.*

Poſeſſor *rei, cum dominus præſumatur; onus probandi in aduerſarium transfert. Vigil. 3. n. 9.* Bone fidei, *fructus ſuos facit. Uigil. 31. n. 6.* An irrevocabiliter? *ibi, n. 7. & 8.*

Poſidet *iuſtè, qui Prætoria poſidet authoritate. Uigil. 39. n. 17. A.*

Poſeſſionem, *inter duos donatarios, qui prius rei adeptus eſt, præfertur in re donata, & ſi poſterior ſit. Vigil. 12. n. 8.* Intellige, *vt n. 17. & 18. & A.*

Poſtulatus *à* Patrono, *nullum efficax ius adquirit, dum à Superiore non aprobatur. vigil. 6. n. 9.*

Poten-



Potentia *in vtilis, ſi ad actū non reducitur, P. §. 29. n. 1.*

Publica *vtilitas, priuatæ præfertur vtilitati. Vide infra verbo* Vtilitas.

Punitio *breuis in deffectionibus, & coniurationibus, ne damnum dilatione excreſcat. P. §. 20. latè ex n. 7.* Punire prius, & *deinde ſcribere, tunc licet, ibi, n. 14. 15. & ſeqq.*

Pupillus *an valide nouet, aut deleget, ita vt per ſecundam obligationem perimatur prima? vigil. 19. n. 23. & 24.* Pubertati proximus, *naturaliter obligatur, ibi, n. 24. A.* Secus infans, *vel infantiæ proximus, ibi,* & intellige. Adverſus novationem *ei reſtitutio non competit. vigil. 19. n. 32. A.* Incapax eſt *paſiuæ obligationis. vigil. 34. n. 17.* Ex dolo tutoris, *non conuenitur. vigil. 41. n. 13.*

Precario *concedi poſſunt ſeruitutes. vigil. 21. n. 8.* Sed contrarium *n. 9.* Natura eius, *ad nutum reuocabilis, ibi, n. 10.*

Prætium *rei venditæ à minore aduerſus vēditionem reſtituto, an & quando ab emptore recuperetur. vigil. 1. ex n. 8.* Recipiens, *venditionem aprobat. vigil. 30. n. 32.*

Prælatorum *aliquorū deſidia. P. §. 10.* Exceſus dum *adſtricti ſunt corrigere, ſi negligant excuſationem nō habent, & delictorum part cipatione ſuſpecti fiunt. P. §. 27. n. 2. 3. 5. 7. & 8.* Quoad *ſubditos, Patres ſe, non verò ſeveri exhibeant iudices. P. §. 30. n. 25.* Venignitas, & prudentia *eorum commendatur. P. §. 23. n. 1. & 2.*

Preſcriptio *quadragenaria, ius tribuit ſine titulo: & immemorialis tituli vim habet, & quomodo probetur. vigil. 2. ex n. 6.* Ignoranti, *non officit. vigil. 40. n. 9.* Salarij preſcriptionem *interrūpit, extraiuditialis etiam petitio. vigil. 17. n. 15.* Eccleſiaſticæ res, *quadraginta annorum ſpatio præſcribi poſſunt. vigil. 32. n. 17. A.*

Preſumptio *ſtat pro iudice, & ſentētia; niſi notoria iniuſtitia, nullitas ve adſint:*

nam

nam tunc dolus præſumitur. P. §. 34. n. 2. & 3.

Procurator ad exigẽdum, ſine mandato non admititur, actaque ab eo, nulla ſunt. vigil. 20. n. 1. & 2. Intellige vt numer. ſeqq. Acta à procuratore mandato carente in conſpectu principis, aut eius ſupræmis Auditorijs; nullatenus ratificatione conualeſcunt. vigil. 20. n. 16. Poſt litem conteſtatam, ſubſtituere poteſt. vigil. 25. n. 11. A. Abſens qui procuratorẽ non relinquit, imputet ſibi. vigil. 26. n. 16.

Proceſſari Eccleſiaſticus, & in eũ inquiri, an, & quando poſſit? P. §. 22. n. 3. & ſeqq. & ſupra verbo, Eccleſiaſtici.

Proffeſſiones ſimul nõ rarò diuerſas Indiarum incolæ, admittunt, & exercent, deſerunt, & tranſmutant facile. P. §. 6. & §. 7.

Princeps ius quæſitũ parti, tollere nequit. vigil. 6. n. 12. A. Crimina remitit; quæ, quãdo, & quomodo? vigil. 23. ex n. 15. & n. 24. A. Oficia data ad beneplacitum, aut libere tollat. vigil. 47. late. In tertij damnum crimina non remitit, & ius quæſitum tertio, quando auferre poſſit. vigil. 23. n. 19. A. Quæ digna Principe ſunt agit. P. §. 23. n. 13. Eccleſiaſticorum, & Secularium Principum differentia. P. §. 23. n. 16. & ſeqq. Nullis ſubiacet regulis, niſi diuinæ ſiue naturali legi. vigil. 47. n. 5. & ſequent. Poteſt [ & Reſpublica ] dũ communis poſcit vtillitas, vaſalos, & ſubditos cogere, vt munera, & officia belli aut pacis exerceant. vigil. 48. n. 26. & ſeqq. Advocatos cogere poteſt, vt Auditorũ, & Conſiliariorum exerceant officia, etiã ſi Clerici ſint. ibi, n. 29. & ſeqq. Secularis poteſt Epiſcopis, eiuſque Vicarijs prohibere, ne excommunicationem pronuntient, abſque manifeſta, probata ve cauſa. P. §. 32. n. 9.

Privilegium cũ incipit eſſe nocivum, reuocandum. P. § 28. n. 16. Exui privilegio me-
re-



retur, qui eò abutitur. P. §. 27. n. 5. & ſeqq.

Pro-Reges Indiarum, peculiare ius habent perturbationes publicas & Eccleſiaſticorum ſedandi, expellendi & inquietos ad Hiſpaniarũ Regna mitendi; & aſiſtere in Regulariũ Capitulis. Vigil. 22. n. 1. & A. Crimina remittunt, belli aut rebellionis tempore. Vigil. 23. n. 15. A. Excuſari à Syndicatu poſſent in hijs maxime Regnis, ob publica & peculiaria incõvenientia. Vigil. 48. n. 2. A. Proreges & Præſides Chancellariarum, præcedunt Epiſcopis & Archiepiſcopis, extra Eccleſiaſticas functiones. P. §. 19. n. 2. & 3. Sunt Alter Nos, & an excommunicari poſſint ab Epiſcopis & Inquiſitoribus? vide P. §. 32. ex n. 21. & ſeqq.

Prorogatio temporis in tertij præiuditium, invalida. Vigil. 24. n. 22. A.

Proteſtatio contraria facto, nihil operatur. Vigil. 6. n. 1.

Proviſſiones & reſcripta à quibuſcumque Conſilijs expedita, non exequuntur in Regnis Indiarum; niſi ſupremum eorum Cõſilium hoc præcipiat, dirigatve. Vigil. 23. n. 39. & 40.

Q.

Quantitas 500. ſolidorum, ad donationis inſinuationem, quid in vſuali moneta importet. Vigil. 8. n. 22. A.

Qualitas ſiue ſubiecto cõſiſtere nequit. Vigil. 6. n. 5. Non entis, qualitates nullæ ſunt. Vigil. 22. n. 20.

Quarta maritalis debetur vxori, & quando. Vigil. 45. n. 33. Falcidiam amitit quartam, non conficiens inventarium. Vigil. 36. n. 2. Trebellianicam an amitat, ibi, n. 15.

Quaſi poſſideri incorporales res, iura, & actiones dicuntur Vigil. 49. n. 3. & ſeqq.

Quærere leges vbi adeſt naturalis ratio infirmitas eſt intellectus. P. §. 25. n. 3.

Quintilianus Orator, Hiſpanus: ex Ciuitate Calagurritana. Vigil. 23. n. 26. A.

Quilibet rei ſuæ moderator, & arbiter. Vigil. 40. n. 4. & Vigil. 49. n. 10.

Quod quiſque iuris in alium ſtatuit, eo vti debere cõveniens, & neceſſarium. P. §. 27. n. 4.

R.

Rarum, pratioſum eſt P. §. 23. n. 12.

Ratio naturalis, pro lege eſt. P. §. 25. n. 3.

Ratihabitio, *mandato cōparatur. Vigil. 20. n. 10.* Oppoſita *à parte nullitatis exceptione, ratihabitio nihil operatur, ibi, n. 14.* Geſta à non procuratore, *quando dominus ratificare poſſit. Vigil. 20. ex n. 4.*

Recognitio, *habet paratā executionem. Vigil. 50. n. 28.* Scripturam *defuncti recognoſcere, an heres teneatur, ibi, ex n. 8.* Effectus *recognitionis, n. 2. & ſeqq.* Compellitur *quis propriam recognoſcere ſcripturam, & iurare, nec alias auditur appellans. ibi, n. 5. 6. & 7.*

Recurſus *in negocijs conſcientiæ relictis, an detur? Vigil. 43.*

Regia *protectio & ipſius manus appoſitio, neceſſarium medicamen ad vitanda ſcandala, & vitandas ſimultates. Vigil. 22. n. 1.*

Regnum *in ſe diviſum, perditioni proximum. P. §. 31. in fine.*

Regulares *bona ſua alienare poſſunt, & qua cum cauſa & ſolemnitate. Vigil. 32. & ibi, n. 32. & 33.*

Remedium *extraordinarium ceſſat, vbi adeſt ordinarium. Vigil. 24. n. 11.* Novo *indigent remedio, quæ de novo emergunt. Vigil. 47. n. 47.*

Præſervativū, *curativo præferendum. P. §. 36. n. 6.*

Rem *in bonis eſſe, quid? Vigil. 13. n. 16.* Recuperās *virtute pacti reſervativi illā cum antiqua recipit qualitate, ac ſi numquam è ſuo exiſſet patrimonio. Vigil. 31. n. 10.*

Remiſſio *vitem donationis habet. Vigil. 30. n. 15.* Pœnarum *criminumve, ſupra, verbo* Crimina.

Religioſorum *& Clericorum aliquorum ſuperbia notatur. P. §. 9.*

Renuntiatio *facta, nulla reditur ſi defectus legitimi adſit ſubiecti. Vigil. 4. n. 9.* Reſtituitur *tunc quod datum fuit, & dimidia etiam. Annata, ibi, n. 9. A.* Donationis *habet vim. Vigil. 34. n. 28. & 29.* Non tamen *donatio eſt, ibi, n. 30.* Officiorum renuntiationes, *ſub qua forma, & quibus requiſitis facieda; Vigil. 4. per totam.* Mortuo *ante præſentationem renuntiatario, an perdatur officium? Vigil. 6. per totam.* Solemnitas *renuntiationum (de qua in diſpoſitione Concilij Tridentini) an extendatur ad teſtamenta. Vigil. 15. late.* Strictè *interpretandæ renūtiationes. Vigil. 30. n. 26. & ſeqq.*



Repetitio *firmitatem operatur. Vigil. 49. n. 31. & ſeq.*

Rerum *copia, vitia producit nec pauca. P. §. 3.*

Res *facilè ad ſui revertitur naturam. P. §. 28. n. 15.* Eadem, *diverſo iure cenſeri non poteſt. Vigil. 6. n. 3. & Vigil. 30. n. 33.*

Reſcripta *strictè accipiūtur, & tantum valent, quantum ſonant. Vigil. 22. n. 5.* Extorta, *& contra tertij ius expedita, non obtemperantur, ibi, n. 8. & 9. & n. 24. A.* Principis *inſolitis reſcriptis, parcendum non eſt, remiſſivè. Vigil. 22. n. 24. A.* Clauſula *in illis,* ſi preces veritate nitātur, *ſemper intelligitur, ibi.*

Reſpublica *litibus contētionibusque civilibus maxime vexatur. P. §. 31. n. 1. & ſupra, verbo* Princeps.

Rei vendicatio, *dominiū quod, & quando requirat. Vigil. 49. num. 14. A.*

Reſoluto *iure dantis, ius accipientis reſolvitur. Vigil. 5. n. 3.* Intellige *ibid. A.* Dominio *reſoluto, hypoteca reſolvitur: & quære? ibi, n. 8. & 9.*

Renuntiantibus *iura, regreſſus nullus datur. Vigil. 42. n. 7. & Vigil. 30. n. 17.* Bonorum *lucratorum facta renuntiatio ab vxore ad mariti favorem, valet omnino, nec ob læſionem revocatur, vel minoritatem. Vigil. 34. n. 43.*

Reſtitutio *plena, quæ. Vigil. 1. n. 23. A. & Vigil. 31. n. 42. & Vigil. 47. n. 45.* Minoris *in re communi, maiori non prodeſt. Vigil. 1. n. 1.* Nec fideiuſſori, *ibi, n. 6.* Perſonale *eſt privilegium, ibi, n. 2. & 3.* Intellige *vt ibidem, n. 22. & ſeqq.* Pupillo *adverſus novationem non competit. Vigil. 19. n. 32. A.* Eccleſia *læſa in alienatione, reſtituitur. Vigil. 32. n. 16.*

Retractus *an procedat in venditionibus coditionalibus. Vigil 40.* Conſanguineis cōpetens, *vſu receptus inter omnes nationes, nec iuri communi adverſatur. Vigil. 40. ex n. 1.* Intra novem *dies à te-dum facultate retractus, ibi, n. 6.* Currunt dies, *à traditione rei venditæ, ibi, n. 32.*

Retrovendendi *pacti, vis & effectus. Vigil. 31.* Minuit *pretium rei pactum hoc, Vigil. 40. n. 30. & 31.* Pactum *vt redimi poſſit quandocumque voluerit venditor, in preſcriptibile redditur, ibi, n. 33.*

Rex *noſter, Tridentini Cōcilij defenſor eſt. Vigil. 2. n. 27.* Gabellam *ſolvere illius con-*

Re-

*conductoribus, non tenetur. Vigil. 9. latè.* Officia *ad libitum, an auferat? Vigil. 47. ex n. 1.* In Indijs, *quaſi delegati Summorum Pontificum ſunt Reges noſtri. P. §. 28. n. 3. & ſeqq.* Ab Epiſcopis *non excommunicantur, vide P. §. 32. n. 12.* In hac re (*elatione etiam ſimulata*) *notatur Villarroel, ibi, n. 13. & 14.* Propter Regum *excellentiam, iura relaxantur Canonica, ibi, n. 15.* Detrahere Regibus *& maledicere, periculoſum. P. §. 26. n. 7. & ſeqq.* Quæ in Eccleſiaſticos *authoritatem Reges habeant? ſupra verbo,* Eccleſiaſtici, *ubi latè.* Regis imago, *Rex dicitur. P. § 32. n. 21. A.* Superiorem nullum *Rex noſter in temporalibus habet in terra. P. §. 18. n. 1.* Dei Vicarius eſt, *& omnimodam in ſubditos habet poteſtatem, ibi, n. 1. & ſeqq.* Epiſcopum *ſibi inobedientem ad Summũ Pontificem remittere poteſt, ut puniat. P. §. 25. n. 10. & ſeqq.* In temporalibus Reges, *Eccleſiaſticis maiores ſunt. P. §. 19. n. 2. & 3.* Hij, tamquam cives *& membra Reipublicæ Regi ſubijciuntur; ibi, n. 3. & ſeqq.* Cura & defenſio Regni, *etiam contra Eccleſiaſticos, Regibus noſtris commiſſa eſt à Concilijs, intra politicæ ditionis terminos. P. §. 21. n. 12. & 13.*

S.

Sacerdotes *qui debita puritate & exemplo non vivũt; melius foret eos non adeſſe, P. §. 23. n. 4.* Iudices *etiã, appellantur Sacerdotes. Vigil. 37. n. 9.*

Salarium *competens, miniſtris tribuendum, & augendum, duplicandumque ſi duo exerceant miniſteria, pro modo laboris. Vigil. 48. n. 39. & ſeqq.* Non conventum, *an & quando debeatur. Vigil. 17. n. 1. 2. 3. & ſeqq.* Mercenarij, *illicò ſolvendum, nec retardari poteſt. n. 8. 9. & 10.* Petendum *intra tres annos, alias præſcribitur, ibi, n. 11. 12. & ſeqq.* In Aragonia *ſtrictius procedit hoc, n. 11. A.* Officialium & miniſtrorum *publicorum ſalaria, an executari poſſint? & alia ad id, Vigil. 17. n. 10. A.*

Salus *populi ſuprema lex eſt. P. §. 21. n. 1.*

Satiſdatio, *ne dã in prima inſtãtia, ſed in gradu appellationis neceſſaria. Vigil. 20. n. 13.*

Scandalum *præbere, malum Et multa tolleranda ne illud accidat. P. §. 30. n. 15. & 16. cum ſeqq.* Vitandi *ſcãdali cauſa, exceptiones ceſſãt, ibi, n. 22.* Alia etiam fiunt, *omittuntur & tollerantur, ut ibi, n. 23. & 24.* Puſillorũ *& Phariſeorum ſcandali differentia. P. § 33. n. 10.* Vitandum omnino, *& abijciendi procul, qui ſcandala præbet. P. §. 23. n. 4. 5. 6. & ſeqq.*

Scholaſtici *iudibus ſecularib⁹ reſiſtẽtes, ab eis puniũtur, & forũ amittunt Vig. 35. n. 16.*

Scriptura *an pro recognita habeatur ob contumaciam nõ recognoſcentis. Vigil. 50. n. 6. A.* Defuncti *ſcripturã heres an recognoſcat, ibi, ex n. 8.*

Scribere *cogitur, ſuam renuens literam recognoſcere. Vigil. 50. n. 5.* Aliter dum *iuvenis, aliter dum ſenex qui eſt, ſcribit, ibi, n. 27.* Punire prius *deinde ſcribere, aliquãdo oportet. P. §. 20. n. 14. 15. & ſeqq.*

Senatus *Regij iuriſdictio, ordinaria, favorabilis & ampliãda. Vigil. 27. n. 15. & 16.* In militũ *delinquentium cauſis, inhibiti ibi, n. 27 & verbo,* Milites, *ſupra.* Regij Senatores, *ſupra, verbo,* Auditores.

Sententia *ſpreto iudiciali ordine, nulla. P. §. 34. n. 1.*

Servire *ſibi res, perſonave, non poteſt. Vigil. 9. n. 4. 5. & 6.* Gratis, *nemo creditur. Vigil. 17. n. 5.* Dominis duobus, *nemo poteſt. Vigil 48. n. 3. & ſeqq.* Suis expenſis *nullus ſervire cogitur. & intellige, ibi, n. 39. 40 & ſeq. & n. 27. & ſeqq.*

Servitutes *quæ pignori dari poſſunt, & diſtrahi? Vigil. 21. ex n. 1.* Ad tempus *non datur, cum ex ſui natura requirant perpetuitatem, ibi, n. 2.* Neque in bonis, *neque extra bona ſunt noſtra, ibi, n. 6.* Præcario *an concedi poſſint? ibi, n. 8. & 9.* Formam *antiquam recipiendarum ſervitutum, remiſsive, ibidem, n. 20. in fin. A.*

Servus *non novat, etſi naturaliter (ut pupillus) obligetur. Vigil. 19 n. 25. 26. et 27.* Interceſsio *in ſervis prohibita, n. 28. A.* Peculiari *excepta cauſa, et quomodo? ibi, n. 28. et 29 et n. 26. A.* Novat ſi peculij *liberam habeat adminiſtrationem ibi n. 29. A.* Põtifex Summus, *ſervus ſervorum Dei inſcribitur. P. §. 27. n. 17.*

Simoniace *Eccleſiaſticas adquirentes dignitates, tãquam crimen læſſæ maieſtatis committentes, cum amiſione temporalitatũ á Regno expelluntur. P. §. 22. n. 14.*

Similis *non eſt idem; et aliud eſt eſſe talem, aliud haberi pro tali. Vigil. 41. n. 10.*

Syndicatus *ſive* reſidencias, *excuſari poſſent in Pro Regibus, Præſidibus, &c. maximè in hijs Regnis. Vigil. 48. n. 2. A.*

Socius, *ex ſui ſocij perſona exempta, privilegium conſequitur exemptionis. Vigil. 27. n. 10. et 11.*

Solatium *nobis eſt pati abſque* de-

delicto, P. §. fin. in fine.

Solutio. non vero procuratori facta, domini ratihabitione ſubſanatur. Vigil. 20. n. 9. Comes eſt fideiuſſionis. Vigil. 28. n. 4. et ſeq. In duriorem cauſam facta creditur indubijs. Vigil. 31. n. 34.

Spolians aliquem ſuo officio iniuſte, peccat et ad reſtitutionem cũ fructibus tenetur. Vigil. 47 n. 44.

Subſcriptio, idem quod ſcriptio. et è contra, Vigil. 50. n. 2.

Succeſſores non raro anteceſſorum facta notant. P. §. 23. n. 21. et ſeqq. Interini in officio, nec ſuccedunt, nec ſucceſſores habent. Vigil. 22. n. 20.

Supplicatio à retentione Bullarum, ſemel admititur: ſecus in recurſu de las fuerzas, ibi nullatenus ſupplicatur. Vig. 22. n. 26. A

Statuta loquentia in materia iuris communis, huius intelligentias et ampliationes recipit. Vig. 19. n. 19

T.

Tempus antiquũ, dicitur quod quadraginta excedit annos. Vigil. 29. n. 11. A.

Tertius oppoſitor, litis progreſũ quando impedit. Vigil. 3. n. 1. et ſeqq. Si vti dominus opponatur, alleco que probet dominium ſuſpendit progreſum; ſecus ſi altiorem requirat indaginem. ibi. n. 5. et 6. Malitioſus ſi reperiatur, repellendus, ibi. n. 11.

Theſaurus infundo dotali repertus, mariti an vxoris ſit? Vigil. 13. n. 4.

Teſtamentum ingreſus miniſterium. an revocari poſſit profeſſione facta. Vigil. 15. ex n. 3. Diſtinguitur, vt ibi, n. 5. et ſeqq. Inter contractus non numeratur, niſi largo ſatis modo, ibi, et n. 16. A. Irrevocabiles contractus in eo, an celebrari poſſint. ibi, ex n. 12.

Teſtis vnus, nihil probat. Vigil. 29. n. 27. et A.

Togati iudices Conciliarij, Principi collaterales ſunt, corporisque Regij partes, Vig. 37. n. 14.

Traditio rei. per veros et fictos actus fieri poteſt V. 31 n 27 et 38.

Trebellianicam an perdat heres qui inventarium non conficit. Vigil. 36. n. 15.

Tribunalia Regia ſuprema incorruptibilia: et in Indijs neceſſaria preciſe ad earum conſervationem. P. §. 4.

Tutor impugnare proprio nomine non poteſt, quod nomine tutorio egit Vigil 50. n. 31. Contrariũ deffendi poteſt, et intelligitur. ibi, n. 22. et ſeqq

Textus in l. ſed an vic ff. de pignoribus, Intelligitur. Vig. 21. n. 20. A. Tex. in l 12. ff. de offic. Procos. et l. 12 ff de iudicijs Intelligitur Vigil. 25. n 12. 13. et 20. Textus in l. 1 tit. 7 p. 3. Intelligitur. Vig. 27. n. 10. et 11. Textus in l mulier, 22 ff. ad Trebell. Intelligitur, Vig. 33. n 42 et ſeq. Textus, in l 9. tit 13. par. 3. Intelligitur Vigil. 45. n 38. Textus in l prædia, 27. §. liberto, 3. ff. de fundo inſtructo, Intelligitur. Vigil. 49. n. 38. et A. n. 19. Textus in l ilicite, 10 ff de rebus eorum qui ſub tutel. Intelligitur. Vigil. 50 n. 37. et ſeqq. Textus in c. Paſtoralis de appellatio. Intelligitur. P. §. 36 n. 7. et



7. et 8. Textus in Pſalm. 104. Nolite tangere Chriſtos meos, intelligitur. P. §. 28. n. 12. A. in fine, et §. 19. Textus Lucæ, cap. 15. adducitur. et intelligitur. Vigil. 33 n. 36. A. Textus in Pſalm 72. Pacem peccatorum videns, adducitur et intelligitur. P. §. 14. & in margine.

V.

Uanitas degemium in regionibus Indiarum P. §. 2. et ſeqq.

Velle non dicitur, qui parere neceſſe habet Vigil. 50. n. 34.

Uenditio intelligitur cum effectu; hoc eſt; abſoluta, et traditione firmata. Vig. 40 n 7 et 8. Conditionalis, an conſanguineo facultatem tribuat retrahendi, et intra quod tempus, ibi, n. 10. et ſeqq. Quando perficiatur, et an conditionalis ſit dum pretium in tertij cõfertur arbitrium ibi; n 12. et ſeqq. n. 24. 29. et ſeqq Cum pacto retrovendendi, vide, Vigil. 31 Ad certum tempus initum pactum, eo tranſacto, nobem currunt dies conſanguineo, et quare. Vigil. 40. n. 19 et 20. cum ſeqq. Retrovendendi pactum, rei venditæ valorẽ minuit, et quantũ, ibi, n. 30. et 31. Contracta venditione periculũ ad quem ſpectat; Vig. 46. n 8 Nomẽ debitoris, ſimpliciter vendens, an de evictione teneatur, ibi ex n. 1. Pretium rei venditæ recipiens, vẽditionẽ approbat. Vigil. 30 n. 32. Et ad aliud Vigil. 31. n. 33. Res (iure) vendita, à poſſeſſore nõ auocatur et ſi reuocata ſit cauſa ex qua venditio facta fuit. Vig. 38. n. 9. et 10. Qualitas rei venditæ, exprimenda eſt à venditore Vigil. 46. n. 15 et 20. Purè celebrata et iterũ poſtea conditionaliter; hæc inanis. Vigil 31 n. 30. Nulla cũ eſt, res cum fructibus reſtituitur, recepto pretio cũ impenſarum intereſſe. Vigil 38 n 3 Conditionalis quando eſt, ipſius etiam traditio conditionalis in dubio præſumitur. Vigil. 40. n. 10. A.

Uendicatio rei, dominium ſupponit, Vigil. 44. n. 27.

Verba enũtiativa quid probẽt, et quando diſpoſitionem inducat. Vigil. 10. n. 16. et ſeqq. Diſpoſitiva præſentis tẽporis, habet vim clauſulæ, ipſo iure; Vigil. 16 n. 11. et 12. A. Cum effectu accipienda, Vigil 46 n 9 et 10. Intẽtioni cedere debent. Vigil. 6. n. 6. et Vigil. 31. n 4 Ambigua in cõtractibus, adverſus in illum qui legẽ apertius dicere potuit interpretantur. Vig. 9 n. 89 et ſeq et n 15. A In iudicijs contra, et intellige, vt ibidem. Effectus verborũ imperatiui modi præſentis temporis. Vigil. 2. n. 15.

Uerbum dominiũ quid in marito, quo ad vxoris bona ſignificet. Vig. 13 n. 18. et 19. Quaſi, an ſimilitudinẽ denotet. Vig. 29. n. 24. Eſt, ſubſtantiã denotat, realitatem et proprietatẽ, Vig. 22. n. 13. Diu, quantũ tẽpus cõprehendat. Vig. 28 n. 10. et 11. Incontinenti, quod tẽpus requirat. Vig 31 n. 14. et ſeq. Uendida, cũ effectu intelligitur. Vig 40 n 7. Omnis perſona, etiã fiſcũ cõprehendit Vig. 44 n 21 et 22. Reſtituere plenius intelligendũ. Vig. 47. n. 45. Beneplacitũ, regulatũ ad rationem eſſe debet: et

de

*denatura eius. Vig* 47.*n.* 2.*et* 3.*et n.* 41. Videbitur, *de iuſta voluntate intelligendũ. Vigil.*47 *n* 40.*et* 41. Videtur, *quid ſignificet. Vig.* 49.*n.*14. *ad fin. A.*Princeps, *latius patet in ſui ſignificatione. P.* §. 23.*n.* 13. *A. P*roceſſando.Banniendo, Capiendo, *de quibus in Bulla Cœnæ Domini, intelliguntur. P.*§.29.*n* 5. 6. *et ſeqq.* Incapax, *in iudice ſeculari adverſus Eccleſiaſticos, intelligitur. P.*§.20. *n.* 2. *et, ſeqq. et* §. 28. *ex n.* 7.

Ueritati *manifeſtæ, lex et conſuetudo cedunt. Vigil.* 36. *n.* 19.

Vicarij. *Generalis Mercenariorum iuriſdictio, quæ? Vigil.* 22. Uices gerit *alterius Vicarius proprii nominis ſignificatione. ibi, n.* 15.*et* 16. An ordinarius iudex,*et delegari poſsit, ibi,n.* 21. *A.*

Viperæ *extrema, noxia nimis: media, ſalutifera vig.*23 n.14. *A*

Uir & vxor, *infortuniorũ participes. Vigil.* 14. *n.* 15.

Vitia *aliquorum notare particulariũ, non eſt notare ſeu iniuriare cœtum vel communitatem eorũ. P.* §. 12. *in fine.*

Voluntas *expreſſa, an in nouatione præciſse neceſſaria. Vigil.* 7. *ex n.* 2. Preſumpta, *an ſaficiat, ibi, et n.* 35. *et A.* Plus facto, *quã verbis declaratur Vig* 29. *n.* 19 *et Vigil.* 30. *n.* 30. Reſultans ex facto, *limitatur quatenus ex illo neceſſario colligitur. Vig.* 30 *n.* 28.

Uoluntariũ *quod à principio eſt, ſit ex poſt facto neceſſarium Vigil.* 4. *n.* 7. *A.*

Vſurarij *et illiciti pacti differẽtia Vigil.* 11. *n.* 6.

Vſusfructus, *pignori dari poteſt. Vig.* 21. *n.* 4. Intellige, *ibi. A.*

Vtilitas, *non tantum ex realitate. quam ex opinione, vel voluptate præſenti, aut ſperata dependet. Vigil.* 21.*n.* 11. *et* 12. Publica, *privatæ præferenda. Vigil.* 47. *n.* 31. *et ſeqq.*

Uxor *cum marito contrahere poteſt. Vig.* 34 *ex n.* 1. Et ad *mariti fauorem, iure hypotecæ renentiare, ibi. n.* 27. 31.--*et ſeqq.* Bonis *etiam, vulgo,* Gananciales, *matrimonio conſtante, ibi, n.* 36. Aliud in marito, *et quare? ibi, n.* 40. *A.* Rerum dotalium, *quando et quomodo domina ſit. Vig.* 13. *in princ. et n.* 9. Marito pauperi, *alimenta præſtat, Vig.* 14. Abſq mariti *licentia, invalidé obligatur. Vig.* 34. Soluto tamẽ matrimonio *illi debitum peti poteſt. ibi. n.* 18. *et* 19. In bonis lucratis. *ius revocabile habet, ibi, n.* 38. Hæres ipſa, *omiſſo inventario vltra vires hereditarias non tenetur. Vigil.* 36. *n.* 12. Dotes *ſuas ſalvas habet, ibi.* Succeſſio illius *in bonis mariti ab inteſtato defuncti. Vigil.* 45. *n* 30. *et ſeqq. et n.* 37. *cum ſeqq* Fiſcum excludit *in ſuccesſione, ibi, n.* 37 Scripturam *mariti defuncti, an recognoſcat. Vegil.* 50. *n.* 8. *A.*

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA